BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Scaliger, Paul

Encyclopaediae, seu Orbis disciplinarum, tam sacrarum quam prophanarum, Epistemon Pauli Scalichii de Lika, comitis Hunnorum, Et Baronis Zkradini, S. T. Doct.

Basilea 1559

4 Enc. 30 m
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00021282-2
VD16 S 6616

00021282



4° Enc. 90m

<36611035860018

<36611035860018

Bayer. Staatsbibliothek

ENCYCLOPAE-
diæ, ſeu Orbis diſciplina-
rum, tam ſacrarum quàm pro-
phanarum, Epiſtemon:

PAULI SCALICHII DE LIKA,
COMITIS HUNNORUM, ET BARO-
NIS ZKRADINI, S. T. DOCT.

EIVSDEM,

THESES Myſticæ Philoſophiæ.
Eulogus, ſeu de anima ſeparata, eiusq; paſsione.
De iuſticia æterna, ſeu uera promiſsione, Gradatio.
Exilium, ſeu de uera Chriſti doctrina, & de ſola fide iuſtificante, Epheſia diſputatio.
De chorea Monachorum, ſeu cœtu Antichriſti.
De Labiryntho Romani Antichriſti.
De Illuſtrium origine.
Reuolutio alphabetaria, ſeu perfectiſsima ad omne genus ſcientiarum Methodus.
Dialectica contemplatiua, ad conſequendos ſcientiarum habitus perquàm utilis ac neceſſaria.
Concluſiones, in omni genere ſcientiarum, mille quingentæ quinquaginta tres, olim Bononiæ primùm, deinde Romæ propoſitæ, De mundo archetypo, Intellectuali, Cœleſti, Elementali, Minore, & Infernali.
Dialogus de Miſſa.
Gloſſa in trigintaduos articulos Canonis Miſſæ, ex Apoſtolo.
Epiſtola ad Romanum Antichriſtum.
Encomium Scientiarum.

BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.

BAYERISCHE
STAATS-
BIBLIOTHEK
MUENCHEN

AD ZOILVM.

Hæc quicunq; cupis rabie temerare canina,
Ne, precor, occulto ſub lare clauſus agas,
Si tibi quid Pallas tribuit, ſi doctus Apollo,
Dentur ab ingenio publica ſcripta tuo.
Sin minus, at tacitis me perges lædere ſannis,
Zoile: non tecum ſic ego tectus agam.

AD SACRATISSIMVM ET POTENTISSIMVM ROMANORVM IMperatorem Cæſarem, Hung. Boem. &c. Regem, Diuũ FERDINANDVM, &c. Pauli Scalichij de Lika, &c. in Encyclopædiæ Epiſtemona Prooemium.

QVandoquidem natura omnes trahimur & ducimur, ſapientiſsime Imperator, ad inſitam, uel potius innatam nobis cognitionis & ſcientiæ cupiditatem, ad congregationem, ad ſocietatem, ad cõmunitatemq́ generis humani: quorum amor in nobis tantus eſt, ut nemo dubitare poſsit, quin ad eas res nullo emolumento inuitati rapiamur: utiq; eius gratia auemus aliquid uidere, audire, diſcere, cognitionemq́ rerum aut occultarum aut admirabilium, ad benè beateq́ uiuendum neceſſariam ducimus: ob id, Rex inclyte, ego ingenuis ſtudijs atq; artibus ita delector, ut etiã ualetudinis poſthabita ratione, ipſa cognitione & ſcientia captus, omnia perpeti cupiã, & cum maximis curis atque laboribus compenſare eam quam diſcendo capio uoluptatem: adeò ut nõ contentus, præter communes doctrinas, ipſam etiam Aegyptiorum ac Hebræorum priſcam Theologiam & occultarum rerum harmoniam, in nullius uerba iuratus, uentilare contendam: & quócunque fert tempeſtas, deferar hoſpes: non ut in me oſtendam magnũ quid, aut ſingulare, (docti enim

nomen mihi nec ſumo, nec arrogo) ſed ut eam fidem, quam cupiditati meæ erga bonarum artium ſtudia debeo, liberem: & ut quidam certiores reddantur, ab hoc ocio contemplandi, cui me totum dedicaui, ſicut hactenus non potuerunt, ita nec in poſterum me poſſe deterrere. Docuit ſiquidem me ſapientiæ ſtudium, à propria potius conſcientia quàm ab externis pendêre iudicijs: cogitareq́; ſemper, nõ tam ne malè audiam, quàm ne quid malè uel dicam ipſe, uel agam. Quo fit Imperator inuictiſsime, & sereniſsime Rex, ut dum mecum ipſe cogitarem de hoc uoluptatis genere, in tantam inciderim amœnitatem ſtudiorum, ut & fulmina & tonitrua iſtorum facilè cauerim, dies noctesq́; contemplationi incumbens, diſſerendo de uetuſtiſsima illa Orphei & Pythagoræ doctrina, & de tota Encyclopædia tam ſacrarum quàm prophanarum diſciplinarum: Philoſophia nempe ſupernaturali, quæ Metaphyſica & prima Philoſophia nuncupatur: Naturali, ex qua & Medicina, tum quæ de Anima pertractat, & Mathematicæ quatuor, quas & doctrinales appellãt, Arithmetica, Muſica, Geometria, & Sphærica (cum ſuis illis ueluti pediſſequis, Calculatoria, Geodeſia, Canonica, Aſtrologia, Optica & Mechanica) naſcuntur. Item de Morali, Oeconomica & Politica: de Rationali, unde Grammatica, Hiſtoria, Dialectica, Rhetorica, & Poetica emerſerunt. Vltimò, de ſancto illo & ineffabili ſymbolo ſacrarum literarum, quod Philoſophiam ſymbolicam appellare ſoleo. Quæ dum ſingula exactius mecum conſidero, uniuerſæ Encyclo-

pædiæ Dialogum inſtituo, in quo particulatim Epiſtemon cum Philomuſo de omnibus ſermocinantur. Quem Maieſtati tuæ, potentiſs. Imperator & ſacratiſs. Rex, dedicaui: eoq́ iure tibi deberi puto, quo me ipſum omnino iampridem tibi debere intelligo. Minus dico quàm uellem: & uerba omnino frigidiora hæc ſunt, quàm ut ſatis exprimant quod concipio: hoc eſt, qua fide & ueneratione, qua obſeruantia & cultu te proſequar. Quòd ſi eo nomine Bacchum uinitores, Cererem agricolas, Panem agreſtesq́ deos paſtores coluiſſe tradidit antiquitas: tanto magis te, potentiſsime Imperator, philoſophantium turba obſeruare atq; colere debet, qui literarum ſolus poteſtatem facis, & libertate donas gratiſsima: qui meritò Mercuriũ, illum Aegyptiorum ſummum & philoſophum & ſacerdotem & regem, ob id Triſmegiſtum nũcupatum, æquare uideris: Ptolemæum item, Caium Iulium, & prudentia & contemplatione præ te fers. Taceo de Hebræorum ſapientibus, Dauide & Salomone, cum quibus facilè & continentia & ſapientia certare potes. Quamobrem non immeritò te ueluti Alexandrum Magnum fata ad imperium orbis terrarum uocarũt. Vt enim ille malebat doctrina, quàm magnitudine imperij excellere: quia Ariſtotelis ſapientiam ita cõplectebatur, ut cum priuatis ſumptibus explorari naturæ animãtium nõ poſſent, octingenta ei talenta miſerit, hoc eſt 480 millia coronatorũ, ad cõducendos uenatores, & alendas beſtias, quarum naturæ conſiderari poſſent: & quod maius

eſt, ſæpius dicere conſueuit, ſe Ariſtotelem amare non ſecus ac patrem, ob ſtudiorum & morum integritatẽ: Sic tu glorioſius exiſtimaſti ſemper, ſapientia ipſa cuncta moderari. Cuius amore percitus, multas Academias alis, & plurimorum doctorum uirorũ integritatem nõ ſecus ac tuam ipſius complecteris. Itaq; hoc ſpecimen meæ erga te fidei, tuo paratum nomini, qui ſemper fuiſti uirtutis ueræ cuſtos, rigidusq; ſatelles, ſerena fronte ut ſuſcipias, quod tuo iudicio ſtetq; cadátque, oro.

ENCYCLOPAEDIAE, SEV ORBIS DISCIPLINARVM, TAM *ſacrarum quàm prophanarum, Epiſtemon,* PAVLI *Scalichij de Lika, Comitis Hunnorum, &c.*

PHILOMVSVS.

MAgnum illud ingenium Parmenidis æmulatur Empedocles, & Xenophanis carminibus canit futura: Heraclides Pōticus, Platonis, Speuſippi, Ariſtotelis, Pithagoreorumq́; induſtria mundum ipſum gubernat. Ego uerò infelix Metrodorū Chium propè triennium audio, ſperans cognitionem altiſsimarum rerū ex eo adipiſci: ſed nil minus uideo. Pergā igitur ad Therapeutas, quod genus hominū ex Philone olim audiui ſemper in cōtemplatione diuinitatis eſſe occupatum, ordinem habens tendentem ad felicitatem perfectiſsimam: cui uitæ inſtituto qui ſe addicūt, non ex more, aut rogati id faciunt, ſed amore correpti rerum cœleſtium, & quaſi furore diuino perciti, donec ad cōtemplationem illam deſideratiſsimam perueniant. Itaque eò me conferā, & rectà Epiſtemona inquiram, quem aiunt nemini addictum, uniuerſarum rerum eſſe profeſſorem: eum hoc tempore ſpaciari in horto conſueuiſſe intellexi. uidebo, accedam propius, per rimas ſepimenti conſiderabo num ibi ſit. At eſt ſanè, licet me non noſcat: tamen uirum huius inſtituti non arbitror talem eſſe, ad quē difficilis ſit aditus, & qui peregrinos non niſi benigniter excipiat. Itaq; pulſabo. EPISTEMON. Quis nam pulſat, prẹter omnē conſuetudinem, fores? Profectò aduena mihi eſſe uidetur. ſed quis es? PHIL. Sum Philomuſus nomine, in ſchola Orphica educatus. EPIST. Ingredere, quid cupis? PHIL. Tuam famam in Latio atq; Athenis celebrari ſummopere ſcias, quòd in uniuerſa rerum contemplatione non ſis mediocriter uerſatus. Item hoc Therapeuticum genus à multis probatur, & à doctiſsimis qui

buſq; noſtræ ſcholæ ſummis laudibus extollitur. ideo ueni ad te, ſi dignum me exiſtimares, qui reciperer in numerum tuorũ collegarum. EPIST. Apud nos non eſt reſpectus perſonarum. omnes recipimus, quibus noſtrum inſtitutum placet. At iis placere debet, qui amore corripiuntur rerum cœleſtium. PHIL. Non eſt alia cauſa, quæ me ad ueſtrum emporium compulit, quàm deſiderium flagrans contemplandi ocium. Audiui enim hactenus ex Parmenide Empedocleum philoſophandi modũ, atq; Xenophanis concentus, Heraclidem Ponticũ, Peripateticos & Academicos. ultimò, Metrodoro Chio meã dedicaueram operam: ſed magnam iacturã in eo contem plandi ocio, planè uoluptati dedito, Epicuræorum more cum perſenſiſſem, fortè mihi hoc inſtitutum Philo ueſtri obſeruantiſsimus narrauit: qũo audito, omni mora poſtpoſita huc me contuli. EPIST. Noui Philonem probè, Iudæum illum: is quoq; unus è conſortio noſtro eſt, Athenas miſſus, & Alexandriam, ad cõquirendos uetuſtos codices, quibus ſe penitus dedidit. Itaq; eo gratior mihi es, quòd ſua perſuaſione huc deueneris. Scio enim, Philonẽ neminem hortari ad hoc genus uitæ, niſi eruditum. Quare idem mihi de te perſuadeo. PHIL. Vidi quaſi omniũ philoſophiã, præter ueſtram. ſed multa euanuerunt, dum Metrodori Chij lectionibus eſſem ineſcatus. Porrò ſi neceſſaria eſt Philoſophia ad cõſecutionem ueſtri inſtituti, repetenda erit. EPIST. Philoſophiæ myſteria noſtro propoſito plurimùm conducunt. ſunt enim à Deo hominibus infuſa: quæ etſi non patefaciant apertè Dei cultum & reuerentiam, tamen à longinquo demonſtrant. Mens enim hominis eſt ad imaginem Dei: ſed in magna diſtantia, quandoquidem ſenſibile hoc corpuſculum inhabitet. Quæ autem ſunt ſenſui obnoxia, à longè uident ea quæ intellectuali puritate ſunt prædita: & ſemper magis ac magis appropinquãt, dum mentem à ſenſibilibus abſtrahãt. Nam per hæc uiſibilia, in inuiſibilium amorem rapimur. Quo fit, ut philoſophia ipſa, donum ſingulare Dei opt. max. ualde ſit neceſſaria ad ueram cognitionem diuinorum myſteriorum, his præſertim qui originem à lacte trahunt,

hunt, ſolidi cibi expertes. ij enim, per infuſionẽ momentaneam recipiunt habitus: illi uerò, per ſæpe iteratos actus, quibus primùm omniũ neceſſaria eſt Philoſophica inſtitutio, qua aſſuefiant, in his naturalibus, conceptus entium in ipſo intellectu formare, ex ſenſibilibus inſenſibilia facere, per abſtractionem obiectorum ſingularia uniuerſalia reddere, tandem uniuerſales conceptus operationibus intellectus accommodare, appræhendendo ſimplicia, diuidendo, & componendo, atq; diſcurrendo. Quippe per tales iteratos actus, aptiora redduntur humana ingenia ad res diuinas: quia intellectus hac ratione adeò redditur uniuerſalis, ut quaſi æquetur diuinis. Vnde prima principia intellectus, quæ cum ipſomet ſurgunt, dicuntur receptacula adæquata diuinæ ſublimitatis. Tum enim non per abſtractionem formatur cognitio, ſed per ſuam ipſiuſmet ſubſtantiam, & concreatum medium, ad differẽtiam primi intellectus. Sic uides, qua ratione Philoſophia ipſa maximè requiratur ad diuinarum rerum ſolidam cognitionem. PHIL. Mi Epiſtemon, audiui te animo attentiſsimo, adeoq; refectus ſum tua prudentia & ſublimium contemplatione, ut uix dici queat. Oſtendiſti enim breuibus, qua ratione aſcẽdendum ſit ad res altas & arcanas, quas olim occultè admodum traditas audiui. Edocuiſti quoque, Philoſophiã eſſe uelut ſcalam ſapientiæ, qua iuuamur ad cognitionem diuinorum myſteriorum cõſequendam. Licet tamen non uidearis dubitare me in hoc genere uerſatũ, ſed eorum ferè obliteratum apud me eſſe textum cognoſcas. Ideo ut cœpiſti perge. te enim intelligo omnia ad unguem & Philoſophorum & Theologorum arcana tenere: te mihi præterea ducem à Deo conceſſum, apertè deprætendo. EPIST. Accedamus itaque primùm ad Philoſophica, tãdem ad Theologica ipſa deueniemus. Sed antequã id fiat, uellem ex te denuò cognoſcere, quibus nam ſcientijs operam nauaſſes. PHIL. Græcorum inſtitutione hactenus potiſsimùm utebar. Vidi quædam apud Perſas & Arabes. audiui Parmenidẽ, Empedoclem, Heraclidem Ponticum, Platonem, Ariſtotelem, Speuſippũ,

& Pythagoreorũ dogmata: deguſtaui quoque Eudoxi & Callippi mathematica, uidi quædam & Ptolemæi. ſed uereor ut umbra horum ſaltem apud me remãſerit. Rem igitur mihi profectò longè gratiſsimam facturus es, ſi diligenter ea in memoriã reuocaueris, quæ indefeſſo olim labore & ſedulò adeptus eram. EPIST. Gaudeo te in eo genere operã collocaſſe: ac priora quidem, quæ enumeraſti, plurimùm ſapiunt Orphei contemplationem: poſteriora uerò, cõmunem modum philoſophãdi concernunt. PHIL. Ita ſanè eſt, ut dicis. Sed Hippocratis quoque atque Galeni principia me deguſtaſſe, nõ ignores. EPIST. Eo gratius mihi erit. nam minori labore ad calcem perueniemus. Nihil enim aliud inſtitui, præterquam tuo deſiderio ſatisfacere, ſi qua ratione potero. ſed ad ea ueniamus, quæ iurè prius tractãda ſunt. PHIL. Eſto, me ſiquidem plurimùm delectãt. Quare, ſi placet, ordire ab Orphica contemplatione. EPIST. Placet, acquieſcam. Et cùm omnis ſciẽtia ab ipſis principijs originem trahat, primùm igitur operæprecium eſt ea nos aggredi. PHIL. Bene meherclè proponis, ſed perge: malo enim te audire, quàm concionari rem quaſi ſemimortuam: ac ubi dubitandi locus dabitur, nõ præteribo, ut rem eo perfectius accipiam. EPIST. Iuxta finis noſtri conſiderationem, ipſius nempe beatitudinis, ad perfectionem ualde neceſſaria eſt rerum diuinarum cognitio, & cognitionum opifices: quibus regitur tota machina, unde philoſophia priſcorum ſapientum, præſertim autem Orphei, dependet. Opifices itaque cognitionum, apud Ammonium quinque numerantur: Mens, Diſcurſus, Opinio, Imaginatio, & Senſus: quæ prima & potiſsima principia Orphicæ philoſophiæ dicuntur. PHIL. Iam occurrit, mi Epiſtemon, quoddã arcanum, quod plurimum conducit ad ueram horũ principiorum intelligentiam, & plurimarum rerum ſolidam cognitionem. Audiui ſiquidem, olim apud Orphicos magiſtros exiſtens, occultam admodũ rationem & originem, quî fiat, quòd in Peripatetica ſchola ſyllogiſmum aſſeuerent orationem eſſe, in qua quibuſdam poſitis & conceſsis,

aliud quiddam ab his quæ poſita ſunt, ex neceſsitate accidat, eo quòd hæc ſunt. Ratio autẽ eſt ipſa διάνοια: huic enim ſoli relicta eſt ſyllogizandi facultas, quandoquidẽ nec mens, nec ſenſus ſyllogizant: hic longè inferior, illa longè ſuperior ratione. nec imaginatio ipſa, quia eſt ſtatio ſenſus, & apparitionum inde migrãtium reſeruatio, nec opinio: illa enim ex neceſsitate accidit, eo quia diſcurſus eſt. EPIST. Optimè, mi Philomuſe, allegas. idẽ enim & ego intellexi. Dicam autem, ut res clarior reddatur. Quod ad modum ſyllogizandi attinet, ſunt primùm conſiderandæ poſitiones quædã, ex quibus aliud quiddam, ab eis quæ poſita ſunt, de neceſsitate ſequitur. Hæ autem poſitiones manifeſtè apud Peripateticos maiore & minore extremitate conſtant: quare hęc ratiocinandi forma ex hiſce cognitionum opificibus neceſſariò pendet. Facultas itaque tota penes diſcurſum eſt: aliud ab his, penes opinionẽ: maior extremitas atque minor, penes ſecundam operationem intellectus, quæ eſt compoſitio & diuiſio: adiuncta prima ſimpliciũ, nempe apprehenſione. hæc enim maiorem ſtatuit, illa ſubſumit, inquirẽdo aut ipſam affirmationem, aut negationem: ac inde opinio ipſa concludit, quæ ſemper effectum diſcurſus conſequitur. PHIL. Quid autem ſenſus & imaginatio faciunt? EPIST. Sunt ipſa inſtrumẽta, ſeu potius media, quibus abſtractio fit: à ſenſu enim uelut obiecto, abſtrahitur ſenſibilis ſpecies: ab ipſa uerò imaginatione, inſenſibilis. & quemadmodum illa imaginationi per cõmunem ſenſum, ſic hęc per phantaſiam intellectui offertur: ubi primùm ſimplicium apprehenſio cauſatur, quã diximus eſſe cauſam maioris extremitatis. alioquin ſenſus non ratiocinantur, nec putandum eſt apparentia ſenſuum ratiocinari poſſe. Quò fit, ut omnis cognitio penes diſcurſum cauſetur. PHIL. Ingenium ſanè miror: hæc enim altæ conſiderationis ſunt. Sed quoniam habes ſingulare Dei donum, ad res arduas & ſubtiles aptum, non prȩter rationem mihi iucũdiſsimus obtigiſti. Dicas nunc, an hæc principia ſint rerum, an alia. Ego ſiquidem apud Orphicos magiſtros, ſciẽtiam, principio-

rum, nullum eſſe depræhendi: quia non ſunt prima, cùm ex aliȷs promanēt. Præterea opifices cognitionum mutuò condependent. Itaque oro aperias hoc arcanū, quódnam horum primum principium certò nuncupari debeat. EPIST. Satis acutè quęris Philomuſe: aduerte igitur. Optimè dixiſti, ſcientiam eſſe principiorū nullum: quæ ſiquidem uerìſsimè ſe habet ad mētem. Mens, ſecundum Philoponum, principiorum primum erit: & cum principia dicantur res primę, Mens noſtra non erit principium, ſed diuina potius. Quo fit, ut & Heſiodus & priſci omnes Theologi, Deos ſtatuerint eſſe prima principia. Hinc eſt, quòd cognitio creditorum ſupernaturalium à mente ipſa, & non à ratione pendet, quę ratiocinando errare poteſt: cuius terminos ipſas intellectuales & diuinas formas ſtatuunt, quòd ſint omnium fines. PHIL. Themiſtius, ut recolo, principiū appellat mentem noſtram: terminos uerò, ex quibus componuntur digntates, maximè ſubiectum & prædicatum. Oro, mi Epiſtemon, dilue hanc controuerſiam. EPIST. Mens diuina eſt ~~principium idētificum cum ſuo fine~~: mens uerò humana eſt principiū diuerſum à ſuo fine. Vnde Philoponus de ſcientia loquitur, quæ ultra ſynderesin non deſcendit: nec ſecundum hanc poteſt dari niſi uerus intellectus, à primo uero deſcendens. Sed Themiſtius de ſcientia loquitur, ut eſt demōſtratio ſeu habitus quidam cōcluſionum. Hęc ab inferiori, illa à ſuperiori originem trahit: hęc Empiricῶs, illa Theoricῶs conſiderat, non ut à poſteriori, ſed ut à priori. Cùm igitur Philoponus docet, mentem diuinam principium primum: rectè finem illius intelligibiles formas aſſerit. nam finis imitatur principȷ naturam, inquantum natura correlatiuorum ſinit: intelligibiles formæ cum ipſa mente conuertuntur, non quidem ſimpliciter; niſi non tum fuerint ineſſe ſubiecti: ſed in eo cum ſituantur, datur conuerſio per accidens. Pari modo mens noſtra, & demonſtratio concluſionum conſideratur: nam ipſa mens cōſimiles habet ſibi demonſtrationes. Quemadmodum enim illa eſt inſenſibilis, ſic & demonſtratio: & ut illa uerorum, ſic hæc quoque: &

adeò

adeò propinqua,ut ſupra rationem componatur,mente uelut iudice diſtribuente cuiuis termino quod ſuum eſt. PHIL. Rapuiſti me Epiſtemon,in tertium quaſi cœlũ: nec ſcio ubi ſim,prę nimia ecſtaſi: quę mihi denuò quædam offert haud parui momenti,dum conſidero,ad hoc ſtudium ſincerè cõplectendum requiri ampliſsimas cogitandi & credendi uires: maximeq́ꝫ, ut ait Terentius, fidem & taciturnitatẽ. Vnde Pythagoras omnibus diſciplinis toto orbe hauſtis, primus Philoſophiæ creditor, rectiſsimè primum diſcipulorum ſuorum initiũ poſuit, tacere: & primum contemplatiuę ſapientię rudimentũ, meditari,condiſcere,loquitari,dediſcere. ſiquidem multo dignior eſt Pythagorica ſublimitas,quàm quę puerīliter iactatis gerris,loquitando & garriendo cõpręhendi poſsit.Dum in quã hæc tracto,ipſius Pythagorę principia mihi obuiam ueniunt,quæ ſunt: infinitum unũ, & numerus.hæc ſi diſcuſſeris Epiſtemon,rem mihi aliã gratiorem uix præſtabis. Oro itaque,dic in hãc ſententiam nõnulla,quo meæ contẽplatoni poſsit ſatisfieri. EPIS. Rem quidem arcanam ualde, & quaſi uetitam auribus uulgi optas. Sed paucis tibi morem geram, ut intelligas tu tantum,mirandum Philoſophi huius & diuinum oraculum. Primum itaque principium apud Pythagorã eſt, poſſe ipſum inſeparatũ abeſſe: cui & Anaxagoras aſſentitur,inquiens,Quoniam erant omnia ſimul: & Democritus,Erant (inquit) omnia potentia ſimul in ipſo eſſe. Secundum eſt,indiuiſibilis eſſentia: Tertium eſt, Tetractys,in qua omnium rerum una quædam ſumma res eſt, & maximè principium Pythagoricum. Hinc unũ, duo, tria,quatuor,collectiuo progreſſu decem conficiunt: ac extra decem cum nihil ſit, ſapientiſsimè Pythagoras arcanorum parens,numerum omniũ rerum principiũ ſtatuit. Sed aduerte Philomuſe diligenter,arcanũ his principijs ſignificatum ſenties,nullum Philoſophorũ eò deueniſſe:imò nec Hebræorũ legislator adeò apertè id patefecit.Ne uerò prolixior ſim,Hebræos nunc pręteribo, in ſuum locũ conſultò reſeruans.Sed pro iſto loco ſcias, apud nos Trinitatem ipſam hiſce principijs ſignificari.

Vnum enim eſſentiã, Numerus diuerſitatẽ reſpectuum in perſonis, Infinitum uerò proprietatem principiorum indicat, ipſam nempe æternitatem: quòd hæc principia non ſint momentanea ſeu tranſitoria, ut reliqui philoſophi omnes ſomniarunt. Hiſce principijs ſcirem quoque probare, in omni re, etiã artificiali, dari æternitatem. Sed rogo te, mi Philomuſe, ne id ex me roges: ideo præueni tuam petitionem. ſcio enim te nil indiſcuſſum prętermittere: res etenim tibi non eſt conueniens, quãdoquidem ad Theologiam nõdum uentũ ſit. PHIL. Quòd ſi tibi ita uidetur, libenter pareo. At non dubito, te adhuc quod occurrit dubium, diſcuſſurũ. Ante tempora enim Pythagoræ, uetuſtiſsimus ille Orpheus in libro Hymnorum ponit tria principia: Iouem, Iunonẽ, & legẽ. quid hiſce ſignificare uoluerit, ſi licet, dicas. EPIST. Per Iouem, intelligit principium uniuerſorum: primus enim & potẽtiſsimus eſt Deorũ. Per Iunonẽ, Iouis conthoralem omniparentem. inquit enim: Abſque te nihil omnino uitæ naturam agnouit, cõueniens quidem uniuerſis, permiſta ſuprà quàm pudicè. Per legem, ſignificat naturæ confirmatiuum, ſeu diſtributionẽ. Hęc arcana ſymbola nihil diuerſitatis habent cum Athenienſibus ambobus, Socrate Sophroniſci, Platone Ariſtonis: qui pro motu, ſiue Peripatetica priuatione, ſapientius contẽplati, agillimum actiuorũ poſuerunt Deum, dicentes tria eſſe principia, Deũ, ideam, & materiã: quod Pythagoras occultè ſymbolizauit, arcanis his notis aſſerendo principia uniuerſorum eſſe, infinitum, unũ, & duo. PHIL. Videris mihi aliud modò ſentire, quàm paulo antè, ubi Pythagorã pro tertio principio tetractyn poſuiſſe aſſerebas. EPIS. Superius Pythagoras numerũ poſuit tertium principiũ, ſub quo & tetractys, & binarius, & ternarius cõprehenditur, & collectiuo proceſſu denarius, qui eſt omnium rerũ receptaculũ & productio. Quãdo igitur tetractyn dicimus principium, id perfecto modo intelligimus. Nam tetractys primus eſt numerus par cõpoſitus, qui eſt cauſa omnis perfectionis, continens & unum, & duo, & tria. Quòd autem his tribus principijs

occultè

occultè ſymbolizauerit Pythagoras, Deum, ideã, & materiam: factum eſt ratione ſympathiæ, quam habet dualitas cum materia. non te latet enim, Pythagoram omnia numeris ipſis cõplexum fuiſſe: de quibus ſuo tempore, Deo uolente, peculiarem tractatũ inſtituemus. Ideo hîc quoque binario materiã ipſam ſignificauit: partim, quia materia ipſa ſemper ſe habet modo ad aliquid: (eſt ſiquidem pura potentia, reſpiciens ſuũ actum: hic autem reſpectus duorũ eſt, aptè igitur binario materia deſignatur) partim, quia binarius eſt numerus par incõpoſitus, ſicut materia quæ eſt incõpoſita: alioqui non eſſet principium, cuius natura & proprietas id retinet, ut ſit ſimplex. Vltra id quoque, ipſe binarius eſt omnino imbecillis, quia per ſe nihil poteſt ſtatuere. Omne enim quod eſt, quà eſt, ternario copulatur, & quaternario perficitur: ut corpora, longitudine, latitudine, & profunditate: ut ſpiritus, memoria, intellectu, & uoluntate. perficitur quaternario, quo ad proportiones reſpectuũ: ut memoria ad intellectum & uoluntatẽ ducta, binarium recipit: intellectus ad uoluntatem, ternarium: uoluntas ad utrunque, quaternarium cõſummat. Id uidetur in corporibus clarius. Longo enim, lato & profundo, naſcitur ipſum totum. Et in principiorum cõnexione apud Peripateticos, materia, forma, & priuatio, parit in ipſa perfectione quaternariũ. niſi enim quartum hîc producatur, non eſt cõpoſitum. Itaque binarius ubique eſt imbecillis, perinde ac materia. Vnde conſtat, materiam binario ſymbolizatam aptè fuiſſe, ob eorum ſympathiã. PHIL. Principijs hactenus abſolutis, ueniamus ad principiata. EPIST. Principiata ſunt omnia entia, quę ſubſiſtũt aut ſubſtant, quæ referuntur cõtinuò ad ſua principia uelut cauſas, cur ſint: ideas nempe, idearumq; ideam. Et tribus omnia cõſtant. alia ſiquidem ſunt opera & magnitudines, ut etiam cõmunes philoſophi, præſertim Ariſtoteles in lib. de Cœlo, ſentiunt: alia uerò habitant & obſeruant corpora & magnitudines: alia denique habitãtium & cuſtodum principatus ſunt & origines, quæ meritò Olympica tecta, ob eorũ nobiles actiones, dicũtur. Nobilioribus

bilioribus,quippe,nobiliora & altiora ſemper attribuuntur,cõplectentia ſuperos,eſſentias incorporeas: diuina exemplaria,& orbis huius ſigilla, quorũ inſtar omnium rerũ inferiorum facies ſunt factę. Quæ priſci appellarũt, immortales prima deos,uelut principia rerũ. Vnde cùm prima referant ſecunda,immortales quoq; ſecũda Deos aptiſsimè ſtatuere poſſumus:ubi tetractyn ideã in mẽte diuina tradẽtem,& fontem exemplarẽ ideam traditã, & perennem naturã ideam rerum eſſentialem receptã eſſe intelligimus. Hinc triplicem mũdum facilè depræhẽdemus. Idea enim, Alcinoo teſte,quo ad Deum, cognitio quidem ſua:quo ad ſenſibilem uerò mundũ, exemplar: quo ad ſeipſam uerò conſiderata, eſſentia aptiſsimè dicitur. Quo fit,ut mundũ alium ſenſibilem, aliũ intelligibilem,aliũ archetypum appoſitè dicamus. Primus,eſt receptaculum omnis quantitatis molis: ſecũdus uerò,uirtutis: tertius principatuũ, ut paulò antè dixi. Omnes iſti diuerſimodè dicuntur receptacula. Primus circũſcriptiuè,ſecundus definitiuè:tertius non recipitur, ſed recipit:& cũ recipit,recipitur,quia ubique eſt, & dicitur receptaculum repletiuè:ubi eſt primum, ſempiternum, ac ſufficientiſsimum bonũ, & uera ſalus, qua corruptibilia incorruptibilia fiunt, temporalia æterna, & inſolubilis tranſitoriorum permanentia. Quapropter ipſum ſaluare & ſaluari, & ipſa ſalus, ſimpliciter apud Orphicos non eſt aliud quàm permanere & eſſe: aliàs omnis & impropriè & imaginariè appellatur ſalus. Hinc Solon apud Herodotum Crœſo ſapientiſsimè inquit: Quemadmodum ante obitũ nemo, ſupremaq; funera, debet dici beatus:ita nemo certè miſer putandus, dum hanc uitã uiuit: ſed qui ultimo die, abiecto corpore uicijs permanſerit oneratus,is incipit eſſe miſer:alius quidem tranſitoriè in Elyſio campo,cui propè bona ſunt,ſupera ut cõuexa reuiſat:alius terribiliter in Tartaro,cui ſua damna ſunt infinita, qui cylindris radijsq; rotarũ diſtrictus pendet, ubi ſedet,æternumq; ſedebit infœlix, ac tum demũ uerè miſer eſt. PHIL. De principiatis, ô Epiſtemon, diſſeruiſti acutè & breuiter, dum & quid, & ubi ſint oſtendis,

quidq;

quidq; in quouis mundo propriè cõtineatur à primo ente uſque ad ultimũ deueniſti:támque clarè paucis rei magnitudinem cõplexus es, ut uix etiam multorum cõmentarijs ita dilucidè tradantur. & quod maius eſt, cum ipſa breuitate ſoleat uulgus res obſcuriores reddere: hîc oppoſitum uideo, rem nimirum uix clariorem poſſe reddi: imò id cõpendio præſtitiſti, quod multi tota ſua philoſophia præſtare non potuerũt. Quid enim aliud Ariſtoteles & ſui ſimiles inueſtigant, præterquã huius ſenſibilis mundi, in quo magnitudines corporũ conſiderantur, rationes, & ex motu ad intelligentiarum cognitionẽ aſcenſum: ad intelligibilem uerò mundũ uel archetypum nequaquã peruenit, ac mãſit in hoc ſenſibili, Oeconomica, Politica, Ethicaq; præcepta cudendo. idem cæteri quoq; præſtiterunt Peripatetici ſapientes. Tu uerò breuibus omnia iſta, paucis & nudis illis uocibus patefeciſti: ac ultrà id, ſupremum mundũ ingreſſus, felicitatem conſpexiſti: & ad Tartara uſque deſcendẽs, miſeriã enarraſti. Hoc unum tamẽ adhuc ſubobſcurũ remanſit, an animarum ſit trãſitus, necne. EPIST. Id ipſemet poteris aduertere, ex duplici loco earundem poſt obitum. PHIL. Optimè dicis, & ego inde hoc dubium ſumpſi. Dicis enim, alium ex miſeris in Elyſio campo tranſitoriè futurũ, alium uerò terribiliter in tartaros: & pleriq; tranſitum animarũ Pythagoram in alia corpora ſenſiſſe autumant. EPIST. Ita diſtinxit, mi Philomuſe, Pythagoras, ſapientiæ fons, exemplaria & ſpecies rerũ, ut mutuò tranſmutari cõfundiue nequeant: quónam enim modo humanã eſſentiam, quæ ſua eſt forma, cõmunicaret bruto? ut inuidi carptores, Timon, Cratinus, Hermippus, & alij (quorum non exigua multitudo eſt) de Pythagora, ſuis in libris plurima mendacia ſcripſerunt: quando & auctore ſeipſo, ne unitas quidem ſubſtantiua certi numeri ſecundum naturam eſt unitas alterius. Quare prudentiſsimè ait, unitates in duitate ipſa, ad eas quæ ſunt in ternitate ipſa, eſſe inconiectiles. Haud igitur ſigillum formæ humanæ, quæ eſt imago Dei, naturam inferiorem ſigillare permittitur: quod Pythagoras rectè perſenſit, ubi in ſigillo Dei imaginem

ginem nõ circũferre docet. Imago enim Dei, quę eſt anima hominis, naturas alias circũcirca nec ſigillare, nec formare poteſt: ut Hermes Triſmegiſtus, Aegyptiorum doctor, in libro ad Aſclepiũ inquit. una enim pars ſimplex eſt, quam uocamus diuinę ſimilitudinis formam. ac paulò inferius duas imagines Dei, mundũ & hominem, ſtatuit. PHIL. Interrumpendus eſt ſermo, antequam pergas. Animã hominis multi hactenus concluſerunt, de potentia materię educi: proinde quid ſecundum Orphicos ſentias, quęſo dicas. EPIST. Nõ interrũpis uſq; adeò meũ ſermonem: hæc enim materia ad propoſitũ eſt. Orphici autem magis credendum eſſe ſtatuunt, eam infundi ab ipſo Deo: & ob id eam ante corpus eſſe, nõ tempore, ſed puritate, & naturæ dignitate: quã quidem infuſionem, deſcenſum appellant. Quò fit, ut & Pythagoras uoluerit eorũ animam ſolam, quorum ſacra natura, hoc eſt ratio, demonſtrat ſingula, diuinum eſſe genus, ſcilicet à Deo propagatũ: cuius ſpecies nec mutatur, nec conuertitur: & generum ſingulorũ formas eſſe permanentes, licet in eadẽ ſua forma diſsimiles. Hinc, quòd animos antiqui, motus hominũ & uoluntates dixerũt: rectè unius curæ ac diligentiæ, conſimilis propoſiti, æqualis motiui, ac paris motus, & ſenſus eiuſdẽ homines, uſitatè appellantur unanimes. atque id à priſcis haudquaquã alienum eſt, ut dicatur anima eſſe motiuũ & ſenſitiuum in homine. Vnde tranſanimatio (ut Capnion inquit) nihil aliud eſt uiris reuera doctis, quàm æqualis cura, ſimilis motus, & par ſtudium alicuius hominis mortui poſt aliquo tempore, in altero uel eodẽ reperto homine uiuo. Quapropter Pythagoram docuiſſe animas tranſire in alia corpora, impiũ eſt affirmare, eo quòd ſe Euphorbũ prius fuiſſe dixerit: & hic, ſiquidem manifeſtum eſt, nõ animam, ſed ipſum corpus iudicatũ fuiſſe: perinde ac quis canem dicat equũ, qui diu alicuius equi corpus depaſtus eſſet. Et nihilominus hoc ipſius dictũ non fuit planũ, ſed merum ænigma, quo arcanum quoddã illi ſeculo incognitũ uoluerit innuere: ſcilicet materiã primã omnium formarum non ſolùm capacem, ſed auarã etiam eſſe, ac ſemper deſiderio

ſiderio motã, nulla forma ſatiari. PHIL. Meo deſiderio ſatisfactũ eſt. Cupio nunc te redire ad ipſa principia, & ipſum numerũ (quod mihi inter principia illa uidetur difficillimũ) declarare, ne in Arithmeticis & mercatorijs illis numeris uerſari uideamur. Quid igitur ſit hic diuinus numerus, quidq́ operetur, oro enũcia. EPIS. Sanè aptè quęris. dabo operam, ut aptè quoque reſpondeam. Primã itaque multitudinẽ, binariũ, & primum numerum non cõpoſitum, quod ex ſola unitate una ac una coordinetur, ſtatuunt Orphici: & cum nihil ſit ante unitatem, id rectè primum eſſe dicitur. Deinde primum incõpoſitum numerum, eam multitudinem ueriſsimè nũcupamus, quæ ab Arithmeticis ternarius appellatur, diffuſiua abſque inuidia in omnes creaturas: ac illud fœcundum, quod eſt in ea multum, multitudinis productiuum, tanquam numeri de numero: & illud eſſentiale, quod eſt in ea, unum omnis productionis fons & origo ſimul, & omnis proceſsionis initium, & omnis ſubſtantiæ immutabilis permanentia, perpetua mente intuetur ac reſpicit: & ita ſeſe in ſeipſum retorquet, per modum unitatis & duitatis ſemetipſum multiplicãs, tetractynq́ producens. Hæc eſt omnium quæ creata ſunt, idea. Quippe hac omnis progreſsio perficitur: unde oritur Decas illa, quam appellamus decem omniũ rerum genera generaliſsima. nam Tetractys originaliter ſigillatim poſita, de omnipotente potentia, ad energię actum exiens, producit decem: cuius dimidium loco ſigniferi poſitum, quaſi in medio exercitus, ac in eius latere dextro numerum proximè ſuperiorem, & in ſiniſtro numerum proximè inferiorem, quoties poterit uſque ad decadem, aut aſcendendo aut deſcendendo, tum demũ coniuncta latera ſemper conſtituunt decem: & ultimò reducta ad unum cadunt ſimiliter in decem. quæ rurſus ad uiginti relata, incipiunt denuò eſſe unitas, & deinceps ad omnes numeros uſque ad centum, ad mille, ac ultrà. Hinc aptiſsimè decem per iota ſcribimus, aut per ſolũ pũctum Hebraicè notamus: quæ tamen ſigna & Barbaris & Latinis, alioquin ſimplicem repræſentant unitatẽ. cuius Py-

thagoricum extat ſymbolũ, uidelicet Vnum duo: quæ Zarates Pythagoræ præceptor, per nomina propagationis pronunciare conſueuit, teſtimonio Plutarchi Cheronenſis in Timæi Pſychogonia. Itaque dum Pythagoras numerũ pro mẽte accipit, ſignum planè haud iniquum eſt. In corporeis enim, nihil diuinius mente: in ſeparatis, nihil ſimplicius numero. Ex hac declaratione numerorũ intelligere poteris 25 canonem Myſteriorũ, cap. 3. ubi de myſterijs Hebræorũ agimus. PHIL. Reſtat, poſtquam de numero, principiatis & principijs ſermocinatus es, dicere plura de locis eorum. licet de primo ſufficienter dixeris, ſed de ſecundo atque tertio aliquantulum fuiſti breuior: quia nec locus ille requirebat ampliorem & diffuſiorem tractationẽ. nũc uerò tibi datur campus: quare paucis te expedias, oro. EPIST. Intelligo quid uelis, ut nonnihil de Aetra & mundo ſenſibili dicam. Aetra Stagiritæ, Platoni, & Socraticis, ex Pythagora, fulgor æternitatis dicitur: ubi nec eſt corpus, nec locus, neque uacuũ, neque tempus, neque ſenectus, neq; tranſmutatio: ſed ibi ſicut entia inalterabilia & impaſsibilia, optimã habẽtia uitam, qua toto æone, hoc eſt, æternitate ſeu æuo fruuntur: cuius proprietates ſunt, conditio, chorus, & ordo. Quo ad primum, Mundus totus quicquid eſt, puriſsima forma eſt, & Iouialis naturæ, quæ immortalia & mortalia informat, & fœtu ſpecifico cũcta utriuſque mundi in ſuo eſſe conſeruat. Quem Salij, Martis Gradiui ſacerdotes appellarunt Luceciũ, & Cretenſes Phoſphorum: à quo cõmodiſsimè denominatus eſt Olympus, quòd totus fulgeat. in quo Iupiter totus præſidet, & præeſt: imò totũ quod eſt, ipſe eſt. Præterea eius cõditio eſt, receptare formas ſimplices, immateriales, ſeparatas, per ſe exiſtentes, tam uniuerſales quàm indiuiduas. Continet ſiquidem omnes ideas ideatas, generum & ſpecierũ, ceu exempla ipſa contractioribus exemplarijs imitanda, quorum exemplar ſignatorium conſiſtit in mente diuina. Vnde nominari rectè uolumus in mundo Deitatis, exemplar abſolutum: in mundo intelligibili, exemplum abſtractum: & in mundo ſenſibili, non exem-

plum,

plum,ſed exemplariũ illud contractum,ut ſigillum,figura,& cera ſigillata. Quo ad ſecundũ,Chorus eſt ſecunda proprietas à gaudio beatorum ſpirituũ, ab infinita & immutabili uoluptate Deorũ dictus,qui uernæ illius habitaculi,& ciues Olympionicæ,myrtea corona ouantes, ambroſia & nectare diuini conuiuij perpetuô fruuntur, ridentes riſum inextinguibilẽ, ſecũdum Homerum; ubi nulla dęmonum quantũuis bonorum eſſe poteſt(ſecũdum Pythagoram,eiusq́ ſectatores) præſentia. PHIL. Siſte gradum pauliſper, ô Epiſtemon.Non admittis dæmones in hunc medij mundi chorum, etiam quãtumuis bonos? ubi ergo eos collocas? EPIST. Admittuntur quidem,mi Philomuſe: ſed non inquantum dæmones, ſcientia redundantes:ſed quatenus ſobria ſciẽtia dæmonum non affectant proprietatem. talis enim perfectio in ſuperiori choro conſideratur,proxima primo principio: & in tantum differens,quòd illud in ſe omnia, hæc uerò non item niſi in concreatis medijs intelligit. itaque aliud genus Eudæmonum utique admittitur. Quod ad ultimum attinet,ea proprietas Pythagoræ talis eſt: Si recta ratione uixeris,malè acta dolendo,& bene acta gaudendo:Deosq́ oraueris,ut opus tuum perficiant:tum exuto corpore profectus in Aethera, eris immortalis Deus.

Porrò mundum hunc,qui eſt æternitatis imitator, ſecundum Pythagoram,continentiã eſſe omniũ totorum, ſecundum coordinationem quæ ſit in eo(qui tametſi eſt corporeus,tamen incorporea habet principia: quamuis Stoici putauerũt ea fuiſſe corporea, quia ſpiritualia)eundem Pythagoras & genitũ, & corruptibilem ſapientiſsimè aſſeruit, ſed prouidentia & indulgentia Dei nũquam corrũpendum. Idem corpora elementorum rotunda, præter ignem,docuit,qui coni figuram refert. Colorem, inquiens,corporis apparentiam,tempus circulũ, mundi extimum:Motum, differentiam quandã ſeu alteritatem in materia,generationi & corruptioni ſubiecta. Docuit quoque,neceſsitatem incũbere mundo:& quædã de neceſsitate fieri,quædam ex fato,quędã electione,quędam à fortuna,quædam caſu: & horum cauſam eſſe humanæ

rationi occultã, cui & Anaxagoras aſtipulatur. PHIL. Vt arbitror, myſteria Orphica abũde tractaſti: uellem ut apprehenderes proximum philoſophandi genus cõmune illud, nempe Platonicum ſeu Ariſtotelicum: & quoniam primæ philoſophiæ libri uidentur mihi huic ſcientiæ Orphicæ ſubalternati, ideo modo Peripatetico, primùm omniũ de ſapiente, & proprietate contemplatiuæ diſciplinæ dicas. arbitror enim hîc totã Ariſtotelis Metaphyſicen ſitã eſſe. EPIST. Aduerte igitur, Si ſapientia eſt, quæ maximè ſcibilia, primas cauſas & principia contemplatur: tum ſapiens potiſsimũ ſcit omnia, ut contingit: & qui ſapiens non eſt, fit eo, quòd cognitu facilia teneat: neceſſe eſt, ut difficilima cognoſcat, & ſcientiam habeat certiſsimam, ut circa diſciplinam omnem cauſas aſsignare ualeat: quam non modò principaliſsimam, ſed & liberã maximè, ac propter ſe & ſciendi gratia expetere oportet, in qua omnia conſiderantur ut ſunt. Quo fit, ut expertum, non artificem, certius operari, in quantum eſt, artifice non experto: & artificem non expertum certius cognoſcere, & honorabiliorem eſſe dijudicet. ſimili modo ſapienti ſimiliorem eſſe expertũ, quàm ſenſum habentem: architectum, quàm manu operariũ: & contemplatiuum actiuo. Hinc diſciplinabilia ſunt, quibus aliqua ſignificare poſſumus, per quę uſui & directioni redduntur aptiora: atque prudentia, quæ futurorum uidentur eſſe prouida, quòd ſibi contra futura nocumenta incõmodaq́ꝫ proſpiciant. Et hæc ueſtigium habent humanæ prudentiæ, quæ eſt diuinæ prouidentiæ imago: ſicut illa humanæ ſapientiæ gerunt ſpeciẽ, quæ diuinæ itidem ſapientiæ eſt ueſtigium. Quapropter illa quæ habent auditum & memoriã, diſciplinabilia: quę ſenſum & memoriam, prouida uocamus. Quo fit, ut ab homine in hac uita ſapiẽtia poſsideri rectè poſsit: quæ cùm fiat penes ueritatem, ab ea impediuntur omnes, conſueti falſa audire, nolentes rectè docenti aſſentire: nec credere, niſi res ſenſibilis ſit, aut ſenſibili iudicio pateat: nec concedere, niſi alligatis auribus, paruis dediti, & ad res exiguas nati. Ceterùm proprium maximè, & ſolius Metaphyſicæ diſciplinæ

plinæ eſt, principia & cauſas entium, ut entia ſunt, & ſub entiũ ratione conſiderare: quæ ſimpliciter quid, & ſubſtantiam cõtemplatur, ac ob uniuerſalem ſubiecti rationem uniuerſalis eſt: à qua, ut ſcientia omnis ſuam ſumit unitatem, ita uniuerſalitatem aut particularitatem, quæ circa ens ipſum, atque circa omnia immobilia & per ſe, & per accidẽs, omninoq́ꝫ ſeparata & re & ratione exiſtit.

De ijs autem quæ accidũt, quæq́ꝫ raro, ſed neque à natura, neque intentione determinata eueniũt, nulla ſcientia contemplatiua, neque actiua, neque factiua ſimpliciter datur. Supremæ enim, diuinæq́ꝫ ſcientiæ eſt, omnes cauſas cõſiderare: quia eſt diſciplina principalior, & quæ per unumquodque cauſarũ genus demonſtrat. Eam itaque duntaxat diſciplinam Sapiẽtiam uocandã eſſe, quæ maximè ſcibilia, primas cauſas & prima principia cõtemplatur: quæ ſi terminorum dignitates ſunt, ſola terminorum cognitione habita admitti debent: ſi uerò poſitiones fuerint, declaratione dialectica, & inductione, ſimilitudineq́ꝫ, aut alia quauis perſuaſione ſunt manifeſtãda. At ſummè unum, & ſummè ens, omnium rerum ſubſtantia eſt. Quapropter illa principia rerum, quæ in punctis, ſuperficiebus, atque corporibus ponuntur, nulla ſunt: item ſpecies ſiue ideæ, præter ſenſualia ſingulariaq́ꝫ ſenſibilia. PHIL. Proh Deum, quid ais? ſpecies & ideas deſtruis? ubi igitur Plato cum ſuis ideis? EPIST. Rectè Plato, ſublimis & diuinus philoſophus, ideas ponit: intelligit enim non hunc mũdum ſenſibilem, ſed intelligibilem potius, ubi ideæ animabus omniũ rerum uelut exemplaria concreata ſunt: intelligit quoque mundũ archetypum, quem principatum Orphici, & originem habitantium & cuſtodũ appellant. In eo enim eſt idea ſempiterna, ad cuius ſimilitudinem quæcunque ſunt in eſſe ſubiecti, creata ſunt. Ariſtoteles uerò, ideas tales in ſenſibili mũdo negat: quandoquidem ultra motũ primi mobilis & planetarũ nõ penetrauerit. quo mediante, intelligẽtiarum quoque numerũ declarat. Si autem penitius introſpexeris Platonem & Ariſtotelem, deprehendes utrũque bene ſenſiſſe. Id enim quod Ariſtoteles ſummè

unum,

unũ, & ſummè ens appellat, poſſumus nos ideam ipſam ſecundum Platonem nũcupare. uterque enim ſignificat æternam illam Dei mẽtem, cauſam omnium rerũ. Quòd autem Ariſtoteles ideam ipſam extra ſingularia neget, fit eò, quia ideas niſi per abſtractionẽ fieri arbitratus eſt: talis ſanè non eſt principiũ rerum. Plato uerò nõ ideam abſtractam, ſed nec quæ uerè cognoſci poteſt, mẽti æternæ conſimilem, principium rerum ponit. PHIL. Sanè illa eadẽ ratio mihi ſatis probatur: & miror multos pertinaciter defendere, opiniones iſtas diſsidere cũ ſatis concordent, ſi uel mediocriter fuerint diſcuſſę. Sed redeas ad entis declarationem. EPIST. Inter ea quæ ſubſiſtũt, ſiue ab altero tanquam efficiente, ſiue in altero tanquam ſubiecto, ſiue ſub altero, ſiue ex altero, per alterum, & alterius gratia, perfectiſsimè ſufficiẽtiſsimeq́ ſine indigentia & dependẽtia ſubſiſtit: & maximè eſt ens, cuius ſubſiſtendi modũ nulla alia entia pertingunt, ſed citrà deficiunt. Ens ergo inquantũ eſt, ſolum eſt ſubiectum Metaphyſicæ conſiderationis, potius ſubſtantialis quàm accidentalis. hoc enim illius cognitionem cõſequitur. Quare ad cognitionem entis ſufficit cognoſcere ſubſtãtiam. PHIL. Sufficit ſanè, ſed antequã habeas cognitionem ſubſtantiæ, oportet totam philoſophiã, hoc eſt, ſingulas partes eiuſdem, percognitas & in promptu habere. Subſtantia enim, qua deuenimus in cognitionem entis, inquantum ens, conſideratur in quantum ſubſtantia, quæ eſt omnium ſubſtãtiarum caput, à qua tota philoſophia originem trahit. Siue enim contemplatiuam, ſiue actiuã, ſiue cõmunem ingrediaris philoſophandi modum, radices huius ſubſtantiæ ubique inuenies. Contemplatiua ſiquidẽ aut res conſiderat materię concretas, aut à materia penitus abſtractas: aut medias quaſdã re coniunctas, intellectione diſtractas, easq́ uel ſubſtantias uel accidentia. Rurſus hæc, aut quà multitudo ſunt, aut quà magnitudo. illa ut abſoluta, ut relata: hæc ut manens, ut mobilis. Vnde uelut ſtemmate naturalis & prima philoſophia, tũ quæ de anima pertractat: & Mathematicæ quatuor, ſeu doctrinales, Arithmetica, Muſica, Geometria, & Sphæ-

& Sphærica: cum ſuis illis quaſi pediſſequis, Calculatoria, Geodeſia, Canonice, Aſtrologia, Optica, & Mechanica naſcitur. Actiua mores expēdit, aut ſingulorum, aut familiæ, aut ciuitatis: unde quaſi trigeminus partus, moralem, diſpenſatiuam, ciuilemq; protulit. Rationalis aut iudicat, aut narrat, aut demonſtrat, aut ſuadet, aut oblectat. unde Grāmatica, Hiſtoria, Dialectica, Rhetorica, & Poëtica emerſerunt. Cōmunis, aut circa ea uerſatur, quæ cōmuniter inſunt rebus: aut circa ea quæ uidentur ineſſe, nec inſunt. Ineſſe uidētur, nec inſunt, inane & infinitum. Inſunt autem uel principia, uel quæ principijs annexa, uel quę de principijs exorta. Principia ſunt, aut cauſæ, aut cōcauſæ. Cauſæ, aut efficiens, aut finalis. Concauſæ, uel materiales, uel formales. Cauſis tamen exemplariā Plato, concauſis officialem adiunxit. Principijs annexa, motus, locus, tempus, & cōtinuum. De principijs orta, ſimplicia, & compoſita. Simplicia, uel ſempiterna, ut cœlum: uel corruptibilia, ut elementa. Compoſita, uel imperfecta, uel perfecta. Imperfecta, quæ gignuntur in ſublimi. Rurſus perfecta, uel inanima, ut metalla: uel animata, quæ aut uegetabilia, aut ſenſibilia, aut horum media. Vegetabilia, ut plantæ, quæ aut herbæ, aut frutices, aut arbores. Senſibilia, ut animalia, quæ uel rationalia, ut homo: uel ratione carētia, ut bruta. Media ſunt, quæ Græci ζωόφυτα uocant. Hæc omnia tractare incūbit, Epiſtemon, ſi ad ueram ſubſtantiæ cognitionem peruenire cupis. Licet quædam ſint, quæ magis ad ipſa accidentia declināt: nihilominus ſubſtantias aut omnes res eſſe dices: aut ſi diſtinctas, utique ſcire oportebit, à quibus diſtinguantur. Sic tandē utriuſque cognitio requiritur, perinde ac dulcis & amari. Siue igitur accidentia ſint, ſiue ſubſtātię, utrunque cognoſcere oportebit, principaliter tamen ſubſtātiam. EPIST. Diſcurſus iſte mihi placuit, quem olim quaſi ad uerbum apud Heraclidem uidi: & hiſce tēporibus apud Politianum, uerbis quibuſdam immutatum, eoq; fuit gratior. Quapropter parebo libenter, & dicā ordine paucis, quæ noſtro propoſito conuenire uidebuntur: tu uerò cum in

hac parte ſapientiæ tempus aliquantum contriueris, aduertes, ne quid prętermittatur. Itaque de prima Philoſophia, quæ Deum, menteſq; corpore ſeiunctas, ac multiplicia doctrinarũ omniũ principia (quę uocamus Axiomata, ſed naturæ ueſtigijs indagata) complectitur, quæ etiam nobis de ſubſtantia tractationem peperit, ſatis ſit dictũ: ad reliquum genus Philoſophię ueniam. Itaque Philoſophia, ſecundum Platonem, eſt mortis meditatio, & ſcientia rerum humanarum atque diuinarũ. Eius ſubiectum eſt, omne id quod in hominis ſcientiam, ſiue corporeum, ſiue incorporeum ſit, cadit. Finis uerò, ipſa noticia eſt. Hanc ſecundum Platonem in actiuam & contemplatiuam ſecamus, tum quæ de rerum in intelligentiam cadentium natura diſſerit, tum quæ circa magnitudines uerſatur. Poſtremò, quę circa corporis naturalis affectiones ac uires attinet. Huius ſubiectum eſt, corpus naturale. Finis, propoſiti cuiuſq; corporis cauſas ac principia quærere, earumq; reddere poſſe rationem, niſi rei nondũ inueſtigatæ ignorantia impediat. Hinc ſapienter à Platone in Alcibiade, & ab Ariſtotele in Phyſicis, ordo quo ad nos, & quo ad naturã, eſt inſtitutus. Et initium alterum extrà, alterum in rei cõpoſitione. illud unicum, immobile, æternum, infinitum, incorporeum, liberum, ui ſua cuncta efficiens, & omnipotens eſt: hoc, uelut interna quædam cauſa omnibus ineſt, quæ non modò pars eorundem eſt, uerùm etiã uirtus & ſpiritus quidam, uim illis conſeruandi eſſentiam prębet. Cætera uel artificialia, uel naturæ repugnantia, uel præter naturam dicuntur. Quod ad primum uniuerſi exordium ſpectat, unum eſt principium, Deus. Quod uerò ad rerũ iam effectarum frequentes actiones pertinet, principia, ſecundum Ariſtotelem, materia, forma, priuatio dicuntur: & cauſæ cur res ſint. quæ eſt ratio particularis, & propria uis rei iam effectæ. hæc initijs adeò ſubeſt, ut quicquid ſit cauſa, continuò ſit initium: hoc, à quo primò: illud, à quo ſecundò quicquam fit. Et ſunt, ſecũdum Platonem in Timæo, & Ariſtotelem in Phyſicis, aliæ propriæ, alię accidẽtales; hæ ad ornatum, illæ ad rei quiditatem referuntur, quas

tur, quas ſuperius realiter & proprie in cauſas & cōcauſas diſtribuiſti. Cauſarum alia eſt à qua, alia propter quam: hæc in executione, illa in perfectione cōſideratur.

Quæ ergo ad actiones pertinent, ſeptem generibus continentur. Horum primum eſt, Fatum: quod eſt ſeries cauſarum neceſſariò connexarum, Stoicorumq́ ſententia, qui cuncta fato fieri cenſent. PHIL. Audiui olim in ueſtro emporio, hanc definitionē eſſe contra religionem ipſam. EPIST. Verum eſt, ſi intelligatur in ea neceſſitas abſoluta. Sed aduertas triplicem eſſe neceſsitatem: Abſolutam, quę à Deo eſt: Phyſicam, qua fatum regitur: & conſequentiæ, unde facilè poteſt hæc Stoicorum ſententia ſaluari. Academicorum autem & Peripateticorum uerior dicitur ſententia, quia minus dubia: ij fatum ſolam naturæ efficiendi uim eſſe uolunt, quod Plato in Timæo ſapienter ſtabilem Dei in efficiendo rationem, præſcriptumq́ ab eo rebus ordinē appellat, ipſumq́ eſſe cauſam cōmunem, non priuatā rei cuiuſque docet. Hoc nec Dei prouidentiæ cuncta adminiſtrantis, nec uoluntati hominis obſiſtit, ſed ipſa potius Dei prouidentia eſt. EPIST. Sanè hanc eādem uiam ſequūtur Iamblichus, Plotinus, Proclus, Apuleius, Plutarchus, & omnes Academici, atque Ariſtoteles ipſe, qui neceſſariam illam materiæ conſecutionem formam recipiētis, in qua ſi forma ſit, neceſſariò materia ſubijci debet, oſtendit. PHIL. Audiui olim in ueſtris ſcholis quendam, D. Gregorium Nyſenum citantem, qui horum philoſophorum diſcordiam tueretur, quòd in Dei uoluntate uim illam neceſſariam quaſi fatū conſtituant. EPIST. Non intellexiſti benè. Religio enim noſtra, prouidētiam Dei quidem unanimiter aſſeuerat, qui minima quæque ſecūdum Dauidem prouidet: & eſſe infinitam quandā diuinę mentis potentiā, qua cuncta fiunt, conſeruantur, & adminiſtrantur. Tamen Plato eam apertè in Timęo fatetur, quā Deo opifici tribuit, tanquam uim agendi neceſſariam, diſtinguens: aliam propriam, quam cōmunem appellāt: aliam Deorum iuniorum, ſiue intelligentiarū cœleſtium, uirtutem terris effundentium, quam minus cōmunem uocat:

aliam dæmonum nominat, qui partem hanc mundi inferiorem adminiſtrāt: quem Iamblichus, Proclus, & cæteri Platonici imitantur. Vnde patet, qua ratione Plato illud fatum conſtituat in Dei uoluntate, quomodo idem non. Hæc patent etiam ex ſuperiori diſtinctione fati: ita ſi bene cōſideraueris, prouidentiam quidem in Deo deprehendes: at fatū minimè, niſi in ſecūdo gradu. PHIL. Hanc etiam diſtinctionem, quidam contra ueſtram religionem eſſe aſſerunt. EPIST. Dicant quicquid uelint: ego tamē ſcio & nos habere choros & gradus idem planè ſignificantes, ut ſunt Seraphin, Cherubin, &c. Sed de hac materia ſuo loco. Hoc tātum dixero, Deum in hæc inferiora nil agerè immediatè: artificialis enim productio, ad differētiam naturalis ſemper eſt mediata, perinde ac illa immediata. Quo fit, ut & neceſsitates aliæ in his, aliæ in illis modo ſupradicto conſiderentur: & ratione horum hæc interſtitia ſiue media rectè à Philoſophis ponuntur, nec contradicunt noſtræ religioni, ſi rectè fuerint intellecta. at ſi prępoſtero ordine quis interpretetur, facilè aduerſari etiam optimū religionis ſenſum, religioni cōceſſero. Multi enim loci contrarij in ſacris literis reperiuntur, ſed reuera contrarij non ſunt. Itidem hîc animaduertas, & diſsidentiam facilè, quam iſti putant, concordabis. PHIL. Quid autem reſpōdes Stoicis quibuſdam, & Epicureis, qui prouidentiā prorſus negant? EPIST. Idem reſpondeo, quod Tullius & Seneca, aduerſus eos ſcribentes: itē Plotinus & Alexander. Eamq́; Alexandri Aphrodiſæi autoritate, in Ariſtotelis ſententiam, duodecimo primę Philoſophiæ libro, ad lunę globum duntaxat pertingere, non ineptè dicere poterimus. Nec ideo pugnabit cum religione. nam eodem modo hæc eſt intelligēda difficultas, quo ſuperius declarata eſt lis, & cōpoſita, inter Ariſtotelem & Platonem, de ideis. PHIL. Intellexi ſufficienter. ſed perge ad alias cauſas, quas per accidens appellant. EPIST. Reſtāt Plutarchus & Lactantius, in libro de Fortuna, ne fortunæ quidem, nedum caſus nomen admitti debere, ſiquidē à Deo cuncta curantur: nec quidquam à fortuna euenire, cuius

cauſa ignoretur, poteſt. At ideo, mea quidem ſententia, Philoſophorum doctrina haudquaquam eſt deſtrueda. Nõ uideo enim, quomodo Platonis, Ariſtotelis, & aliorum ſentẽtia de fortuna, religionem offendat, quã uterque cauſam per accidens eſſe aſſerunt, eorum quæ præter inſtitutum à nobis finem eueniunt: ac in eis tantũ ponunt, quę ratione utuntur, ipſam ab irrationabilibus excludentes. & hac ratione caſum diſtinguunt, quòd hic cõmunior euentus, ille uerò minus ſit. Manifeſtè appa ret quoque, à Deo nil per accidens prouenire: ergo nec caſu, nec fortuna, Nec ille ſimpliciter hæc curat: ſic enim oriretur in religione noſtra alia controuerſia, & in nobis non liberum, ſed ſeruum potius arbitrium daretur, quam quidem opinionem nunc multi mordicus tenent. Scias autem, hæc omnia permiſsiuè quidem à Deo prouenire, ſed non effici & cauſari: imò & eorum quorum cauſa eſt, non dicitur talis naturaliter & immediatè. At hæc ſuo loco. Cæterùm à natura fieri dicuntur, quæ per ſe, naturali ui, & proprio inſtinctu fiunt, à qua cũcta & corporea & incorporea naſcuntur, ad ſimilitudinem artis, quæ efficiendi principium in rebus humanis ingenio excogitatis nuncupatur. Ea, alia eſt liberalis, quòd ingenio magis quàm corporis uiribus perficitur: alia illiberalis, quòd corporis miniſterio potiſsimũ utatur. Præterea, quòd uoluntas hominis libera ſit, quantũuis uarijs modis immutetur, quocũque tamen modo id fiat, ſemper efficiendi cauſa libera nominatur, ſiue per ſe agat, ſiue adiuuet, ſiue liberè quidquam agat: ad quod genus cauſæ omnes hominum actiones referuntur, niſi quid fortè illi ab alio coacti faciant. PHIL. Ex hac tua determinatione, primò oritur dubiũ, An cauſa fortunæ ignoretur. ſecundò, An in eis tantùm ſit quæ ratione utantur, & an conuertatur cũ caſu. tertiò, An à Deo aliquid per accidens proueniat, & quomodo. Quod ad primum attinet, uidetur mihi Plutarchi & Lactantij ſententia ſtare. Nam contraria adimeret omnipotentiam primi actus: ſiquidẽ fierent quædam occulta quadã ui, præter primi entis prouidentiam: ſequeretur tandem aliud quoddam primum

ens, & ſic daretur proceſſus in infinitũ. Si dicas id fieri ratione noſtri, ſequetur, quòd non ratione primi entis: atq; ita Plutarchi & Lactantij manebit ſentẽtia. Quod uerò ad ſecundum attinet, opinor fortunã & caſum, ſi ſunt, idem eſſe. Quòd enim illa ex propoſito eueniat, & rarò: hic uerò ſine propoſito, item rarò: non uidetur cõſentaneum. Quippe homo pergens ſine propoſito, in ecſtaſi exiſtens, ac in ipſo itinere, ſi theſaurũ inueniat, ſanè non caſum, ſed fortunam dices: & tamen non ex propoſito id uerificatur, præſertim in eis qui nimia afficiuntur melancholia. Item, bos in paſcuis à ſerpente ictus, uoluntate & propoſito, ſeu potius deſiderio ad paſcua pulſus, ut habetur in ſecũdo modo uolũtatis, caſu id eueniſſe dices, non fortuna: cùm tamen ſecũdum definitionẽ utriuſque, oppoſito modo iſtę cauſæ aſsignari debeant. Quod ad ultimum pertinet, uidetur à Deo aliquid per accidẽs prouenire, quia per media, quæ non ſunt de ſubſtãtia Dei: ergo ſunt de accidẽte. EPIST. Primam dubitationem diluit hæc diſtinctio: Alia ſunt quo ad nos, alia quo ad naturam. Hoc modo eadem ſunt omnia in natura, perinde idem in ſeipſo. Quo ad nos uerò, aut conſiderãdo inter nos, aut reſpiciendo naturam: hoc modo dico caſum & fortunam eſſe à primo ente, & non in primo ente, ſicut cùm conſiderantur abſolutè quo ad naturam: & non dici cauſas per accidens. Sed hæc cauſa conſiderata inter nos, dicitur primum per accidens, quatenus ille euentus nobis accidit. Cauſa igitur huius euentus non ignoratur ab ipſa natura ſed à nobis. Atque hic eſt philoſophorum ſenſus, quem Plutarchus & Lactantius utique non bene reprehendunt. Non enim adimitur propterea omnipotentia Dei, imò confirmatur potiùs, dum noſtra oſtenditur impotentia. hæc enim relatiuè illi opponitur. Occulta præterea illa uis non dicitur occulta, ratione naturæ, cui omnia ſunt aperta: ſed ratione noſtri, inter nos conſideratæ. Secundum diluit uoluntatis proprietas. hæc enim propriè in ſolis rationabilibus exiſtit: impropriè uerò in brutis, & dicitur deſiderium propriè: atque in uegetabilibus, & appetitus nũcupatur. Vnde patet, bo-

uis illum ictum caſu fieri. Homo uerò melancholicus inueniens theſaurum, non eſt melancholicus quo ad theſaurum, per amiſsionem propoſiti: ſic enim præteriret theſaurum, nec leuaret ipſum. Licet impos mentis nonnunquam quædam adfert prǽter intentionē, & ſine propoſito, maximi momenti: illud tamen eſt fortuitum illi cui adfert, non autem furioſo, niſi potentia. Item fortuna proculdubio Philoſophorum ſententia conuertitur cum caſu, ſed non econtrà. Quod ad tertium attinet, ex prima diſtinctione diluitur. Quomodo autem procedant omnia à primo ente, ſic patet. Quod ad prima principia attinet, ſunt à Deo immediatè, ſcilicet materia & forma. Effectus uerò conſequētes ſunt ab ipſo mediante natura: nihil autem eſt à Deo immediatè tantùm. Vnde patet, fortunam & caſum, quatenus circa materiā uerſantur, ipſa originaliter conſiderata, à Deo immediatè eſſe: at fortunę & caſus effectus mediāte natura. PHIL. Intellexi olim, Deum ipſum, ſeu primum entium, nulla ratione dici cauſam, quo ad materiam. Deus rerum quidem triplex eſt cauſa: ſcilicet efficiens, exemplaris, & finalis, ſed nullo modo materialis. EPIST. Verum dicis, Deum non eſſe materialem cauſam: nec ego id ſentio. ſed dicebam, Deum eſſe cauſam immediatam ipſius materiæ, & non materialem. In Deo enim generatio & ſpiratio, eſt æterna emanatio. Sed effluxio per creationem, eſt huius temporis, in qua conſideratur creatio, quę ſolius Dei eſt, per quam res de nihilo exit in eſſe. Item factio, per quā res exit in eſſe de aliquo. Hoc modo Deus non eſt cauſa principiorum: quia facere, eſt operari de aliena materia, quæ in Deo non eſt. Quicquid enim eſt, ſuum, eſt proprium, & non alienum. Vltimò eſt generatio, per quam de ſubſtantia res exit in eſſe, & dicitur effectus conſequens mediante natura. PHIL. Hactenus ſufficiat de principijs & cauſis diſſeruiſſe: uenias ad ea quæ principijs ſunt annexa. EPIST. Motus, ſecundum Platonē, eſt materiæ differentia, & alteratio. Nec repugnat Ariſtoteles, qui inquit: Motus eſt actus rei poteſtate mobilis, Licet Simplicius & Georgius Gemiſtus

à Plato-

à Platonicorum ſchola diſſentiant, non uideo tamen cauſam diſcordiæ. Dum enim ſecundum Platonem concludunt, motum à Dei mēte, in qua ideæ ſunt, in materiam peruenire: eamq́ non accidens, ſed ens quoddam intelligibile, à ſenſibilibus rebus diuerſum, & æternitate commenſurabile: Ariſtotelem oppoſitam partē tueri defendunt. ſiquidem motum duntaxat in ſenſibilibus rebus, quaſi non ens, quod cogitatione comprehendatur, conſtituit: deinde uim ipſam mouēdi, motæq́ rei perpeſsionem, in uno eodemq́ ſubiecto, ratione tātum diſtinctā.

Hæc cum penitius introſpicio, de lana caprina diſputationem eſſe deprehēdo. Quod enim ſuperius de ideis dictum eſt, illud idē huc peroptumè quadrat. Plato loquitur de motu creationis: Ariſtoteles uerò de motu generationis & factionis. Ita nil uideo, in quo diſsideant. Vnde quidā motum in Deo eſſentiam minimè collocari debere, quánam ratione dicant, non patet. Certū ſiquidem eſt, illum motum in Deo eſſentiam eſſe, qui ocio opponitur: quādoquidem in Deo nec ocium, nec aliquod accidens aſsignari poteſt. nec dubitādum eſt, ab eo omnes motus quantūuis particulares proficiſci. Dico autem de motibus, inquantum ſunt motus, non inquantum tales, aut tanti, &c. Vnde iſti malè eliciunt mutationem, à qua eſſe debeat alienus, quod etiam in circulari motu uidemus, non tamen à ſe diuerſo: Deus autem habet motum, ut mouens, non ut mobile, niſi moraliter intelligatur. Sic culpa noſtra mouet Deum ad retributionē pœnæ, & pœnitētia delicti ad miſericordiæ conſecutionē.

Poſtremò ab apparentia expreſſæ formæ in ſubiecto, tollere motum ab eſſentia diuina, planè impiū eſt: ſiquidem oppoſitū in Deo impoſsibile, ex ſuperioribus manifeſtè apparet. Hoc itaque eſt primum annexum principijs, & prima proprietas entis mobilis intrinſeca, quam infinitum comitatur. Quod uenantur & Ariſtoteles & Plato certis quibuſdam rationibus: ille ex magnitudinis coniunctæ diuiſione, ex temporis continua ſucceſsione, ex perpetua rerum generatione, à finiti contraria natura, ex humanæ mentis intelligentia: hic in Philæbo, ſub

Socratis perſona, ex collatione magni & parui, quæ infinita eſſe dixit, quatenus in his definitum ſit nihil, talem exceſſum & defectum partem numeri appellans, in quo pari nempe ſub ænigmate quodam, infinitum eſſe retulit, quia dualitas infinita ſit additione perpetua facta, uel ſubtractione, cui infinitum dici magnum uel paruũ: aut dualitatem nihil aliud eſſe, quàm ſi continui diuiſione in partes æquales facta, inueniri poſſe indefinitum dicat. Quemadmodũ ergo ille in ſola magnitudine infinitum ponit, in ſenſibilibus poteſtate quadã: ita hic prorſus eodem modo ſentit, & ab eo illud alterum ſeiungit, quod actu eſſe in ente illo immobili, ſiue idea, in Parmenide dixit: quod & Ariſtoteles ſentit, cùm primum illum motorem æternũ ac diuinum inducit. PHIL. Audiui olim Pherecydem Syrum, Pythagoræ magiſtrum, aſſerẽtem, primùm omnium animos hominum eſſe ſempiternos, ideoq; infinitos. Vnde colligo infinitum non ſolum ſenſibilium, uerùm etiam inſenſibilium, quod nuncupatur infinitũ eſſentia & actu. ac propter hoc, infinitum ſenſibilium nullũ eſſe credo: aut ſi eſt, deſtruit illud. EPIST. Nõ dubites Philomuſe, & Ariſtotelis & Platonis ſententiam ueram eſſe: item infinitum illud eſſentiæ, intelligentiæ & æternitatis quoque manere. Hoc enim reuera infinitum eſt actu, & reſpectu ſuę nobilitatis: illud uerò finitum dicitur, quo ad nos, & potentia tantum, aliàs in hoc ſenſili mundo nullum infinitum datur. licet actu quoq; infinitum uterque annuant, alter ex continui in æqualia diuiſione, alter ratione magni & parui, quatenus in his nil definitum ſit: tamen hoc infinitũ actu confuſo poteſt admitti, diſtincto uerò nequaquam. PHIL. Hactenus diſſeruiſti de internis paſsionibus, ſeu proprietatibus entis mobilis: reſtat de externis tractare. EPIST. Quamuis à Thaletis Mileſij temporibus, autore Plutarcho, locus ne ſit aliquis uacuus, ignorauerint ad Platonis uſque ætatem: poſtmodum tamen minuti quidam philoſophi, Leucippus, Democritus & Epicurus, quorum ſententiam ſequutus Lucretius, poẽta melior quàm philoſophus, dixit, Namque eſt in rebus inane: Plato uerò

& Ariſtoteles inane prorſus ſuſtulere. De quo Plato in Timæo differens, ab Ariſtotele licet reprehendi uideatur, quòd locum materiam eſſe dixerit: ſi tamen rectè intelligantur (Simplicio & Plutarcho in libro de Philoſophorum decret. teſtibus) Ariſtotelem & Platonē idem ſentire deprehendemus, qui & pariter uacuum tollūt, ut ex Timæo uidere licet. Cæterùm quod ad tempus attinet, licet Simplicius ex eo quòd uterque & Ariſtoteles & Plato mundum æternū putauerūt, uterque rebus ſenſibilibus tempus ob durationis cōmutationem, intelligibilibus uerò ob conſtantem immobilemq; naturam æternitatem aſsignauit, eos concordare nititur: Plato tamen in Timæo æternitatis uim magis explicans, illā tanquam exemplar temporis refert, ac tempus unà cū mundo factum, quamuis ab æterno, aſſerit, quatenus ab illa profluit. Sed Ariſtotelē mundi æternitatem ſimpliciter tueri, nemini fuerit dubium. Quo fit, ut non facilè quis conſenſum illorum hac in parte defendat. Tandē noſtræ religionis & doctorum intemerata ſententia, utrique opinioni aduerſa eſſe uidetur: nec enim tempus ab æterno factum, ut Plato putauit: nec omnino æternum eſſe, ut docet Ariſtoteles, concedit: ſed factum mundum ſimul cum tempore tenet. PHIL. Ego memini me apud Platonem legiſſe, æternitatem eſſe duratione quandam perpetuam, & inſtantem conuenientemq; Deo. quam ſententiam, ni fallor, & Gregorius Nazianzenus, Baſilius & Auguſtinus, Doctores religionis, tenent. cui Mundus non repugnat: eſt enim duraturus in æternum, ut ſæpius in ueſtro emporio differētes audiui: ſi huic cōuenit, ergo & tempori, quia ſecundū uos eſt cum tempore factus. EPIST. Si penitius rem introſpexerimus, dicemus ſanè, tempus quidem hac ratione coæternum mundo. At ſi æternum ipſum intellexeris ſine principio & fine, nulla ratione hoc propoſitum Philoſophorū defendere poteris. Vt autem plenius intelligas præſens inſtitutū, quatuor aſsignantur errores circa mundi creationem. Quidam enim dicebant, mūdum eſſe æternum: alij, mundum quidem factū, ſed habuiſſe materiale principium,

cipium, & non eſſe de nihilo: alij dicebant, Deum ſuperiores creaturas per ſe produxiſſe, ſed inferiores per miniſterium angelorum. alij ponebant duo principia, ſicut Manichæi, unum ſcilicet ſummè bonum, & aliud ſummè malum: dicentes incorruptibilia eſſe à bono principio, corruptibilia à malo. Hos omnes errores excludit Moſes noſter legislator, primò cum dicit בלאשית, ſecundò ברא, tertiò אלהים, quartò אתהשמים, quintò ואתהארץ, quò fit, ut mundum coæuum eſſe nō negauerim. Coæuæ enim quatuor ſunt primitiuæ rerum creaturæ, cœlū empyreum apud nos nominatum, angeli, materia mūdi, & tempus. PHIL. Nunc incumbit, ut paucis mundi & creaturarum ſeriem dicas. EPIST. Mundi creatura apud nos triplex eſt: Simplex, ut elementa & cœlum: incorporea, ut ſpiritus: compoſita, ut homo. Mundus ſimiliter triplex: archetypus, hoc eſt, primum ens, Deus, ſiue exemplar mundi ſenſibilis: Maior mundus, ſeu hic ſenſibilis: & Minor, ipſe nēpe homo. At Philoſophorum quamuis de natura mundi opiniones ſint uarię, Platonis tamen atque Ariſtotelis in Timæo eadē de eo ſentētia omnino, Simplicio atque Proclo uidetur: quam & Plotinus in libro de Cœlo, & Plutarchus, tuentur. Licet Plato eſſentiam quintam, ab hoc inferiori mundo diuerſam appellauit: eandem tamen materiam, eaſdemq; qualitates, rebus alijs, ſed maiori perfectione compactas & ſtabilitas, illi attribuit. Quo fit, ut Plato ueritati propior ſit Ariſtoteli, in eo quòd eadē ſit uniuerſi natura & concretio. quāquam neutra repugnet, quo ad unitatē mundi, noſtræ religioni. Id enim uterque uarijs confirmāt rationibus, tum quod eius exēplar ſit unum, quodq; ipſe ex materia uniuerſa ſit factus: tum quòd uniuerſum propterea dicatur, quod extra ſe nihil habeat. Licet quoque Ariſtotelis & Platonis de figura mundi diuerſæ ſint rationes, eadem tamen eſt ſententia. Plato enim figuræ rotundæ effectionem ad intelligibilem cauſam, Ariſtoteles uerò ad rationes in ſenſum magis cadentes refert.

Præterea mūdum ad exemplar animatum eſſe conditum, Plato in Timæo multis rationibus probat: ac eandem

dem eſſe putat internã uim motionis uniuerſi, qua ſponte cuncta cientur, oriuntur, intereunt, alterantur, motu denique omni impelluntur: nec exiſtimat ſimilem illius animam reliquorum animalium: quapropter nec ſenſus illos quinque, nec memoriã, nec inceſſum ei tribuit, ſed internam duntaxat uim & intelligentiam, quatenus ratione & conſilio cuncta producit. Cui & Ariſtoteles 12. Metaph. cùm de cœli motu agit, aſtipulatur, dum eas illi partes attribuit, quę animalium propriè ſunt, ſurſum, deorſum, ſiniſtrum, dextrum, ex quo eſſe illum animatum concludit: quod Proclus, Simplicius & Plutarchus de eo teſtãtur. Nec in alio Ariſtoteles differt, quàm quòd Plato mundo uniuerſo animam eſſe circumfuſam uult, Ariſtoteles uerò in cœlis duntaxat eam uidetur collocaſſe. Quare & Democriti & Epicuri ſententia probanda eſt, qui animatum mundum eſſe ſenſerunt. PHIL. Diſtinxiſti paulò antè mũdum in ſpiritualem, corporalem, & cõpoſitum. Vellem, quandoquidem de primo poſtea inſtituere propoſueris ſermonem, ut ad ſecũdum te conferres, & modo ſeruato paucis de eo diſſereres. EPIS. Mundi corporalis machina in ipſo cœlo & elementis conſiſtit. Illud diuiditur in cryſtallinum, empyreum, & firmamentum, quod continet ſphæras ſeptem planetarum. Hi omnes cœli mouentur, excepto empyreo, quod quietum eſt. Nomine autem cœli cryſtallini, intelligitur illa pars materiæ primæ, quæ ſecundũ Philoſophum formata eſt in duos orbes, quorum ſuperior eſt Primum mobile. Natura uerò elemẽtaris quatuor ſphæras continet: quarum Prima eſt ignis, tria interſticia recipiens: ſupremum, quod uocatur igneum, medium ac infimum Olympium dictum. Secunda aër, ſimiliter tria habens interſtitia: ſupremum, quod uocatur æthereum, & medium, ac infimum, quod uocatur aëreum, utraque lucida & calida: media uerò frigida, tenebroſa, propter ἀντιπερίστασιν. Tertia eſt, aqua: Quarta, terra. Porrò in mundi ortu, ex aquis à terra ſecretis cœlum conflatum eſt, Moſis ſententia. Sed Plato, Ariſtoteles, & cæteri philoſophi, cœlum diuerſæ naturę à terra, cęteriſq; elementis putant,

tis putant. Itaque reuera cœlum eſt ſubſtantia corporea, ex quatuor elementorum natura concreta: præſtantiori tamen forma quàm cætera omnia prædita, lucida, mobilis, ac demolitioni (ut uniuerſa) ſubiecta: quam Hebræorum Mechubales, quoad firmamentum, defuſionẽ, extenſionemq́ appellant: Plato uerò & Ariſtoteles ſoliditatem ſignificant. PHIL. Memini me legiſſe, quo ad omnes proprietates cœli, ipſum ſic definiri, tam philoſophorum quàm ueſtræ religionis ſententia: Cœlũ eſt corpus purum, natura ſimpliciſsimũ, eſſentia ſubtiliſsimum, incorruptibilitate ſolidiſsimum, quantitate maximum, qualitate lucidum, diaphano perſpicuũ, materia puriſsimum, figura ſphæricum, ſitu locali ſupremum, amplitudine creaturarum aliarum in ſe contentiuum. Sed miror apud Archimedem Samij Ariſtarchi, & apud Ciceronem Nicetæ ac Philolai ſententiam, à philoſophis uelut inanem & ridiculam exploſam, cur dicãt cœlum ſtare, terram autem moueri: quandoquidem Plato & Ariſtoteles, unà cum uniuerſa cohorte philoſophantiũ, eum orbiculari motu incitari aſſerant. EPIST. Hactenus, quotquot erant qui hac de re certârunt, cõmuniter opinionem Samij & cæterum reiecerũt. Ego autem utramque ſententiam ueram eſſe potiùs dicerem, quod etiam ex noſtræ religionis doctrina elicio. Apertè enim intelleximus ex ſuperioribus cœlorum diuerſitatem, in quibus utrunque manifeſtatur. Quippe cœlum à motu eſt extraneum, beatorum ſpirituum habitaculum, & ſpecialiter ſedes Dei apud nos nuncupatur. Sed cryſtallinum eſt, cui propriè & ſpecialiter cõuenit, quod eſt motu uelociſsimũ, ad inferiora uirtutis influxiuum. Eodẽ modo firmamentum, cui plurimæ conueniunt ex proprietatibus ſupradictis, quod inſuper eſt aquarũ diuiſiuum, ac ſtellis decoratum. Vnde manifeſtè apparet utriuſque ſententia. Philolaus enim excuſari poterit ratione primi cœli, quod cùm reuera non moueatur, & cæterorum nullus motus ſit ſimpliciter ſenſibilis, niſi ex quibuſdam, certis tamen apparentijs & ſignis, ut poſtea dicetur. Præterea naturaliter nil penetrare poterat, quod eſt ultra fir-

mamentum. Naturalibus igitur rationibus adiutus, ad ſupernaturales deuenit, exiſtimans, ſi cœlum mouetur, debet dari cauſa, quæ erit mouens. at hic ad motum ſe habet, ſicut nauta ad nauem: mouens igitur, aliqua ratione migrabit in mobile. Nauta enim non poteſt nauem mouere & gubernare, niſi aliquantum moueatur: quo conceſſo & poſito, erit proceſſus in infinitum. Ergo rationabilius eſt, cœlum eſſe immobile: quod etiam noſtrę religionis rationibus aſſequi poterit. Deum enim aſſeueramus omnia mouere, ſed nulla ratione moueri. itaq; conſentaneum eſt, ut habeat ſibi creatam ſedem quoque immobilem, ut æqua ſit proportio eius & illius. Quo fit, ut Philolaus cum ſuis non inepte ſenſerit. Licet Plato, Ariſtoteles, & cæteri naturalibus ſignis acute perſpexerunt motum in cœlo cõtinuum, quod opponitur quieti ob nobilitatem corporis. Attamen non conuenit empyreo cœlo, ubi ſicut non datur motus, ita nec quies, quę eſt priuatio motus: quo fit, ut ſe habeat ad modum creatoris, ut dictum eſt. Porrò terram moueri, aperte eſt falſum: ſed condonandum illis. arbitrati enim ſunt circa terram motum dari, ſi in cœlo quies ponitur. At ubi rem ultima contemplatione inſpicio, dico quidem Philolaum cum ſuis non ex ſcientia, quin potius ex ipſo naturæ dictamine cœlum ſtare aſſeueraſſe. Errarunt tamen in hoc, quia omnes exiſtimauerunt ſtare: aut unum ſi putârunt, pluralitate decepti ſunt. Ac ideo terram potius moueri, atque inde terræmotus fieri: ſed ratio terræmotus ex iſta conſequentia eſt ſatis frigida. PHIL. Perge oro, neque ſis circa hæc nimium occupatus, & decorum conuentus obſerua. EPIST. Ignoſce precor, ipſa enim me contemplatio apprehenderat: ideo prolixiorem reddidit. Sed uenio ad ipſos orbes. Quãquam Plato & Ariſtoteles octo ſphæras poſuerint, recentiores tamen ob triplicem motum octauæ ſphæræ, decem ſtatuunt. Cùm enim uni ſimplici corpori tantum unus motus tribuatur, ſupra octauum duos colligimus, quorum extremus ab oriente in occidentem motu diurno cietur: nonus rapitur cum decimo, proprioq; motu contrà, ſuper

trà ſuper linea ecliptica & polis zodaici nititur, qui centum annis uno gradu progreditur: & ob hoc tardus nuncupatur, ac difficulter perceptibilis. Octauus à meridie in ſeptentrionem proprio motu uoluitur: primò ob inæqualem, & nunc tardiorem, nunc uelociorem motum: tum ob quarundam ſtellarum, quæ fuerunt uicinę æquinoctiali, receſſum longius uerſus boream, & econtrà: ut in extrema cauda Cynoſuræ, ſtella Hipparchi tempore ab æquatoris polo circiter duodecim gradus, hodie tantum quatuor gradus inde diſtat: atque ob anticipationem æquinoctiorum & ſolſtitiorũ, propter interſectionis uernæ alterationem: ultimò, ob maximam ſolis declinationem, quem propriè motũ acceſſus & receſſus nuncupamus. His annectuntur ſeptem orbes planetarum, in quorum ordine, licet Plato à Ptolemæo diſcordet, quòd ille ſuprà ſolem lunã ponat: quia ſi infrà ſolem eſſet Venus & Mercurius, ſentiremus ademptionem conſpectus ſolis: perinde in Lunæ interpoſitione, inter ſolem atque uiſum noſtrum: tamen Ptolemęi ſententia uerius, Solem medium eſſe planetarum, dicẽdum eſt. inquit enim Regiomontanus, non eſſe conſentaneum ſpacium inter ſolem & lunam ſine ſtellis, uel ex proportione diſtãtiarum lunę & ſolis, atque computatione ſemidiametrorũ terrę. PHIL. Ex diſtantia orbium & planetarum, facilè apud nos patet numerus eorũ. Nam à terra uſque ad Lunam, ſunt miliaria 15625. hæc ſunt 1260. à Luna uſque ad Mercurium ſunt miliaria 7612. & ſemiſsis. à Mercurio uſque ad Venerem, tantundem. à Venere uſque ad Solem, ſunt 24433. à Sole uſque ad Martem, ſunt miliaria 15625. à Marte uſque ad Iouem, 6812. à Ioue uſque ad Saturnum, tantundem. à Saturno uſque ad firmamẽtum, 24427. Ex his colligitur, quòd à terra uſque ad cœlum ſtellatum, ſunt miliaria 108959. Vnde octo ſaltem orbes promanant. EPIST. Ita ſanè eſt, ut numeraſti. Sed ob triplicem motum octauæ ſphæræ, redundant duo orbes, qui decem pariunt. Porrò & firmamentum ipſum ſtellis eſſe ornatum, proculdubio intelligis: quæ cum illo ſemper mouentur, materia ſunt

puriſsimæ,

puriſsimæ, figura ſphæricæ, quantitate magnæ, apparentia paruæ, qualitate lucidæ, radiorum diffuſiuæ, rerum inferiorum generatiuæ, à ſole illuminationis receptiuæ. Solis autem natura eſt calefacere, & lãguidius deſiccare. Eſt præterea fons uitalis potentiæ, ſicut luna naturalis, ſecundum Ptolemæum: cuius lumine calefacta ſemina efficaciam concipiunt, capit alimentum ex terra, & gignit fruges. Ita quoque in corporibus hominum & animalium, humores magis alit luna, ſol iuuat motum ac ſenſum: qui etiam alium præter diurnum habet motum, efficiens uices æſtatis & hyemis, dierum ſpacia uarians, ac tẽperator primæ illius & rapidiſsimæ gyrationis exiſtens, & qui propriè motus Solis nuncupatur: qui fit, orbe ſolis contra primum leniter nitente, ab occaſu uerſus oriẽtem, ſub certo circulo, quem Ariſtoteles obliquum, Græci zodiacum, Latini ſigniferum appellant: ob cuius diuerſitatem Plato mundum figura χ copulatum & coagmentatum eſſe uoluit. Ad eius cognitionẽ Archimedes dicitur automata motuum cœleſtium, uidelicet integros orbes aptiſsimè fabricaſſe, contra quorundã inſulſantium ſententiam: ac iuxta eos, oculis hos motus ſubieciſſe. Sphæra uerò in qua ſol motum diurnum perficit, eidem eſt concentrica. Et quoniam ſol in zodiaco non conficit utramque medietatem æquali numero dierum, rectiſsimè Geometras, quaſi ſculpere tres partiales orbes, in tota ſphæra ſolis: qui etſi tales reipſa non ſint, petulantia tamen Auerrois & aliorum tollenda eſt. Maniſeſtè enim apparet, planetarum diametrum aliàs maiorem, aliàs minorem cerni: & nunc propiores eſſe terræ, nunc longius ab ea ſecedere. quod non fieret, ſi concentrici eſſent. Item Geometræ tales ſculpturas non ſtatuunt in cœlo, ſed eruditè cauſas motuum oſtendunt. Itaque oſtendat Auerroes leges motuum concinniores, ex quibus cõputatio uera inſtitui poſsit. PHIL. Præter eas proprietates ſtellarum fixarum, alias quoque legi. Vltra id enim quod à ſole ſint illuminationũ receptiuæ, ſunt etiam tenebrarum expulſiuæ: quãto nox obſcurior, tanto plus ſui maniſeſtatiuæ: in pręſentia ſolis ſui occultatiuæ,

cultatiuæ, tempeſtatis & ſerenitatis concitatiuæ, uiarum nauigantium directiuæ: quanto coniunctiores, tanto in cõmuni lucidiores, ſed ſingulæ minus apparentes: ut patet in Galaxia, claritate & quantitate differunt, & uirtute. EPIST. Solis tractatio me remorata eſt, aliàs ego quoque eaſdem illas enumeraſſem. Sed cùm tu in medium attuleris, ego ad uirtutem ſtellarum errantium redeo, & proprietatem uniuerſalem gentium. Itaque Saturni & aliarum ſtellarum uires conſtituuntur pro uarietate aſpectuum ſolis & lunæ, quorum aſpectus conſtitutionem uariant aeris, ſecũdum magis & minus, quorum totam poteſtatem quatuor humores comprehendunt: ex quibus duo fæcundi & uiuifici, per quos omnia coaleſcunt & roborãtur: econtrà duo exitiales & detrimentoſi, quibus omnia diſsipantur & interficiũtur. Tradidit enim uetuſtas, beneficas eſſe duas ſtellas, Iouem & Venerem, & præter has Lunam: Saturnum uerò & Martem tradiderunt eſſe maleficos: Solem autem & Mercurium, propter cõmunem naturam effectus in utramque partem habere, & accõmodare ſuam naturam ad eas ſtellas cum quibus ſunt, tãquam medios. Per proportionem quoque, uim ſtellarum humidiorem fœmineo ſexui uniuerſaliter, perinde ac calidiorem maſculino congruere. Quo fit, ut cõuenienter Lunam & Venerem fœmineas ſtellas: Solem, Saturnum, Iouem & Martem maſculinas: Mercurium uerò participem utriuſque naturæ ſtatuant. & ſtellas hanc ſexuũ uim recipere à poſitu quem habent ad ſolem, ſalua propria qualitate, tum dynami ſumpta à ſignis & cardinibus, quorum ſingula cõdiſtinctas habere uires. Et cùm prorſus non aſpiciant, omnino lãguidos & imbecilles eſſe Ptolemæus docet. Hæc de proprietatibus planetarum, qui nonnunquam dicuntur retrogradi, nonnunquam progreſsiui, nonnunquam ſtationarij, prout in epicyclis ſuis diuerſimodè mouẽtur, ſufficiat dixiſſe. Venio nunc ad alteram propoſiti partem, nempe proprietatem uniuerſalem gentium: quæ diſtinguuntur cùm iuxta parallelos & angulos, tùm iuxta poſitum ad eclipticam & ſolem. Congruunt quoque in ſingulis

terræ tractibus propriæ humorum qualitates, & inclinationes ad ſigna. In ſignifero quatuor triquetræ configurationes aduerti ſolent: quarum prima, ex Aquilone & Africo mixta, Borrolybico ſubiecta, à Ioue & Marte gubernatur. Secunda eſt Auſtriſolani, in ortu brumali, Notapelioti ſubiecta: regitur præcipuè à Venere & Saturno. Tertia, mixta ex Aquilone & Subſolano, in ortu ſolſtitiali, ſubiecta Borrapelioti: regitur præcipuè à Saturno, habetq́ʒ ſocium gubernationis Iouem. Quarta mixta ex Auſtro & Africo, in occaſu brumali, ſubiecta Libanoto: regitur à Marte, habetq́ʒ ſociã Venerem. Hinc ter- noſtra diſtribuitur in quadrantes quatuor, accõmodatos ad triangulorum numerum. Latitudo diuiditur per lineam maris noſtri, à freto Herculano ad ſinum Iſsicum ducta, & deinceps ad ortum per mõtanum dorſum, quæ linea aquilonarem partem ab auſtrali ſeparat. Linea uerò ex Arabico ſinu per Aegæũ pelagus, Pontũ & Mæotidem paludem ducta, diſcernit orientem & occidẽtem. Ita fiunt quadrantes quatuor, iuxta trigonorum numerum: quorum primus Celticam, ſecundus Aſiæ partem auſtralem, tertius magnę Aſiæ partem aquilonarẽ, quartus occidentalis Aethiopię ſecundum Ptolemæum dicitur. PHIL. Plus ſatis me reficis: ſed liceat & mihi quędam dicere de planetis. Legi ſiquidem aliquando quædam huic propoſito haud incõmoda, dum Archimedem audirem, in hæc uerba: Saturnus, quo ad nos, eſt remotiſsimus: frigidus & ſiccus, quo ad effectum: ſicut in alijs Planetis, ex eius uicinitate Solis calor remittitur: ex eius cõiunctione cum Ioue, clarior redditur, cum naturaliter ſit pallidus. Nociuus eſt: & ipſo dominante tãtam habet uirtutem, ut ſi influat inferiora, fœtus naſcatur mortificatus & debilis: plusq́ʒ nocet retrocedendo, quàm procedendo. Moratur in quolibet ſigno 30 menſibus. ex quo ſequitur, quòd curſum ſuũ implet 30 ſcilicet annis. Iupiter eſt clarus, & quaſi adinſtar lactis candidus: in qualitatibus eſt bene tẽperatus, quia calidus eſt & humidus: in ſuperiori parte ſuæ abſidis temperat maliciam Saturni: cùm aſcenderit in circulum Saturni, contrahit pallo-

rem, licet

rem,licet ſit clarus. In quolibet ſigno moratur per annũ & ita complet curſum ſuum in duodecim annis. Mars calidus eſt, & ſiccus, & ideo nociuus: ex proprietatibus ſuis homines incitat ac prouocat ad bellãdum. Ex interpoſitione Veneris & Iouis, eius nociuitas reprimitur. Igneus apparet, & radioſus: in quolibet ſigno moratur quadraginta diebus. Sol dicitur decies maior terra: at ſecundum Ptolemæum, CLX uicibus maior eſt terra. Calidus & luminoſus, eclipſim patitur, cõmunis eſt omnibus, nube celatur. ſolus per ſe lucet, quod nulli ſideri magis competit: unde & nomẽ accepit. ſtellas illuminat: & tamen eas per præſentiam ſuam, apparentia ſui luminis priuat. medius eſt planetarum: odioſus ægris oculis, ſed amabilis puris. tempora diſtinguit: locis immundis non inquinatur: teſtea conſolidat, gelida reſoluit: flores aperit, fructus maturat, corpora diaphana penetrat, non quieſcit, uiſum retundit. uapores eleuat, hemiſphæria ui ciſsim perluſtrat. appropinquans nobis, ęſtatem facit: recedens uerò, hyemem efficit: oculus eſt mundi. In quolibet ſigno moratur 30 diebus & 10 horis: curſum per annum facit motu proprio, ſed diem perficit motu primi mobilis. Venus eſt lucifer, calidus & humidus: maliciam Martis temperat. ſemper comitatur ſolem: ſed cùm præcedit, dicitur Lucifer: quando ſequitur, dicitur Veſper. colorem habet candentem & refulgentem, electro ſimilem. inter ſidera plus ſplendet: complet curſum ſuum in 348 diebus. Mercurius ſemper cum ſole graditur, nunquam ab eo plus 30 gradibus diſtans: colorem habet radiãtem: raro propter uicinitatem ſolis cernitur. eloquẽtia ſub ipſo eſt, a quis dicitur dominari, & præeſſe ſeminibus. curſum cõplet 338 diebus. Luna noctem illuminat, lumen mutuat: augmentum patitur, & detrimentum. infima eſt inter planetas: eclipſim patitur & efficit, maculas habet, propter coniunctionem eius, quam cum inferioribus habet. item corniculata interdum apparet: ex eo quòd pars eius illuminata, à nobis abſcõditur. item Regina cœli appellatur: Sol enim tanquam medius planetarum, participat omnes proprietates omnium, &

eas ad lunam cum lumine ſuo tranſmittit: ipſa uerò luna quæcunque à ſole ſicut recipit, ita influit. Vnde quia per eam tali modo uirtutes planetarum recipimus, meritò Regina cœli uocatur. His uiſis patet, quòd quãdo Luna primò incenditur, optimũ eſt ſemina iacere: quia tunc uirtutes planetarum, quas inferioribus influit, incipit colligere. Frigida eſt, & humida: ſolem præcedẽs minuitur, ſed eundem ſequens creſcit, & ideo elongatur. Acceſſus & receſſus maris per eam cauſatur. Signa autem zodiaci quolibet menſe percurrit. Hactenus Archimedis uerba retuli, paucis quibuſdã adiectis ex Ptolemæo: quæ ideo recenſere erat opportunum, quia breuius perſtringi uix poſſunt. EPIST. Ego iſta eadem & apud Albertum ad uerbum uidi: quæ & ego propoſueram adducere, ſed breuius & dilucidius ſane non potuiſſem. Ideo hęc etiã ſi aliena ſint, noſtro tamẽ propoſito quia deſeruiũt, & gratiſsima mihi, & noſtræ religioni ſunt acceptiſsima. Sed ut rem breui filo complectaris, quid ex hoc Aſtronomiæ & Sphęrico genere ſpectare debeas, intellige. Quod cœli cõuerſionem ſuſpicit, ortus, obitus, motusq́ ſiderum, axes, polos, cardines, hemiſphęria, circulos, ſeptẽtrionalem, ſolſtitialem, æquinoctialem, brumalem, auſtralem, ſigniferum, lacteum, meridianum, finitorem, coluros, ſignaq́ uel duodecim, uel cũ ſuis geſtaminibus quinq́ & triginta: quæ quibus orientibus aut occidentibus, oriantur & occidant, quæ tranſuerſa, quæ recta, quę uel auſtrina uel ſeptentrionalia, quæ ſtellæ matutinæ, quæ ueſpertinæ, quæ occiduales, quæ abſconſæ, quæ recurrentes, quæ ſtationariæ, quæ ſit epicyclorum, quæ latitudinum, quæ'ue altitudinum ratio: quæ cui ſyncentrica, uel eccentrica, quæ facies, quæ magnitudines, qui Lunę ad Solem ſchematiſmi, ut intermenſtrua, edita, noua, cornicularis, diuidua, prætumida, plenaq́ ſit toties repetita uice: quæ forma terræ, quæ mundi inclinatio, quæ umbrarum uarietas: quæ temporum, quæ dierum ratio, quot climata & zonæ: qui uocentur Antœci, qui Periœci, quiq́ Antipodes: unde etiam agricolæ, gubernatores, medici, phyſici, uentos, imbres, æſtus, peſtilentiã, terræmotusq́ præ-
noſcant.

noſcant. PHIL. Ego quoque eãdem Epilogi rationem olim legi apud Papponẽ, unde & Politianus deſumpſit. Si itaq; placet adhuc indiſcuſſam quandam particulam paucis audire, cùm uideam te quaſi pertęſum, dicam ego: tu uerò aduerte, ſi bene ſentiam, necne. Vidi Platonem in Timæo de eadẽ materia, forma, & qualitatum concretione, ac de confuſo illo elementorum in materia ordine: & Ariſtotelem, qui ipſa ab æterno ſeiuncta & diſtincta eſſe docet. & memini, me legiſſe, ignẽ ſub lunari globo nullũ eſſe, ſed aërem ignitum, ὀυκ ἔςι πῦρ, ἀλλὰ ἀὴρ πυρώδης. hunc eſſe ſecũdum naturã figura pyramidalem: ſicut quoad ſitum rotundũ, aërem octedræ figuræ, aquã icoſedræ, & terram quadratam. Hæc ſunt quidem initia, ſed corporum concretorum tantum, contra Anaximenem & Thaletem: & quatenus uirtute, ac non reipſa inſunt corporibus: quorum qualitates omnino incorporeæ, & nihil aliud quàm accidentia quædã naturalia eſſe dicuntur. Quapropter ſecũdum Albertum, ignis proprietas eſt conſumere, incinerare, ac in ſimilitudinẽ ſuam ſibi appropinquantia connectere. Motum facit de cẽtro ad circumferentiam: ardet & lucet in materia aliena, ſed non in ſua ſphæra. Inferiora reducit ad ſuperiora, quia reſoluit terrea in aquoſa, aquoſa in aërea, aërea in ſe. Mollificat dura, & indurat mollia: ſubtiliat, ut patet in reſolutione glaciei: & condenſat lutum. depurat, ut in auro: & corrumpit, ſicut ea quæ cõſumit: frigefacit per accidens, ut patet in aceto. Eſt & penetratiuus, cõmunicatiuus & diuiſiuus. Item, in ſphæra ſua non relucet, quia cõpactus nõ eſt: nullum enim corpus διάφανον lucet, ſed potius eſt illuminabile. Si autem ignis in ſphæra ſua compactus eſſet, eclipſaret omnes ſtellas, quæ ſupra illum ſunt. Lucet uerò hîc apud nos propter materiã coadunatam, in qua eſt. Et hoc patet, quia candela cãdelæ oppoſita umbram facit. Aër eſt ſubtilis, mobilis, perſpicuus: per inſpirationem & reſpirationem, caloris cordis tẽperatiuus. decoratur uolatilibus: locus eſt impreſsionum, manſio ſpirituum damnatorum: & eſt alterabilis, ſubtilis, leuis, atq; rarus: nõ lucet, ſicut nec aliquod corpus διάφανον, ſed eſt

illuminabilis. PHIL. Dicebas aërem propriè locum eſſe impreſsionum. id uerò ediſſere: perutile enim erit. EPIST. Licet omnes, quãtumuis diuerſas, ignitarum exhalationum formas, quæq; frequenter cerni poſſunt, unam habere originis ſuæ cauſam & materiã, attractuq; ignis ſuperioris in ſuprema regione aëris, non eò aſcendentis, ſed cœli motu aërem rarefactũ inflãmantis gigni exiſtimemus: ſimiliter aëreorum effectiones, ſecundum Aſtrologos, ex ſiderum motu naſci, Plinio teſtante, qui cuilibet ſtellæ uarias excitãdarum tempeſtatum uires aſſignat, quemadmodum terræ multas uenas è quibus & fontes & flumina & putei exoriũtur, arbitramur: tamen Peripateticorum ſchola, impreſsiones ipſas radijs ſolaribus attrahi ex terra atque aqua, tuetur: id uerò aut exhalationem, aut uaporem aiunt: ex hoc naſci aqueas, ex illo igneas docent: ut cometes, quaſi ſtella, exhalatio inflammata ex uicinitate ignis, comas luminis fundens, & ſignificans mutationem regum, aut bella, aut peſtilentias: ut corona, aſſus aſcendens & deſcendens, nubes, nebula, caligo, ros, pruina, pluuia, nix, grandò, tonitrua, iris, glacies, uentus, ſubſolanus, auſter, aquilo, zephyrus, turbo, terræmotus, & ſimiles impreſsiones omnes recipit ipſe aër. Sed redeo ad tertium elementum, ipſam nempe aquam: cuius proprietates ſecũdum Alexandrum, ut ſuperius quoque dictũ eſt, aſsignantur tales. quòd ſuper cœlos eleuatur, piſcibus decoratur, tempeſtatibus ſubijcitur: omnes fontes & flumina ad mare continuantur, ad locum unde uenerunt reuertuntur. Aëri præbet informationem, uolatilium ornamentum, & uegetabilium nutrimentum: & optimè eſt terminabilis termino alieno, ſed minimè termino proprio. Corpus eſt διάφανον, omnibus eſt cõmunis, in chryſtallum congelatur, irim in nubibus cauſat, ſordes purgat, hortos irrigat, febricitantes ſua frigiditate & humiditate delectat, naues uehit, lumen recipit, ad ſuum principium recurrit, loca uacua ſubit, lapides cauat, ignem extinguit. olim mundum purgauit: in mari rubro populo Dei ceſsit, de latere Chriſti fluxit: hanc Chriſtus in uinum mutauit, ac de ipſa baptiſmi materiam ordinauit.

ordinauit. Terra inter alia elementa eſt infima, nigra, magis deſpecta, ponderoſa, rotunda, elementis alijs circumdata: mater fructuum, radix plantarum, nutrix animalium, ædificiorum fundamentum, mortuorum receptaculum, machinæ mundanæ centrum, concludit in ſe infernum: frigida, ſicca, opaca, corporis humani materia: ſeruat metalla, centro tenetur, motu ex uaporibus incluſis concutitur, herbis & floribus arboribusq́ꝫ ſuis albet ac decoratur. Circa eam motu circulari cœlum cum ſideribus uoluitur, ab hominibus & iumentis calcatur. horum quædam terræ competunt, ſecundum eſſe ſuum: quædam ſecundum ſitum, quædam ſecundum contemptum, quædam ſecundum ornatum, quædam ſecundum utilitatem. Hæc quandoquidem plurimùm ad ueram noticiam elementorum conducunt, uolui ad uerbum ex Alexandro recitare, ut breuitati conſulerem. PHIL. Non eſt quod te excuſes, Epiſtemon: ſæpe enim apud Plinium, aliunde etiam integra capita deſcripta reperies. Quid ſi eadem ex diuerſis, ſicut Alexander, corraſiſſes: diuerſas quidem uoces, at illud idem produxiſſes. Sed uellem, ut de impreſsionibus numeratis nonnihil confabularemur. audiui enim olim Speuſippum hac de re grauiter diſceptantem cum Pontico. EPIST. Sufficiat pro iſto conuentu, hæc narratoriè & obiter quaſi attigiſſe: ac potius properandum eſt ad altiora, unde cognoſcere poſsis noſtræ religionis ſcientiam. Inſtitui enim de Philoſophia peculiares libros, quos tandem lectione ipſa conſequi facilè poteris. Illud tamen præterire nolui, nempe de Metallorum generatione eſſe, qui diuerſas opiniones tueantur, cùm tamen altera alteram declaret. Quòd enim Plato more Pythagoreorũ, metalla fuſiles aquas in Timæo nominauit: hoc Ariſtoteles eſt ſecutus, dum duo exhalationis genera, aridum & humectum, ad modum Platonis, qui humorem craſſum & uiſcoſum poſuit, exiſtimauit. Idem Theophraſtus, Peripatetici, & Academici omnes ſequuntur. Vnde quidam diſſenſionem Alchymiſtarum colligũt, ſed nulla eſt. Idem quippe Alchymiſtæ ſulphure, quod illi arido & ſicco: idẽ argẽto

uiuo,

uiuo, quod illi humido aut uiſcoſo, quemadmodum uino rubeo ſanguinem deſignãt. Quodq́ʒ Alchymiſtæ, deficiente ſulphure alia metalla, prçter aurum, prodire aſſerunt, non excludunt in aliȷs metallis: ſed non ſic abundare, ut in auro, docent. Nec inde reprehendendi & inſani habendi ſunt Chymiſtæ, quòd cœleſtium motuum uirtutes, & ſiderum uires peculiares metallis, & quæ multum ad generationẽ metallorũ conducant, poſuerint: quandoquidem ad eorum ortum cõmuniter nõ modò teporem & humiditatẽ terræ, ſed cœli quoque temperationem neceſſariam eſſe ſcimus. quod patet, dum inferiora à ſuperioribus regi conſideramus. Præterea non turberis quoſdã furere, ac exquiſitius quid dicere uelle, dum duas illas efficientes cauſas ab Ariſtotele traditas, calidum & frigidum ponunt, eisq́ʒ tãquam materiam ſubiȷci ſiccum & humectum atque uiſcoſum aſſerũt: quia per calorem ſiccum & aridum, & per frigus humor & uiſcoſitas deſignari poteſt. Idem prorſus Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, Pliniȷ, & Agricolæ de ortu lapidum eſt ſenſus, cum metallis: niſi quòd hæc plus humoris, illi ſiccitatis habeant, minimeq́ʒ fundi poſsint: illius præterea ſuccus in terræ uenis incluſus, familiari ſibi alimẽto, hoc eſt, ſicca exhalatione, ut Ariſtoteli placet, augetur, aliturq́ʒ.
PHIL. Quandoquidem impreſsionum ulteriorem tractationem diſtuliſti, proximum mihi uidetur, ut ad ſtirpium & animalium deuenias examen. EPIST. Maximè proprium ſtirpium, ſecundum Platonem, Ariſtotelem, Theophraſtum & Galenum eſt, ut ab interna natura, uelut ab anima gubernentur, illamq́ʒ habeãt ceu ultimum ſui principiũ: ita tamẽ, ut anima uegetatrice duntaxat ſint præditæ, qua alantur, augeanturq́ʒ. Nec Plato reprehendendus eſt, quòd eas animalia uocare nõ ſit ueritus: ȷs ſiquidem facultatibus, quç cõmunes ipſis ſint cum animantibus, cõſtant. quod & Galenus in libris de placitis Hippocratis & Platonis ſentire uidetur. Iiſdem quoque has quatuor, quas animalibus facultates attribuit: nempe attractricem, retẽtricem, alteratricem, & expultricem. Vnde uoluptatis ac doloris ſenſum quodammodo,

modo, in congruo alimento, uel capiendo, uel incõmodo expellendo, habere uideantur. PHIL. Videtur ſanè Ariſtoteles contra Platonem non iure agere, dum non animantes, ſed participes duntaxat ſtirpes animæ aſſerit: & quicquid anima conſtat, non eſſe animatum cenſet. EPIST. Cæterùm ad naturam rectè cognoſcendam omnium animalium, præſertim perfectorum, has omnes uires animæ, aut aliquas earũ, illis inditas eſſe oportet: motricem, uegetatricem, altricẽ, auctricem, ſenſitricem: quorum primam cauſam efficientem extitiſſe Deum, non eſt dubitandum. Secundũ uerò pręſcriptum illud, & uim ab eo rebus tributam, quæ cum Baſilio natura cõmodè nũcupari poteſt. Mas autem & fœmina, quatenus ſolum ſemen conferunt, quod natura ſiue Deus fouet ac informat, potius inſtrumẽta ſunt cẽſenda. PHIL. Non uidetur mihi incõmoda Platonis animalium partitio, qua in Timæo quadripartitam oſtendit. Nam Deus ad idæam mentis ſuæ inſpiciens, quatuor animalium genera produxit: Deos nempe iuniores, ſiue animos cœleſtes: uolucres ſeu aëreos animantes: aquatiles, ac terreſtres. cui non repugnat, ſi modò cõgruè intelligatur, ſententia in libris de Animalium generatione & Hiſtoria. EPIST. Fugienda quoque eſt opinio Empedoclis, & Anaximandri cęterorumq́ꝫ, quorum Plutarchus in libro de philoſophorum decretis copioſam facit mentionem, qui ab initio imperfecta fuiſſe, nec omnibus ſuis partibus prædita aſſerunt. Quo fit, ut non minus deteſtandi ſint Marcion. Cerdo, Manichæi, fanaticiq́ꝫ alij homines, in errores prolapſi, ſanum & uerum Platonis ſenſum deprauantes. Principiò itaque corpus hominis, præter materiam cõmunem elementorum, quatuor qualitatibus conſtat: ut Hippocrates, Plato, Galenus & Ariſtoteles teſtantur. ex quibus quatuor humores, eiuſdem planè naturæ cum ſuis elementis, profluunt, & in corpore humano materiam agunt, ex qua idem cõflatur. Vnde ſolidiores quædã particulæ prodeunt, ſimilares nempe, ut ſunt primæ portiones, ex quibus mẽbra fiũt, ſicut cerebrum, neruus &c. quoniã ſimilium ſibi qualitatum cõcretioni

reſpondent: & diſsimilares, quæ ex ſimplicib. illis compoſitæ dicuntur. Ex hiſce particulis tota humani corporis moles conſtruitur. Hinc conſtitutionum genera à Galeno nouem afferuntur: unum temperatum, ſeu media, in qua omnes qualitates ſeruant æquilibriũ proportionis: octo intemperata, in quibus unũ, duóue, alia antecellunt: ex quibus quatuor ſimplicia, ſcilicet calidum, humidum, &c. item quatuor compoſita, ſcilicet calidum & ſiccum, calidum & humidum, frigidum & ſiccum, frigidum & humidum. Hæc conſtitutionũ genera, quomodo ſe habeant in humanis corporibus, licet nulli hominum ſit notum, nec in aliquo inueniatur perfecta & temperata conſtitutio, tamen ego in eo libro quem de Sympathia & antipathia uniuerſi conſcribam, quomodo id fiat, declarare enitar. PHIL. Profectò & legi & audiui: ſed hunc modũ quem declarare es pollicitus, nullibi potui conſequi. quare Reipubl. humanæq; ſocietati rem magnam & omni laude dignã præſtabis. EPIST. Addam aliquid de piſcibus: ij, quo ad collationem cum terreſtribus animantibus, omnes natura frigidi & humidi ſunt, ob uiuendi rationem, & ob loci ac uictus frigiditatem: atque minus habent ſanguinis, quàm animantia terreſtria: ac corpore, propter maiorem humiditatẽ, qua conſtant, uaſtiore ſunt, & ingenio rudiore ac hebetiore. Vnde Plato in Timæo, Pythagoræ ſententiam ſecutus, non præter rationẽ ex hominum hebetiſsimorũ genere ortum habere dixit, quos præter motum ac uim uegetatricem & altricem, quinque ſenſibus prǽditos, ac dormire, & ſtridorem quaſi uocem quandam edere, conſtat uiris reuera doctis: & ego in eo libro apertè oſtendam, contra Ariſtotelem, qui in libro De reſpiratione, piſces reſpirare negat, quòd pulmone careãt, quodq; frigido admodum & exiguo ſint ſanguine, in quibus potiſsimũ reſpirationem eſſe ſitam uult. Nam & Plato in Timæo, piſces reſpirationem, quamuis hebetiorem & exiguam, habere docet: idq; per branchias fieri, Galenus lib. 9. de Vſu partium confirmat: ſicut à maioribus piſcibus, ut à balænis, per fiſtulam capiti adiunctam, reſpirationem fieri declarat,

declarat. PHIL. Pulcherrimæ ſunt iſtæ, & arcanæ ualde quæſtiones: ſed temporis iniuria pretereūdæ ſunt. & ego ratione autoritateq; hac breui, quo ad præſens, ſatior: donec ſuo tēpore plura uidero. Iam ad tractationem animæ ut deuenias, ordo poſcit. EPIST. Animę uis eſt triplex: uegetatiua, ſenſitiua, & rationalis. Prima, in alendo, augendo, & gignendo continetur: altera, in quinque ſenſibus, ſenſu cōmuni, phātaſia, & memoria. tertia, in intellectu, qui actu dicitur, appellaturq; Mens: & eo qui poteſtate, cuius partes opinio & διάνοια, quæ neſcio an rectè cogitationis uocabulo (ſecūdum Politianū) exprimitur. Expeditio uerò, inquit, in ratione uoluntas, in ſenſibus aut iracūdia eſt, aut libido. Nemeſius autem ſic in libro de Homine: Vis, inquit, animæ triplex eſt, animalis, uitalis, naturalis. Primi generis mens, phantaſia, ratiocinatio, memoria, cogitatio: tum opinio, ſenſusq; particulares, & quicunque motus ab electione proficiſcuntur. Secundum genus in reſpiratione continetur, & pulſibus. Tertium uerò in gignendo, nutriendo, augendo, continendo, tranſmutando, exercendo. Fit & illa diuiſio de partibus corporis, ut in cerebro ratio, ira in corde, cupiditas collocetur in iecore, quod uirtutibus eſt & uitijs cōmune ſeminarium. Itaque de anima Eulogus noſter quoniam diffuſè tractat, hîc nō immorabimur, dicemus tamen obiter. PHIL. Legi eum libellum, ubi quoſdam duriuſculè excipis: ſed non prætereas hunc locum omnino intactum. EPIST. Eſſentiam animę, atque naturam, diuerſa ratione conſiderarunt Philoſophi. Plato enim animæ eſſentiam appellat animū intelligibilem, numerorum naturæ perſimilem, magnoq; partiū ſuarum concentu quaſi harmonia ſe mouentem. Eam duplici eſſentia effectam: una Pythagorico more indiuidua, quam Plato intelligibilē: altera diuidua, quam ſenſilem appellat. Ariſtoteles uerò animæ eſſentiam ἐντελέχειαν aſtruit: & Galenus animum ipſam corporis temperationem eſſe, quatuor elementis certa proportione concretam, inquit. Moderni autem, nouarum rerum cupidi, definiunt animam eſſe incorpoream quandam eſſentiam, uitam ac

 ſenſum,

ſenſum, eumq́ perfectum, aut inchoatum, animatis corporibus tribuentem. PHIL. Miror huius ætatis indagatores ita ambitioſos, qui audeant ſua præferre grauiſsimorum autorum eruditioni atque ſententiæ. Quid quæſo hic noui adfert? Si dicat uniuerſaliorem eſſe Platonis Ariſtotelisq́ definitione, ſatis apertè ſuam ipſius ignorantiam fatebitur. nil enim deeſt ad omnes animæ potentias, quod abundè definitio Platonis non contineat: imò plus quàm fortè noſtra ætas aſſequi poteſt. Quo fit, ut pauci, aut nulli inuenti ſint, qui cōpoſitionem animæ, ſecundum Platonem intellexiſſent. EPIST. Benè dicis, mihi ſummopere places. Ego, Deo uolente, in eis libris quos de philoſophia inſcribam, fuſius hac de re tractabo: & peculiariter hanc compoſitionem animæ in uia Platonica pro meo captu ediſſeram, non quòd mihi prę alijs quidquam arrogare uidear, ſed quòd liceat & mihi ingenij mei uires explorare, &c. Vnam autem uniuerſi animam ſecūdum Platonem, è duplici eſſentia effectā à Deo, adhibita ſeptenaria numerorum harmonia, compoſitorum proportione, cui & Ariſtoteles, Themiſtio atteſtāte, aſſentitur, dum in unoquoque animalium unam animā uidetur indicare. Quo fit, ut Plutarchus ex Platonis ſententia, in libro de uirtute morum, non uſque adeò bene eliciat animam unamquamque uarijs ex partibus compoſitam, & non ſimplicis naturæ. Siquidem in Timęo ſingulas animas ſuis aſtris, quaſi uehiculis, ait impoſitas. unde fieret, quod Galenus quoque ineptè in libris de Corporis humani partibus, multas in eodem animalis corpore, ſecūdum eſſentiam animas poſuerit. Sed cōceptus Philoſophorum obſcuriores, & uaria iudicia, huius diuerſitatis cauſam potius dixero. Si enim quis rectè & penitus introſpiciat horum ſententias, cōcordiam omnimodàm deprehendet: quod nitar pro uirili in libro de Sympathia & Antipathia oſtendere. PHIL. Audiui olim quoſdam altercantes, Platonis ſententiam ueritati repugnare, quòd æternam æquè ac Deum animam faciat: ſed ſi intelligant, quid ſit ideatum ideæ in eſſe ſubiecti exiſtentem & non exiſtentem: facilè ſcient, quomodo æter-

modo æterna, quomodo item non æterna nuncupetur. EPIST. Acutè ſanè multa paucis complexus es. Audiui ego quoque eandem quaſi concertationem etiã apud noſtros Platonem damnantes, quòd animos corporum ſingulorum omnes certo quodã numero, qui nec augeatur, nec minuatur, factos à Deo cenſuerit. At tua ratio, ſeu diſtinctio, mi Philomuſe, eodem modo horũ arguit ignauiam, qui præter id Platonem & Origenem, de ortu animarum ex traduce inſimulant, quod & Apollinarius epiſcopus tuetur: ſi inquam dictam diſtinctionem bene concoxerint, repugnantiam omnem tollent. Nullum enim horum fit, quoad eſſe ſubiecti: ſed conſentaneũ, imò neceſſariũ eſt, ut id fiat, ſi ſermo fuerit de ideato non exiſtente, in eſſe ſubiecti. talis enim conceptus & ab æterno eſt, & cõcreatus, & ex traduce. At ſi de ideato in eſſe ſubiecti inſtituitur ſermocinatio, tũc eſt falſum & errore plenum: quod Platonem ſenſiſſe, omnino impium eſt aſſeuerare, quod libro citato clarius exponam. PHIL. Mea diſtinctio ergo multum tibi, ut audio, placuit? Gaudeo. Nam & penetrationi conuenit corporis ab anima, Ammonio aſtruente, quæ ideo nõ arguit cõmixtionem: nec inde ſequitur, Ammonium præſens negocium diligentius eſſe ſcrutatum ipſo Platone. Vnde Galeni in lib. de Corporeæ cõſtitutionis & animi morum conſecutione mutua, optima eſt ſententia, oſtendens animam, ſui corporis temperationem adeò ſequi, ut quædam uideatur eſſe illius temperatio. EPIST. Sanè latiſsimè patet præſens diſtinctio, & multorum diſcordias componit. Sed pergo ad membra hominis, quæ ſecundũ Platonem in Timæo ſequuntur ordinationem mundani corporis, quã & in libris Politiæ inuenimus: in quibus cùm ea iuſticia quæreretur, qua homines aduerſum ſe utuntur, ut Chalcidius doctiſsimus interpres cõmemorat, principales urbis locos, ſapientiſsimos & prudentiſsimos habitare iuſsit: poſt hos, militarem, atque in armis poſitã iuuentutem: quibus ſubiecit ſellularios atque uulgares. ſic animam quoque ordinatam aſſerit. Rationabilem quidem partem eius, ut ſapientiſsimum principem, obtinere tan-

quam totius corporis Capitolium uigorem uerò, qui eſt iracundiæ ſimilis, ut militarem iuuentutem, in cordis caſtris manentem: uulgare & ſellularium, quod eſt cupiditas, ſeu libido, inferioribus abditum, occultatumq́; natura. Quare prima in cerebro, ſecunda in corde, tertia in iecore conſiſtit. hæc uegetatrici præficitur, ut ſuperius dictum eſt, contra Ariſtotelem, qui in corde eam ponit: illa animali. Commune, inquit Plato, ut animalis in corde ac medietate, ut uerò rationabilis in cerebro. Vnde cætera quidem animantia uno utuntur, quod in corde eſt: at homo duobus, uno in corde, altero in capite. Senſum autem, ut Plato in Timæo, & Plutarchus de eo teſtatur, ponimus animæ ac corporis communionem. Hunc partimur in internos ac externos. illi ſunt, qui intra animam conſiderantur, & ſola ratione intelliguntur: hi, qui per diuerſas corporis partes editi, externas res comprehendunt, ex quibus uiſus & auditus principatum obtinent. PHIL. Iſtis quoque affectus adiungi poteſt, qui communi nomine πάθος nominatur: & eſt impetus animæ appetitoriæ, ſentientis, ex imaginatione boni aut mali ortæ, ſecundum Gregorium Nyſenum, ueſtræ religionis uirum. Quorum omnium duo capita Platoni & Ariſtoteli eſſe dicuntur, uoluptas & dolor: quamuis Stoici affectus à natura nobis eſſe negent, ſed ab opinione potius probent. Voluptas autem, Platoni in Timęo eſt, animi irrationalis affectio, naturę corporis congruens, ſiue eam deliniens ſuauitate aliqua: cui contrarius eſt Dolor, qui eſt affectio naturæ animalis repugnans, eamq́; offendens. Quod quidem genus affectionis, ſecundum Platonem ibidem, circa uniuerſum corpus & genus omnium perturbationum communes cauſas eſſe docet: cui nec Ariſtoteles aduerſatur, ſicut Euſtratius eius interpres teſtatur. quas omnibus animantibus, quæcunque ſenſu imaginationeq́; prædita ſunt, inſitas eſſe: niſi quod in homine ratione ſæpe cohibentur. nec aliquod animal eſſe poſſe, quod iraſcibili & appetitoria facultate animæ præditum non ſit, quin etiam uires horum affectuum commotionesq́; habeat. Motionis

tionis autem præcipua inſtrumenta nerui motorij exiſtunt, quibus anima uſa tanquã habenis, muſculos chordasq́ mouet: his deinde membra ſingula, atque ita corpus uniuerſum. cuius originẽ cordi Ariſtoteles tribuit, & in eodem motricem collocat qualitatem. Sed Galenus, cùm ex cerebro oriri neruos, non ex corde, ut Ariſtoteles putauit, colligat: tum mouendi facultatem in eo loco poni neceſſe eſt, à quo omnes nerui ducunt originem. Et quidem, eodem Galeno autore, omnis animæ uis neruis ut inſtrumentis utitur: quorum motorij duri ſunt, ſenſorij uerò molles: illi è poſteriore cerebri uentriculo & ſpinæ medulla, ij ex anteriori enaſcentes. Aut igitur uim ipſam mouendi in ea corporis parte conſtituere, aut neruos mouendi ui priuare neceſſe eſt. Hinc tres animalium uires: animales, naturales, & uitales naſcuntur. Ipſaq́ inſtrumenta motionis ſunt, ſpiritus primùm, deinde nerui, poſtea muſculi, poſtremò corpus uniuerſum, ut ſuperius meminimus. Cæterùm reſpiratio, cuius paulo antè expreſſam fecimus mentionem, ſecundum Platonem, ex continua inſpirati aëris extrinſecus, expiratiq́ intrinſecus agitatione naſcitur. Cuius cauſa efficiens eſt, anima: adiuuans, aër externus, qui occurſu exhalati ſpiritus è pectore inflectitur, ut inſpiretur. Materia aër ipſe, ex quo fit reſpiratio. Finis, ut calor cordis refrigeretur. Inſtrumenta ſunt, aſpera arteria, & pulmo. Cui quidem ſententiæ Galenus non aduerſatur, dum reſpirationem, actionem quandam animæ ad uitam ſpiritu uitali tuendam eſſe uult: qui duobus officijs, nempe inſpirationi & reſpirationi, tertium, utpote expirationem, adiunxit, uelut medium quoddã inter illa. Fit autem inſpiratio, cùm aër externus adducitur: quę ad reſpirationem ſe in perpetua relatione habet, quorum halitus fuliginoſus è pulmone per arteriam aſperam, perq́ os & nares efflatur. Hinc non uideo, qua ratione Ariſtoteles Platonem reprehendat, qui piſces reſpirare probat: qua itẽ ratione Galenus aſſcribat Platoni, reflexũ aerem externũ cauſam eſſe motricẽ reſpirationis: cùm ipſe potius dicat, effluentem uim è pectore, aerem externum incitare &

re &

re & inflectere, ut in eius loco eo ſuccedente fiat inſpiratio. PHIL. Eſt etiam inter uitales animalium actiones facultas quædam, quæ palpitare cor, & arterias micare facit: huiuſce palpitationis cauſa efficiens, calor cordis ab animo excitatus; quo illud ſe erigens & agitans, uitam uniuerſo corpori impertit. Materia eſt ſpiritus, quo hauſto cor intenditur & contrahitur. Forma, editio pulſus. Finis, cordis, atque adeò totius animati corporis temperiem dinoſcere. EPIST. Rectè dicis, At animam, ſecundum cõmunem modum docendi, eſſe per ſe ſpiritum quendam, ſiue intellectilem eſſentiam, ab omni corporis cõtagione diuerſam, quæ corpori infuſa à Deo, uires quaſdam cõmunes ſortitur. Huius ſedes, ſecundũ Platonem, eſt in cerebro. Ariſtoteles uerò ait, eã per totum corpus animatum diffuſam, quòd ubique uti ratione uideamur: quod & Themiſtius teſtatur. Licet ex noſtrę religionis textu, in corde eam ſitam eſſe conſtet: ut Matth. 6. ubi theſaurus tuus, ibi cor tuum. Item, De corde exeũt cogitationes. Item Paul. 1. Corinth. 2. Nec in cor hominis aſcendit, quę præparauit Deus, &c. Huius tres ſunt facultates, penes quas imaginem Dei complectimur: quarum prima eſt intellectus ſiue mens, dicta animi rationalis facultas, quæ incorporea, corporeaq́ꝫ, cõmunia & ſingula intelligit, raciocinatur, contemplatur, & dijudicat: cuius origo ſiue ſedes, ex Platonis ſententia, in ipſa rationalis animi ſede eſt; & obiectum eius non eſt quippiam prędefinitum ſpecialiter, ſed quicquid in rerum natura eſt, quod aliàs ens appellamus. Pręterea modus, quo omnia percipit: primò, ſpeciebus ſenſibilibus exceptis, & coniunctis per cõmunem ſenſum, imaginatio cõponit, ac diſcernit, quod tandẽ memoria amplectitur. Intelligentia dijudicat & diſcernit: cui præſto adeſt raciocinatrix facultas, quæ diligentius cuncta conſiderat, cauſas & effectus inquirit, alia ex alijs deducit, & annectit: per omnia denique diligẽtiſsima inductione progreditur: quæ rectè ſuo muneri intenta, nec errare poteſt, nec decipi. Memini te ſuperius, ſecũdum Ariſtotelem, intellectum in agentem & patientem ſecaſſe; ſed audiui quendam huius ętatis uirum, eam

rum, eam diuiſionem aduerſus religionē ipſam eſſe aſſerentem: quoniam adeò unita eſt anima hominis, ac mens ſiue ſpiritus, ut ſecari non poſsit. EPIST. Quiſquis eſt, qui talia ſomniat, ignorantiæ ſignum producit. Quis enim eſt qui negare audeat, Diuinitatem non modò unitam, ſed unam? & tamen recipit realem diuerſitatē: quare ratio illa eſt frigida, quę nil probat. Imò Ariſtotelis ſententia, quam noſtri etiam Theologi obſeruant, uera eſt: quod & Themiſtius appoſitè ex Platonis ſententia elicuit, per eam nimirum partem quæ dicitur immortalis, agentem, & per alteram, poſsibilem intellectū. Cui agens dicitur animi rationalis facultas, qua res oblatas diſcernimus & conſideramus, quaq; omnia uel intelligimus, uel cogitamus: cuius officia ab Ariſtotele dicuntur efficere, ut res ſeparatæ à materia, & intelligibiles actu intelligantur, à quo uerè homo rationis particeps eſſe dicitur. Intellectus uerò patiens ab Ariſtotele dicitur illa mentis facultas, in quam imagines ab agente intellectu dijudicatæ recipiuntur. Porrò uoluntas in homine eſt rationalis animi appetitus, quo liberè quicquid eſt in nobis uolumus: ut Plato, Ariſtoteles, & cæteri philoſophi aſſerūt. cuius obiectum eſt, quicquid ab homine fieri poteſt: & indicia, laudem aut uituperationem ſequi, delectum actionum habere non poſſe: ac uoluntariū omne à principio agendi libero dicitur, & non ab euētu. Huc electio pertinet, ut media inter intellectum & uoluntatē: & conſilium, quod naſcitur ex conſultatione. Cæterùm memoria, quę ſecundum Speuſippum animæ diſpoſitio, inhærentem illi ueritatem cuſtodiens, nuncupatur: cuius obiectū dicimus, quicquid in ſenſum aut imaginationē cadit. Hæc uis memorandi, & uarietas, rationabilius eſt in cerebro, ſecundum Galenum, quàm in corde, ut Peripatetici ſentiunt. Hanc conſequuntur cōmunes noticiæ, quæ ſunt ſententiæ quædam omnibus animis à natura ingenitæ, & promptitudo facilitasq; percipiendi quaſcunq; res oblatas: de quibus diuerſæ ſunt philoſophorum ſententię. Plato enim in Menone, atque alijs locis dicit, animas ante corpora extitiſſe, hasq; mentis no-

tiones ex priori illa uita adeptas eſſe, non tunc cum nati ſumus unà exortas. Ariſtoteles nec ante huius corporis uitam ingenitas, nec cum corporibus concedit, ſed paulatim inſtitutione & doctrina comparari docet. Noſtræ uerò ætatis Philoſophi neutrã opinionem probãt, quòd illæ noticię, nec ante corporum animationem mentibus inſitæ fuerint, nec inſtitutione aut doctrina comparẽtur, ſed unà cum animis ſint: cui & Stoici aſtipulantur. Ego quoque amplector poſtremam hanc ſententiã, ſed priores non improbo, ſi rectè intelligantur: imò idem ſentire & Platonem & Ariſtotelem aio, quod noſtri temporis Doctores ſentiunt. quod facilè patet ex ea diſtinctione Philomuſe, quam ſuperius dediſti. Ex omnibus autem noticijs rerum duæ ſunt præcipuæ, è quibus, ut fontibus, uniuerſa philoſophia oritur, plurimorum ſapientum teſtimonio. una, qua bonum malum'ue diſcernimus natura duce: penes quam, ſynderesin noſtræ religionis Doctores ſtatuunt. altera, qua uerũ ac falſum: penes quam, conſciẽtiam ponunt. PHIL. Naturalis philoſophiæ, ſecundum Politianum, eſt quaſi alumna, ipſa Medicina, quam Theophilus, Grӕcus auctor, in Theoricen Practicenq́ diuidit. Theoricenq́ rurſus in naturæ cauſarum, ſignorũq́ rationes: hoc eſt, φυσιολογικόν, αἰτιολογικόν, σημειωτικόν. Item Phyſiologicon in elemẽta, humores, complexus, particulas, poteſtates, officia. Sic ætiologicon in cauſas præuertentes, præuias, continentes: quæ προκαταρκτική, προηγουμένη, συνεκτική uocantur. σημειωτικὸν rurſus in præſentium diſcerniculum, futurorum præſagium, præteritorum memoriam. Practicen rurſus ſalubriũ dicit eſſe, & eorum quæ curam deſiderent: alterumq́ ὑγιεινόν, alterum θεραπευτικόν appellat. Quod quoniam in uictu, medicamentis, manuq́ ſit, nunc διαιτητικόν, nunc φαρμακευτικόν, nunc χειρουργικόν uocatur. Quod autem uictu curat, id aut ſenectutem gubernat, & γηροκομικόν: aut defectus reficit, & ἀναληπτικόν: aut noxam pręcauet, & προφυλακτικόν appellatur. Medicos autẽ ueterinarij ſequuntur, quos ἱππιατροὺς Græci uocant, ijſdem quibus Medici ueſtigijs ingrediẽtes: quamuis alij quidam morbi ſint in

iumentis.

iumentis. Etenim coriginoſi, farciminoſiq; fiũt equi, mal leo, pulmunculo, exungulatione, cæteriſq; ſimilibus laborant: quod genus hominẽ rarò attingit. Si itaque placet, dicas nõnihil de iſta facultate: ego enim, licet hęc dudum apud Theophilum legi, iam tamen quaſi euanuerunt. rem igitur gratam mihi facies, ſi obiter ſaltem quædam expoſueris. EPIST. Sanè iuſta petis. De natura enim aliquid manifeſtum ac euidens cognoſcere, ex nulla parte aliũde contingit, quàm ex Medicina. Neceſſariũ quippe eſt, ut omnis medicus de natura ſciat: & omni ſtudio annitatur, ut cognoſcat, ſi modò aliquid eorũ quæ fieri debent rectè prȩſtare uelit. Quapropter aptè me ad id uocas: & ne tibi deeſſe uidear, dicam quæ tempus & occaſio tulerint. Medicus in primis ſingula percognita & in promptu habere debet, quomodo ſe habeant ad hominem comparata: aliàs neque cognoſcere quæ ab ipſis fiunt poteſt, neque rectè uti. tandem oportet habere cognitionem affectionum, quæ nimirũ homini ex facultatibus ac potentijs, quæ item ex figuris adueniunt. Quæcunque enim flatum & reuolutiones operantur in corpore, ea in cauſis ſtrepitum & ſonitum facere ſolent: quæ inſuper carnoſa ſunt & mollia, in talibus torpores & excreſcẽtia, uelut in trucidatis, fiunt. hęc manifeſtè trahunt, & plena ſunt attractæ humiditatis: illa influentem quidem humorem potiſſimùm omnium ſuſcipiunt, non autem ſimiliter attrahũt. Ita ſolidæ & rotũdæ figurȩ, nec attrahunt, nec ſuſcipiunt: ſicut ſpongiformes & molles, quæ ubi admotæ maximè fuerint & adhæſerint, ebibũt, duraq; fiunt, ac augeſcunt humore accedente, maximè pulmo: quæ patiuntur propter figurȩ naturã, in uia Hippocratis. Porrò quæ in chirurgijs per ſectionem aut uſtionem fiunt, uelocitas & tarditas æqualem laudẽ merentur, cæteris tamen paribus. Quemadmodum gladiolis acutis & latis, in partibus quæ celerem ſanguinis fluxum habent, uti diſſuadetur, quòd impoſsibile ſit in his fluxum ſiſtere, ideoq; oportere aiunt in talibus anguſtas ſectiones facere: ſic ad locos non periculoſos, & circa quos nõ tenuis eſt ſanguis, latioribus gladiolis uti oportet, Ita

tet.Ita quippe ſanguis prodierit, aliter nequaquã. Ad eundem modum culpandos ſummopere eſſe eos puto, qui iiſdem ac æqualibus utuntur cucurbitis.quãdo enim fluxus procul ab apparente carne compactus fuerit, circulum ipſius breuem eſſe oportet, ipſamq; non uentroſam, ſed prolixam, parte ad manum urgente nõ grauem, ne in directum trahat, & ſeroſos humores ſeparatos & diſtantes probè ad carnẽ attrahat. Maiore autem dolore per carnem diſperſo, in reliquis quidem perſimilem cucurbitam eſſe oportet, ſed circulum magnum, de cæteris per proportionem ſimiliter intelligẽdis. Cæterùm ſigna exquirere ac inuenire telorum exiſtentium in corpore, maxima artis & chirurgiæ huc pertinentis pars exiſtit. Solus itaque qui ſignorum expertus eſt, hãc chirurgiam aggredi poteſt, ſecundũ Hippocratem. PHIL. Quid autem de geniturís ſentis? EPIST. Geniturã in utero calefactam, cum Hippocrate, ſpiritum habere & emittere ſentimus, ſimul & à matre ſpirante, ſpirare, quo genitura inflata pelliculam acquirit, circumtenditur quod forinſecus circum ipſam eſt, continuumq; euadit, utpote uiſcoſum exiſtens: & iuxta mediũ genituræ, ſpiritui trãſitus extra ac intra fit pelliculam, hacq; parte tenuitas pelliculæ à genitura diſtat, & pauciſsimum quid de genitura ineſt. Ipſa denique reliqua genitura rotũda eſſe debet in pellicula, & augeſcit à matre, ſanguine in uterũ deſcendente, pelliculamq; in orbem forinſecus circumſtante. quo unà cum ſpiritu à parte perforata attracto congelatur. Vnde carnem fieri, & iuxta eam mediã umbilicum diſtare, per quem ſpirat, & alimentum ac incrementũ capit, non dubitamus. PHIL. Hæc, ut arbitror, de certitudine Phyſici conuenientia, ac inconuenientia chirurgi, genituræ ortu atque augmento dixiſti. Nunc, ſi ita placet incedere, cõmodè perſtringere poteris de Phyſiologia, & Phyſici ambitu. EPIST. Primùm inuentorem medicinæ Moſes Geneſ.1. & prudentiſsimus inter Hebręos Ieſus Syrach cap.38 ſui libri, Deũ ponunt: Græci Apollinem, eiuſq; filium Aeſculapium, ea ſubtilitate excoluiſſe eam, ut meritò inter primos huius artis inuentores nu-

tores nu-

tores numeratus ſit, & ob inſignem medicinæ peritiam in Deorum numerum receptus claruerit: quemadmodum & Chiron centaurus Theſſalus, Saturni & Phylliræ filius, Achillis præceptor & pædagogus, ob quarūdam herbarum peritiā quoque: item Podalirius & Machaon, Aeſculapij filij. Nec deſunt, qui apud Aegyptios medicinam repertam eſſe uolunt. In Coo autem inſula Hippocrates primus cæteris, quotquot fuêre, Medicis antecelluit: & apud Græcos primus medicinam in artem redegit, ac ferè perfecit, non ſecus atque ipſe Apollo inuenit, & Aeſculapius amplificauit. Hic in libro de Flatib. eam, adiectionem & ſubtractionem definit: quam definitionem Galenus undecimo Therapeuticę methodi, & alijs pleriſque in locis comprobat, ipſamq; medicinam 2. cap. Artis medicæ, artem eſſe tuetur. Cumq; artium alia ſit contemplatoria, alia actiua, alia factiua, alia κτητική, id eſt comparās nominata, Galeno teſte in lib. de Conſtitutione artis medicæ: Medicinam ex factiuarū artium genere eſſe apparet, & earum quidem quæ iam factum opus inſtaurant, corriguntq;, non ex illis quæ nouum efficiūt.

Huius triplex eſt ſecta: Empirica, Philino Coo eiuſdem ſectę principe certior: Methodica, Themiſono Laodiceo Syro breuior: rationalis, principe Hippocrate perfectior. Itaque medicinæ partes ſunt quinque. alia eſt, in qua de hominis natura atque conſtitutione diſſeritur, φυσιολογική. alia, quæ ſanitatem tuetur, ac præcauet quo minus corpora in morbos incidant, ὑγιεινή. alia, quæ cauſas & ſymptomata inquirit, αἰτιολογική. alia, quę cognitionem præteritorum, inſpectionem pręſentium, & futurorum prædictionem continet, σημειωτική. alia, in qua medendi ratio docetur, θεραπευτική. Hæc uerò rurſum, alia quæ uictus ratione morbis mederi docet, διαιτητική: alia quæ medicamentis intra & extra corpus admotis medetur, φαρμακευτική: alia quæ manibus medetur, χειρουργική. quæ in uniuerſum commodè tripartita eſſe poſſunt. primus enim ordo earum rerū eſt, ex quibus corpus humanum compactum & conſtitutum eſt. ſecūdus earum eſt rerum, quibus corpus humanum fouetur, ut ſanum per-

maneat, tertius earum rerum eſt, quæ corpus humanum lædunt atque corrũpunt. Res autem naturales numero ſeptem: elementa, temperantia, humores, partes, facultates, actiones, ſpiritus. Quorum primũ, iuxta Galenum lib. 2. de Element. eſt minima rei, quã conſtituit, portio: id eſt quadripartitum, & quotlibet gradibus ſimpliciter contentũ. Vnde iuxta Hippocratis aſſertionem, animantia non ex qualitatibus tantum, (ut quibus ſine corporibus ne eſſe quidem licet) ſed ex ipſis uidelicet corporibus, quæ ſummas qualitates receperunt, naſci dicũtur: in quæ etiam, dum moriũtur, rurſus reſoluuntur. Vnde elementa in animalis conſtitutione non manẽt pura & impermixta, ſed inter ſe temperantur. Qualitates itaque medico maximopere ſunt conſiderandæ, ut cognoſcat, ex calidi & frigidi, ſicci & humidi temperatura ſanitatem effici: ex horum contrà intemperaturis, morbos animalibus accidere. Vnde temperaturam nihil aliud, quàm ex quatuor elementis mixturam uocamus: nec temperaturæ æqualitatẽ in omnibus temperatis animalibus plantisq́ eſſe, quæ ex pari & æqua inter ſe contrariorũ coeuntium portione conſtat: ſed quæ tum animalis, tum plãtæ naturę conuenit. Iſtorum ſunt quatuor humores, quos calidos, frigidos, humidos, ſiccos'ue, tales eſſe non niſi poteſtate conſtat: quorum partes aliæ ſimilares, aliæ inſtrumentales ſtatuuntur. Hinc facultatum alia eſt Animalis, quę ex cerebro per neruos, ceu fiſtulas quaſdã ſenſum & motum in totũ corpus tranſmittit, ac intellectum fouet: Vitalis, quæ ex corde per arterias, ceu canales quoſdã, uitam uniuerſo corpori impertit: Naturalis, quæ ex iecinore per uenas, omnibus corporis partibus alimoniam præbet. quam ſuperius quadruplicem diximus: attractricem, retentricem, concoctricem, & expultricem.

Cæterùm actiones ſunt motus actiuus, qui à facultate procedunt, quæ actionum eſt cauſa: qua pereunte, nulla unquam ſequetur actio. quæ à medico diligenter ſunt conſiderandæ, quòd ex ijs corporis conſtitutionem dinoſcere liceat. Poſtremò, ſpiritus eſt ſubſtãtia ſubtilis, aerea, dilucida, ex tenuiſsima quaque ſanguinis parte producta,

producta,ut deferatur uirtus à partibus principatũ obtinentibus, ad reliquas, & quo proprias edere actiones poſsint, cuius membra ut facultatum ſtatuũtur. & medicus ſpirituum cuſtodiæ attentus eſſe debet, quod ſine ijs corpus uiuere nequeat,nec uirium eſſentia conſiſtere poteſt. PHIL. Iſtis abſolutis,quæ ad phyſiologiam & ambitum Phyſici pertinebant,opportunè de rerum non naturaliũ numero diſſerere poteris. EPIST. Noſtri temporis medici res non naturales eo uocãt, quòd nimirum corpus nóſtrũ neceſſariò alterent: & niſi opportunè ac ſalubriter adhibeantur,ſanitatem etiã deſtruant. tales ſex ſunt numero: aẽr,cibus & potus,motus & quies, ſomnus & uigilia, excretio & retentio, poſtremò animi perturbatio. Horũ primi eſſentia eſt ſita in conſideratione puri,craſsi, & nebuloſi. cumq́ ambiens aẽr noſtrum corpus,& qui in eo ſunt ſpiritus,alterare omnium maximè poſsit: diligenter perquirendum eſt, quæ qualitatum in eo dominetur. Et ſecundum Hippocratem in Epidemijs,in diuturnis morbis terrã mutare expedit maximè. quo fit,ut ſitus locorũ terræ accurata opera ab ipſis Geographis perdiſcẽdi neceſſariò ſint medicis, atque aſtrorũ ſiderumq́ ortus & occaſus perſpecti eſſe, & in promptu habendi. Circa eorũ uerò quæ aſſumuntur rationem, habenda eſt conſideratio bonitatis,menſuræ,qualitatis, conſuetudinis, delectationis, ordinis,temporis,horæ & ætatis: dandaq́ opera,ut nunquam plus quàm exigit natura ingerat: ſed tàm in ſanis quàm in ægris expendant accuratè, qualitatem ciborũ,& conſuetudinem. Nam ut Hippocrates 2. Aphor. 50. docet,quæ ex longo tempore cõſueta ſunt, etſi deteriora ſunt inſuetis, minus moleſtare ſolent. circa hæc & cibi delectabiles, etiamſi parũ deteriores ſint,ſæpe melioribus prẹferendi ſunt, ſecundum Hippocratem 2. Aphor. 38. & ordo rectus ciborum obſeruandus,ne præpoſtero ordine cibi ingerantur, ac intempeſtiuè: qui temporibus anni,& ætatibus congruentes, accommodandi non ſine iudicio ſunt. Porrò quod ad motũ attinet,omnis generis exercitia intelliguntur: quibus frictio & gẹſtatio, ſub qua equitationem & uectationem

tionem comprehendimus, annumerantur. Cæterùm qui ſanitatis ſtudio tenentur, ij exercitiorum præcipuam curam habebunt (quòd illorum maxima ſit cõmoditas) & tempus ac menſuram eorundem non negligenter obſeruabunt. quare ocium diuturnum ac quies immodica obſunt. Hinc de ſomno & uigilia reſpectus aduertendus eſt diligenter. Somnus quidem nihil aliud eſt, quàm animalium facultatum quies: cuius commoda ſunt, ciborum confectio, humorum concoctio, obliuio ægritudinum animi, mentis inſaniæ correctio: cuius denique tempus ueſpertinum magis diurno proprium eſt. Præterea decubitus quoque dexter magis conuenit, cum ſiniſtro, quàm ſupinus. Danda itaque eſt opera, & annitendum omnino, ut neque ſomnus, neque uigilia modum excedant. Euacuationũ autem genera uariè fiunt: nunc per uenæ ſectionem, nunc per medicamentum purgãs, ſubinde etiam per uomitũ, ſcarificationem, ac cucurbitarum appoſitionem, inediã, & ſomni ab inedia repetitionem, mixtionem, ſputi eductionem, ſanguinis è naribus productionem, menſium, hæmorrhoidum, coitum, inſenſilemq; euaporationem, quæ quidẽ à natura nobis etiam quieſcentibus fieri ſolet. Horum autem potiſsima ſunt, quæ per ſe fiunt. Poſtremò animi perturbationes non ſunt à medico contemnendæ, quòd magna illarũ uis ſit, & miras in corpore motiones excitent: id quod præter alias, timor potiſsimum, gaudium, ira, & uerecundia euidenter declarãt. PHIL. Rerum non naturalium numerum, conſequitur rerum præter naturam numerus. EPIST. Secundum Galen. lib. 2. Therap. methodi, nominatur Affectus, generatim ſumptus pro rebus quæ corpus noſtrum quomodolibet præter naturam afficere poſſunt. Sic ſanè tres ſunt affectus præter naturam: cauſa, quæ morbum præcedit: morbus, à quo primùm uiciatur actio: ſymptoma, quod morbũ ſequitur. Per primum affectum ſuapte ratione, per ſe & primò, non læditur actio: ſed ex accidenti, uel ſecũdò, interueniente nimirum morbo. Horum, ſecundum Galenum lib. de morb. differ. cauſa duplex eſt: alia externa, ſic dicta, quòd extrinſecus

aduenìat, nec intra corpus animalis conſiſtat, uelut frigus, aut ſcorpio pungens: alia interna, quæ quidẽ in ipſo animalis corpore conſiſtit. Hæ cauſæ medico ſcrutandæ ſummoperè ſunt. Vnum enim genus morborum eſt, quod in ſimilaribus: alterum, quod in inſtrumẽtarijs: tertium, quod in utriſque partibus cõſiſtit. In primo, intemperies dicitur morboſa, quæ prouenit, ubi qualitates primæ, ſeu elementa ipſa à naturali ſymmetria cõmoderationéue deflectunt. In ſecũdo, mala conſtitutio ſeu compoſitio appellatur, quem & morbum officialem Barbari uocãt. Tertium horum ſolutio unitatis, ſeu continuitatis dicitur. Vltimò, ſymptomata alia circa actionũ noxas, ſiue animalium, ſiue naturalium, uerſatur: illorum ſenſilium motricum & principum actionũ, horum appetentium concoctionem, &c. deprauatam. Alia circa corporis noſtri affectus uiſiles, olfactiles, guſtatiles, tactiles: alia præter naturã excernuntur, uel retinentur. Et id quidem aut tota ſubſtantia ſunt, præter naturam, ut hæmorrhagia: uel qualitate à naturali habitu aberrãt, ut mẽſium profluuium: uel quantitate à naturali habitu recedunt, ut urinæ & ſudoris excretio, uel detentio. ſimiliter febris: hæc enim eſt calor præter naturam, qui à corde initiũ ſumens, per arterias & uenas in uniuerſum corpus diffunditur, atque actiones eiuſdem lædit, & quantumuis homo nunc quàm antea calidior ſit, nondum tamẽ febricitat, niſi calor immodicè auctus hominem offendat, & actionem lædat. Quare ſimplicium febrium, cum calor præter naturã accenditur, alia eſt in ſpiritibus, & fit ephemera, ſiue diaria: alia in humoribus, & fit putrida: partim intra uaſa, tum ex putrefactione omniũ æquabiliter, unde fit ſynochus putrida: tum unius tantũ, & ſic erit continua, (ſi enim putreſcit flaua bilis, fit tertiana cõtinua, uel ardẽs dicta febris: ſi pituita, quotidiana continua: ſi atra bilis, quartana continua) partim extra uaſa, & fit intermittens (ſi enim putreſcit flaua bilis, fit tertiana intermittens exquiſita: ſi pituita, aut dulcis, unde quotidiana intermittens: aut uitrea, ex qua oritur ephialos: ſi atra bilis, quartana intermittẽs.) Alia in ſolidis, unde fit aut hecti-

ca,aut maraſmus. hæc ſi illi acceſſerit, ex omnibus febri-
bus peſsima eſt, quæ (ſecundum Galenum lib.10.Ther.
Meth.) omnem curationem reſpuit. PHIL. Quaſi
ad finem Medicam artem deduxiſti. hoc unum ſupereſt
ut dicas, de ea nẽpe parte Phyſicæ, quę cognitionẽ præ-
teritorum, inſpectionem præſentium, & futurorũ prędi-
ctionem continet. EPIST. Hæc pars phyſicę diſci-
plinæ inter cæteras potiſsima eſt, & præſtantiſsima, quæ
Græcis σημειωτικὴ nuncupatur, cùm quòd hæc ipſa mor-
borum ac paſsionum corporis cognitionẽ ſuggerit (qua
deſtitutus Phyſicus, nullum à corpore malum profliga-
re poteſt) tũ quia hac lege cuiuſque partis, potiſsimum
uerò eius quæ ſenſum effugit, atque adeò cuius paſsio-
nes difficillimè deprehenduntur, morbos ac mala prom-
ptiſsimè dinoſcãt. in quo potiſsimum requiritur, & ſum-
mopere quidem, cognitio criſium, Latinis iudiciũ ſigni-
ficans: quæ in præſentia non eſt, niſi ſubita & præceps in
morbo mutatio, qua aut confeſtim liberantur à morbis
ægri, aut magnam in melius mutationem obtinent, aut
ſtatim moriuntur, aut multo deteriores euadunt. Ha-
rum prima, criſis ſimpliciter: ſecunda, criſis ἐλλιπὴς, id eſt
deficiens: tertia, criſis mala: quarta, ἀτελὴς, hoc eſt imper-
fecta & mala nũcupatur. Quo fit, ut illæ mutationes quæ
paulatim fiunt, uel ſcilicet debilitata uirtute, uel morbo,
non criſes, ſed ſimpliciter λύσεις, hoc eſt ſolutiones nũcu-
pentur. Ad horum iudiciorũ rationem in primis ne-
ceſſaria eſt quatuor morbi temporum, nempe principij,
incrementi, declinationis, & potiſsimum uigoris cogni-
tio: ad quod & urinæ inſpectio non parum conducit. De
ijs enim quæ in iecore & intra uenas ſunt, nullum planè
nec manifeſtum, nec euidens ſignum habemus, præter-
quam ſolam urinam. atque hæc eſt excrementum ſangui
nis in caua uena, per renes & urinarios meatus in ueſi-
cam delatum: in cuius inſpectione, conſiſtentia, calor,
quantitas, & contenta conſiderãda magnopere ſunt. &
certitudo, uelut ſcopus in optima urina, & quę eſt homi-
nis ſecundum omnia temperati, hęc eſt, quæ in ſubſtan-
tia mediocris eſt, ac quantitate potioni quę aſſumpta eſt
reſpondet,

reſpondet, colore ſubruffa & ſubflaua, ſedimento albo, leui & æquali. Ad idem iudicium & egeſtio requiritur, quæ in optimo gradu mollis ſit, & compacta atque cohærens, eodem tempore, quo in ſecunda ualetudine aſſueuit, reddita, & quę ijs quæ ingeſta ſunt proportione reſpondeat, Hippocrate auctore neceſſum eſt. Vbi inſuper pulmo aut thorax paſsionibus infeſtatur, ſputa tū potiſsimum conſiderare incumbit. Pulſus quoque aduertendus, qui eſt motus cordis & arteriarū ſenſilis, quo attolluntur & ſubmittuntur. ij ſumūtur ex motionis tempore, tam ſublationis quàm ſubmiſsionis: à quantitate ſublationis ſeu diaſtoles, à robore uirtutis, à corpore & ſubſtantia arterię: à quātitate infuſionis ſeu plenitudinis arterię, à qualitate caloris, à tempore quietis, à rhythmo ſiue proportione temporis ad tēpus, à progreſſu ęqualitatis & inęqualitatis, ab ordine & ordinatione. PHIL. Hactenus, ut ego quidem aduertere potui, communem philoſophiam tractaſti, & contemplatiuam, quoad primam Philoſophiā: tùm quę de anima pertractat, & Mathematicen, quoad Aſtronomica & Theorica principia. Itaque reſtat, ut de cęteris Mathematicę doctrinalibus, unà cum Sphęricę pediſſequis, breuiter dicas: tādem ad actiuam doctrinarum partem te liberè conferre poteris. EPIST. Prima doctrinalium eſt Arithmetica, quę ſecundum Politianū, numerū tractat, aut ſeorſim quemq; ſpectās, aut ad alium referens. Ille par eſt, & impar. Par, aut pariter par, aut pariter impar, aut impariter par. Itēq; aut ſuperfluus, aut diminutus, aut perfectus. Impar, aut primus & compoſitus, aut ſecundus & compoſitus, aut per ſe ſecundus & compoſitus ad alium. Primus & incompoſitus, aut ad alium relatus, aut æqualis, aut inęqualis. Hic aut maior, aut minor. Et maior, aut ſimplex, aut compoſitus. Simplex, aut multiplex aut ſuperparticularis, aut ſuperpartiens. Compoſitus, aut multiplex ſuperparticularis, aut multiplex ſuperpartiēs. Minor maiori ſubiugalis ęquè diuiditur, illiusq; numeri prologi dicūtur: huius hypologi, quaſi duces & comites. De multiplicibus duplæ, triplæ: de ſuperparticularibus ſeſquialteræ,

alteræ, ſeſquitertię: de ſuperpartientibus, ſuperbipartientes, ſupertripartientes, & deinceps oriuntur: ac rara eadem ratio in compoſitis. Rurſum qui per ſe cernitur, continens numerus linearis, planus, ſolidus, pyramis, etiamq́ curta, quadrantalia, aſſeres, laterculi, cunei, parallepipedi, gradati, altera parte longiores, & orbiculares.

Secunda doctrinalium eſt Muſica. hæc alia eſt naturalis, alia artificialis. Illa, alia mūdana, quę cernitur in eo, quòd cœleſtium motus, ſicut φθόγγος, diaſtemate cōſtat: circulareſq́ ambitus harmonicorum ſyſtematum referunt apocataſtaſes, quas auctore Materno interpretari redintegrationes poſſumus. Tum ſiderum ipſorum aſpectus, qui trigono, tetragono, dodecatemorio, dimenſione fiunt: diateſſaron, diapente, tonum diapaſon faciunt. Motuſq́ ad orientem uel occidentem grauiſsimis ſonis, in cœli uerò meditullio comparatur acutiſsimis. altitudines chromaticen gignunt, enharmonion, diatonion, latitudines, tropos. Lunæ facies tetrarchordorum referūt iugationes: quæ omnia diligentiſsimè proſequitur Ptolemæus. Alia uerò eſt Muſica humana, quę tribus animi partibus conſtat: intellectu, ſenſibus, habitu. Tres efficit & rationes, diapaſon, diapente, diateſſaron. Prima enim (ut Ptolemæus inquit) ſeptem illa continet: mentem, imaginationem, memoriam, cogitationem, opinionem, rationem, ſcientiam. quo numero conſonātia conſtat, quæ uocatur ex omnibus. Secūda quatuor, uiſum, auditum, olfactum, tactū, (nam in eo guſtus eſt) æquas numero partes quinariæ partibus. Tertia rurſum tres, auctum, faſtigium, decrementū: cui quaternaria reſpondet. Item ſi partes animæ feceris, rationis, iræ, cupiditatiſq́ ſedes, in prima (ſecūdum Politianum) ſeptem ſunt, acumen, ingenium, ſolertia, conſilium, ſapientia, prudentia, experientia: in altera quatuor, æquanimitas, impauiditas, fortitudo, tolerantia: in tertia tres, temperātia, continentia, uerecundia: quibus triplex eadem ſymphonia conflatur. Omnium autem inter ſe concordia, iuſticia nominatur. Item trinis generibus ſpectatiuæ partis, & actiuæ, tria illa congruent: enharmonium, naturali, moraliq́:

diatonicum, diuino & ciuili: chromaticum, mathematico & œconomico. Productionum uerò mutationes, uitæ morumq́ conuerſionibus reſpondẽt. Hæc Politianus. Artificialis porrò quædã eſt harmonica, quædam rhythmica, aut metrica. Primæ partes numerantur, ſoni, ſpacia, ſyſtemata, genera, toni, mutationes, modulatio. Secunda Latinis dicitur numerus, arſin habet & theſin: hoc eſt, leuationem ac poſitionem, quibus uidelicet plauditur, oriturq́ de numeris cõnumeratis, dinumeratis, complicatis, ac ſeſquatis. Diſcernitur uiſu, ut in ſaltatione: auditu, ut in cantu: tactu, in uenis. Quippe medicorũ doctiſsimus Herophilus, motus omnes illos & pulſus humani corporis, in muſicos digeſsiſſe numeros narratur. Sunt uerò numeri omnes, ut Politianus enumerat, aut iudiciales, aut progreſſores, aut occurſores, aut recordabiles, aut ſonantes, uel ſi mauis corporales: ut illi etiam ſignentur, qui ſunt in ſaltatione & in certo motu uiſibiles. Huius partes quinque ſunt: tempora prima, pedum genera, agoge, mutationes, rhythmopœa. Hæc Politianus ad uerbum. Tertia ab elemẽtis & ſyllabis pergit ad pedes. Pedes ſyllabis conſtant, ſyllabæ autem temporibus tenduntur. Cæterùm tertia doctrinalium eſt Geometria, à puncto, quæ nota impartilis eſt, lineas peruidet rectas, circumferentes, flexuoſas, iacentes, perpendiculares, alternas, diſterminas: anguloſq́ iuſtos, anguſtos, latos, ſummitates, circulos, ſemicirculos, & qui limites faſciati uocantur: trilateres, quadrilateres, multilateresq́ figuras. Inq́ his æquilateras, æquicruras, gradatas, rectãgulas, acutiangulas, obtuſiangulas, & quæ parte altera longiores ſunt, & rhombos, & rhomboides, & menſulas. In ſolidis, pyramides, priſmata, conos, cylindros, cubos, ſphęras, etiamq́ illa quę uocãt octoẽdra, dodecaedra, icoſaedra: quæ ſuo tẽpore, ſi uita ſuperſtitero, in libris de Philoſophia omnia diligentius excutiemus. Sufficit iam hęc, quaſi in catalogum redacta etiam à Politiano, breuiter numeraſſe: ut habeas quod, ô Philomuſe, examinare tandem poſsis. Multa ego præterij, quæ Politianus numerat, ut inſolẽtiam illam uocum uitarem:

quandoquidem locus ea fuſius tractandi, hic non ſit de-
terminatus. De quarta illa doctrinaliũ, ſuperius in tra-
ctatu de cœlo ſatis diximus. Huius ſex ſunt pediſſequæ:
Calculatoria ſeu Logiſtice, figuris utitur numerorũ no-
uem, quas Pythagorici excogitarunt. quæ ſex generi-
bus continetur: elementorum expoſitione, compoſitio-
ne, ablatione, multiplicatione, partitione, quadrati late-
ris inuentione. Geodeſia uerò, quæ etiã à Pappo geo-
meria uocatur, & ipſa in ſenſilibus uertitur, cõtinetur ge-
neribus recto, plano, ſolido, pedatura ipſa, porrecto, con
ſtrato, quadrato pede, figuris, climatis, ſcopulis, flexibus,
angulis, rigoribus: lineiſq; omnibus rectis, alternis, baſi-
bus, uerticibus, cruris, diagonijs, perpendicularibus, hy-
potenuſis, diametris & perimetris, menſuris, miliaribus,
& ſimilibus. Canonicè autem rationes harmoniarum
conſiderat apparentes, regularum ſegmẽtis excogitatis,
atque aures (ut ait Plato) præferẽs intellectui. Rationes
enim ſymphoniarum, nunc monochordo canone depre
hendit, nunc tetrachordorum generibus diuiſis, quę ner
uorum nominibus unde uiginti cenſentur: qualia mul-
ta Ptolemæus exponit in his libris, quorum titulus eſt
περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων. Hæc uerò in organis eſt per-
cuſsionalibus, tenſilibus, inflatilibus. Aſtrologiæ par-
tes: Gnomonice, quæ ſolariorum diſcriminatis umbris
horas ueruto denotat, à Vitruuio diligẽter expoſita: tùm
quæ uocatur Meteoroſcopice, ſublimitatum differẽtias
& interualla ſiderum deprehendens. Dioptice, quæ ſo-
lis & lunæ, & aliorum ſiderum intercapedines colligit,
& ordines. Huc Aſtrolabij pertinet inuentio, quam Pto-
lemęo Syneſius tribuit. Hanc etiam Aſtrologiam uo-
cãt plerique, eam quæ propriè Genethliologia uocatur:
cuiuſq; profeſſores à ueteribus Chaldæi, Mathematici,
Genethliaciq; uocantur. Optice, generis eſt nomen,
& partis. Pars ipſa cauſam uiſibilium deprehendit, quæ
per interuallũ falſa creduntur: ut cùm lineæ alternæ con-
currere inter ſe uidentur, & intercipi quadratorũ angu-
li. par. altera Catoptice, quæ circa omniſarias ἀνακλάσεις,
hoc eſt, inflexiones uerſatur. tertia Scenographice, iudi-
cans quo

cans quo pacto nec abnumera, nec deformia fingamus in imaginibus quæ cernuntur, interuallorum ſcilicet & altitudinum cauſa. At quæ generis locum tenet, ea lineis utitur uiſus & angulis, obſeruat radiorũ proiectiones, umbras, lucis figurationes, quæ directæ uiſioni, quę reflexæ faciant impoſturã, ſpeculis adhibitis, planis, globoſis, columnaribus, turbinalibus, cauis, conuexis, & ſimilibus. Mechanica ſequitur, cuius (ut Heron, Pappusq; declarant) altera pars rationalis eſt, quæ numerorum, menſurarum, ſiderum, naturæq; rationibus perficitur. altera Chirurgice, cui uel maximè artes illæ, æraria, ædificatoria, materiaria, picturaq; adminiculantur. Huius partes ſunt, Manganaria, Mechanopoëtice, Organopoëtice, Thaumaturgice, Centrobarica, & Scheropoeia: qualis eſt illa Archimedea, Claudiani laudata uerſibus. De iſtis omnib. ut antè polliciti ſumus, ſuo loco fuſius tractabimus. PHIL. Ego ęquo animo omnia hęc accipio, ſiue declarata ſint, ſiue enumerata tãtum. Spero me diutius tecum uicturum: nec dubito, quin ad omnia ſufficienter mihi reſponſurus ſis, quęcunque in dubium uenerint: deinde plurima ex hiſce olim audiui & ſciui. Quare abſoluta hac naturali Philoſophię parte, ſi placet, breuibus & Moralem ſalutabis. EPIST. Expedit omnino, eã ſaltem à limine deguſtare. Habemus enim in Theologia ipſa, legales, hiſtoricos, morales, propheticosq; libros: unde patet, ad moralium librorũ uſum plurimum conducere intelligentiã huius Philoſophiæ partis. quare prætereunda omnino non eſt. Itaque Moralis ſcientia eſt pars ciuilitatis, in qua de bonis agitur diuerſis: è quorũ numero & Virtus, ſiue rationalis animæ ſit, ſiue rationi obtemperantis, (ut Epicteti uerbis utar) dicitur. in qua tractantur affectus, poteſtates, habitus animi: & in his exceſſus, defectus, mediocritates, arbitrium, electio appetitus: eiusq; partes, cupiditas, furor, uolũtas. Hinc ſunt uirtutes, fortitudo, æquanimitas, continentia, temperantia, liberalitas, magnitudo animi, magnificentia, honeſtas, grauitas, urbanitas, ueritas, iuſticia: ſcientia etiam, prudentia, intelligentia, æſtimatio, ſolertia, ſagacitas

gacitas, comitas, heroica uirtus, uoluptas, proſperitas, amicitia, beneuolentia, concordia, amorq́; ſui. Porrò ſecundum Platonem, Iuſticia uniuerſalis ad totum chorum uirtutum trãsfertur, qua redditur obedientia debita legibus & magiſtratibus. Quemadmodum particularis, iuxta Simonidis definitionem, uirtus, quæ ſuum unicuique tribuit, dicitur, tam diſtributiuè quàm commutatiuè, aut ordinando perſonas, aut communicando res. Vnde communicatiua iuſticia Ariſtoteli eſt, quæ communicat ęqualia, proportione Arithmetica: in qua diſpoſitis tribus, aut pluribus numeris, omnes diſtant æqualibus differentijs, ſine reſpectu proportionum. Diſtributiua uerò, perſonarum ordinatio in omni uita, publica & priuata, iuxta proportionem Geometricã, qua gradus officiorum & perſonarum conſtituuntur: ſicut Marij diſtributio contra Cimbros, Catuli domi gubernatio Reipub. quam præcipuam conſeruatricem rerum publicarum, & priuatæ conſuetudinis dicimus. Vnde Plato ſapientiſsimè dixit, Optimum Reipubl. ſtatum eſſe, ſi ſit conſtituta geometrica proportione. Hęc Platoni quoq;, ſecũdum Simonidem, apud Iureconſultos, eſt conſtans & perpetua uoluntas, ſuum cuique tribuens: in ius poſitiuum atque naturale diſtributum, ratione legum & noticiarum. Hoc στοργάς, bona cõmunia hominibus cum reliquis animãtibus, & noticias naturales, quas illi ius gentium uocant: Philoſophi utrunque gradum ius naturæ nuncupant. Illud uerò eſt ſententia magiſtratus, quæ addit ad ius naturę circumſtãtiam aliquam, ratione probabili, & non neceſſaria. Hinc ius naturæ immutabile procedit: & ſecundum Ariſtotelem 3. Polit. ſatius eſſe uidetur, ſcripto ac certo iure uti in dijudicandis rebus, quàm naturali ęquitate: ſiquidem uiolare, peccatũ graue, etiam extra caſum ſcãdali: & fœnus exercere de contractibus, pugnat cum iure naturæ. Item uſitatus cõtractus, in quo emitur reditus cum pacto retrouendendi, fit illicitus & uſurarius. aut contractus ſocietatis, cum alter pecuniam, alter operas confert: & is qui pecuniã confert, poſtulat lucri partem, ſaluo capitali, quod manifeſtè in Inſtitutio-

nibus

nibus probatur. Ad hoc ciuilis diſciplina plurimùm conducit, quæ eſt triplex: regnum, optimates, reſpublica. Cuius exceſſus totidem: tyrannis, Oligarchia, democratia. Diuiditur à Platone trifariam, quemadmodum & anima. nam rationi congruere philoſophos, iræ milites, cupiditati uoluit artifices. E philoſophis principes, magiſtratus, ſacerdotes, ſenatores, iudices leguntur, qui leges uel ferant, uel exerceant. Itaque locus hic eſt, in quo ius ciuile non quidem in titulos, quod longum foret nimis, ſed in ſumma genera partiamur: quod & Politianus facit. Ius igitur ciuile Romanorum, tametſi uoluminibus quoq; alijs continetur, tamen Pandectis ipſis in ſuas partes diſtributis, utpote omnia genera complectentibus, plena digeſtio reſultabit. Septem igitur in his articuli ſunt: quorũ primus ea continet quæ Græcè τὰ πρῶτα uocantur, ſecundus iudicia, tertius res, quartus hypothecas, quintus teſtamenta, quæq; teſtamentis accedunt: in ſexto tituli continentur bonorum poſſeſsionis uarij, neque non operis noui nunciationes, dãniq; infecti, & pro ędificijs dirutis, & eorũ inſidijs: & de aqua pluuia arcenda, de publicanis, donationibus, manumiſsionibus, liberaliq; cauſa: tum de dominij & poſſeſsionis acquiſitione, deq; ijs qui iudicati uel in iure confeſsi ſunt: de bonorum detentionibus, & ne quid in fraudem creditoris fiat: interdicta, exceptiones, temporum prolixitates, & actiones. ultimus ſtipulationes, fideiuſsiones, acceptilationes, & titulos illos Ad municipales, de curionibus & muneribus, de publicis operibus, nundinis, pollicitationibus, cognitionibus, cenſibus, uerborum ſignificatione, iuriſq; regulis. Pontificiũ, inquit Politianus, quaſi ſuccẽtiuum ciuilis eſt, & ad eius exemplum (quatenus ratio patitur) diuidendum. Res militaris, uiris & armis conſtat. Viri, dux & milites, & qui militũ cauſa. In duce ſcientia, peritia, autoritas, fortuna requiritur. in milite, robur & diſciplina. Hi uel equites, uel pedites, diuerſis in acie nominibus diſtincti. Militum cauſa fabri, tubicines, liticines, lixæ, calones. Arma, quibus oppugnamur, aut defendimur, eaq; de quibus in Mechanica diximus: inter

quæ etiam naualia continentur, in quo genere liburnæ classes, & luſoriæ ſunt. Huc autem tyronum delectus & exercitatio, poſitio caſtrorũ, & munitio, inſtructio aciei, quę Tactica Græci uocant: qualis eſt orthia, epagoge, & cælembos: & phalanges uariæ, ac diphalangiæ, amphiſtomi, antiſtomi, periſtomi, homœoſtomi, heteroſtomi, inflexæ, incuruæ, ouatæ, lunatæ, laterculi, roſtra, & alia id genus: oppugnatio, propugnatio. Poſtremò ſtratagemata ipſa, qualia Frontinus exequitur. Reſtant artes plures à ſuperioribus celebratæ: ut agricultura, paſtio, uenatio, architectura, graphice, coquina: theatricæ nonnullæ, ut ſunt ſcenici, (qui & hypocritæ, comœdi, mimi, &c. appellantur) gladiatores, gymnici, & agitatores, aucupes, hamiotæ, piſcatoresq́: alij urinatores, aquarij, cetarij, macellarij, cupedinarij, ſalſamentarij, lanij, fartores, condimentarij, obſonatores, uinarij, hoſpites, ſtabularij, popinarij, popinarumq́ inſtitores, biberarij, botularij, cruſtularij. Sed & ſtructores, & lactarij, & pomarij, herbarij & ſeplaſiarij, & medicamentarij omnes, omniſq́ deniq́ forenſis turba: quod genus & olitores, ficitoresq́ ſunt. Poſt hos & ipſi corporis agẽtes curam, tonſores, balneatores, pilicrepi, alipili, mediaſtini, mangones, aliptæ ſeu pædotribę, cinifiones, arcularij, propolæ, pigmẽtarij, coronarij, coſmetæ, funerarij, libitinarij, deſignatores, præficæ. His addũtur ἀποχειροβίοτοι illi: ut fabri, tignarij, cementarij, materiarij, ærarij, ferrarij, & cæteri ſibi manibus uictum parantes. de quibus ſuo loco aliquando tractabimus, ut ſumus polliciti, ſi diutius ſuperuixerimus. Hæc interea, quoad prę ſens, ſufficiat numeraſſe. nec te audiſſe tædeat: quandoquidem Politianus in iſtarũ artium enumeratione longè, etiã quintuplo magis, atque Cornelius, & uetuſti illi Catalani, occupatus fuit. Ego uerò, quarum exiguus aut nullus uſus eſt, præterij, quaſi indigna noſtro propoſito: ſed de quibus aliquando tractaturos nos deliberauimus, eas tantum recitare uolui. PHIL. Audiui ſanè animo quieto & attento: imò ſi & plura in medium attuliſſes, eadem patientia fuiſſent gratiſſima. Sed cum tibi ita ſubſiſtere uidetur, non poteſt mihi non

placere,

placere. Vnum autem reſtat, poſtquam numeraſti multa, & diuiſiſti, uellem ut iuſticiæ ſuperius tractatę nonnihil etiam adderes de magiſtratu, legibus & felicitate, ſaltem obiter: quandoquidem hactenus de diſpenſatiua, quæ eſt domini, mariti, patris, quærit, ſeruat, adornat, utitur, regiaq́ eſt, ſatrapica, ciuilis, & idiotica, dixiſti. Hæc enim conueniet coniunctio, ethice, politice, & œconomice, plurimùm. EPIST. Magiſtratus adeò neceſſarij ſunt, ut ſine ipſis ciuitas nulla eſſe poſsit: adeoq́ honeſti, ut ad ornatum & honeſtatem aptiores magis natura non produxerit. emptionem enim, uēditionem & decorem ſeruant ac tuentur: ædilitatis officium gubernāt, qui circa actiones damnatorum, & eorū quæ paulo antè poſita, quorum inſcriptiones factæ ſunt, & circa cuſtodias corporū uerſantur. Hinc ſummè quidem neceſſarius magiſtratus, ſed omnium difficillimus, & grauis adminiſtrationis, propter multas quæ inde proueniunt inimicitias. Hic non minus eſt eorum quibus ſacrificia publica, quæ lex non aſsignat, ſed ut publico ſumptu fiant cōmittuntur: ac qui rem ſacram curant, ut ſacerdotes, ædituí. quorum officium eſt, ut templorum quæ incolumia ſunt ędificia conſeruentur, & quæ ruinoſa erigantur, & uniuerſorum curam habeant quę ad diuinum pertinēt cultum. Quare leges pręcepta ſunt Rempubl. continentia, cùm ciues exequuntur quæ iubent, aut abſtinent ab ijs quæ uetant. Vnde leges bonæ Reipubl. quæ & bene poſitæ, & quibus paretur: perinde ac non bonæ Reipubl. quæ aut malè poſitæ ſunt: aut ſi bene, quibus non paretur.

Cæterùm Felicitas eſt, ſecundum uirtutē operatio: & in uita perfecta, alia actiua, alia contemplatiua. hæc melior, & optima: illa, ad uirtutum moralium operationes & agibilia collata, laudabilis eſt: ſed comparata ad felicitatem contemplatiuam, & honorabilis eſt, & laudabilis, Deoq́ amantiſsima: quę bona eſt per ſe, & perfecta, homini propria. quam, ut Epicurei uolūt, in uoluptate ſitā, ut Mahometicam nefandā inſtitutionem, damnamus. & cum ſit permanens, atque incorruptibilis: in honoribus nullo modo debet cōſiſtere: longè minus in diuitijs,

nec in uirtute, dum ineſſe etiam dormienti, non operanti ſecũdum uirtutem, in uita perfecta poſsit: quod in ipſa felicitate fieri nequit, nec in idea à poſteriori concepta. Non autem ideo felix exiſtimandus eſt, quaſi externis bonis non egeat. nam ſine iſtis, uirtutis operatio cõſiſtere nequit. Cæterùm in hac uita fœlices eſſe non poſſe, ne dubites: ea ſaltem ratione, qua proſpera amicorũ atque aduerſa in amicos redundant, quæ & magnis aduerſitatum calamitatibus præpeditur. Nec puer fœlix eſt cenſendus, quia ſecũdum uirtutem operari non poteſt: quæ in uita perfecta completaq; ętate, qua homo natus eſt ſecundum operationem uirtutis, paratur ſaltem, at in hac uita non conſequitur. licet Ariſtoteles in hac uita fœlicitatem eſſe tueatur. At ne offendatur Solon, & alij, dico felicitatem ſubiectiuam, quæ ex ſubiecta materia colligitur, in uita dari: felicitatem uerò finalem, propter quam agimus, non niſi in contẽplatiua uita conſiſtere. PHIL. Quæ hactenus philoſophiã ſupernaturalem, naturalẽ & moralem concernebãt, breuiter & dilucidè pertractaſti: ſed ne quicquã intactum relinquatur, dicas de ipſa rationali quoq;. EPIST. Rationalis, ut ſuperius memini, aut indicat, aut narrat, aut demõſtrat, aut ſuadet, aut oblectat: unde Grãmatica, Hiſtoria, Dialectica, Rhetorica, & Poetica emerſerunt. Grãmatica, aut methodice, aut hiſtorice, aut miſta eſt. Prima conſiſtit in loquendo & ſcribendo. ſecũda in legendo & enarrando. communis in iudicio grãmatiſtice, ut Politianus inquit, à Græcis: à Varrone, literatio uocatur. hęc conſiderat literas & ſyllabas, cum ſuis illis uel faſtigijs, (ut idẽ ſolet appellare) uel longitudinibus: item orationis partes, proportionem, & inæqualitatem, uitia, ruſticitatem, ſtribiliginem, orthographiam, pedes, metaplaſmos, tropos, ſchemata, gloſſemata, notas, ſuſpenſiones, diſtinctiones, clauſulas, uocis elationes, depreſsiones, flexus, concitationes, moras, poſituras q;: & qui legendi, qui reijciendi, quid in quoque probandum, qui cuique præponendi, quæ ſit in his œconomia, quóue decorum: præterea rhetorum progymnaſmata. Hiſtoria, ſecũdum eundem, uel fabularis, uel ad fidem.

fidem. Fabularis, aut uoluptatis, ut in argumentis Comicorum: aut adhortationis gratia adhibetur. hæc, aut argumentum habet ex ficto, ut in Aeſopicis fabulis: aut ex ueri ſoliditate. quæ aut per turpia contexitur, ut in quibuſdam poëticis figmentis: aut pio tegitur uelamine, quod ſolum genus Philoſophi ueteres admiſerunt. Ad fidem hiſtoria de locis eſt, ut Geographia: uel de temporibus, ut chronice: uel de natura, ut animalium, plantarũ: uel de geſtis rebus, ut annales, hiſtoriæq́ ceteræ. Quarum elementa ſunt, perſonæ, cauſæ, locus, tempus, modus, inſtrumentum, materia, res. Stylus in hiſtoria fuſus, & continuus, non periodicus: niſi cum proſopopœias aſciſcit, in concionibus. Dialectica uerò, quàm primus latinitate donauit (ut Politianus teſtatur) M. Varro, eſt, ſecũdum Ariſtot. 1. Rhet. ars de contrarijs credibiliter raciocinãdi. quæ ſex normis utitur: loquitur, & eloquitur, quo ad ſimplices uoces: proloquitur, quo ad cõpoſitas uoces. ſumma proloquiorũ utitur in argumentando: indicat in confutando: & dicit de his quæ dicẽda ſunt. Quod ad prima duo attinet: contraria alia ſunt eorum quæ nulla cũ complexione dicuntur, ut calidum, non calidum: alia cũ complexione, ut homo currit, homo nõ currit. quæ ſine complexione dicuntur, aut nomen, aut uerbum ſignificant.

Nomen eſt uox ſignificatiua, ex inſtituto, ſine tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparata: ut, homo. Hoc eſt duplex: finitum, ut homo: infinitum, ut non homo. Verbum autem eſt, id quod inſuper tempus ſignificat, & cuius pars nulla ſeorſim ſignificat, atque ſemper eorũ quæ de alio dicuntur eſt ſignum. Hoc, ut nomen, duplex: ut, currit, non currit. Nominis & uerbi decẽ ſunt ſeries, uel prædicamenta: ſubſtantia, ut homo ſimpliciter: quãtum, ut bicubitum: quale, ut album: ad aliquid, ut duplũ: agere, ut ſecare: pati, ut ſecari: ubi, ut in iudicio: quãdo, ut heri: ſitum eſſe, ut ſedere: habere, ut indutum eſſe. Quælibet harum coordinationum habet quinque uoces intentionales, quæ ſunt: ſpecies, genus, differentia, proprium, & accidens. Omnes hæ uoces de pluribus uniuocè prædicantur: ſed prima, numero in eo quod quid eſt: ſecũda,

 ſpeciei.

ſpecie, in eo quod quid eſt: tertia, ſpecie uel numero in eo quod quale quid eſt: quarta, numero in quale conuertibili: quinta, in quale non conuertibili. Subſtantia eſt, quæ per ſe ſubſiſtit, alio neutiquam indigens, ut ſit: ut homo. cuius ſeries ſic habet: Subſtãtia alia eſt corporea, alia incorporea. corporea, alia compoſita, alia ſimplex. compoſita, alia animata, alia inanimata. animata, alia ſenſitiua, alia inſenſitiua. ſenſitiua, ut animal aliud rationale, aliud irrationale: illud, ut homo: hoc, ut brutum. In hac ſerie truncus habet genera, deſcendendo: ſpecies uerò, aſcendendo. Prima in aſcenſu eſt, ſpecies ſpecialiſsima: in deſcenſu uerò, eſt genus generaliſsimum. Media, ſunt in deſcenſu genera ſubalterna: in aſcenſu, ſpecies ſubalternæ. Rami uerò habent differentias, propria, & accidentia. Similiter inueſtigantur hę uoces prædicabiles in ſingulis prædicamentis. Quantitas eſt, ſecundum quam partes quippiam diuiditur. hæc eſt duplex, continua & diſcreta. Continua eſt, cuius partes ad eundem terminum communem copulantur. cuius tres ſunt ſpecies: linea, ſiue longitudo: ſuperficies, ſeu lõgitudo & latitudo: corpus, ſeu longitudo, latitudo, & profunditas. Diſcreta eſt, cuius partes ad nullum terminum communem copulantur. huius ſpecies ſunt, numerus, & oratio. Qualitas eſt, ſecundum quam quales eſſe dicimur: ut ſecundum albedinem albi. hęc alia eſt animi, ut uirtutes & uitia: alia corporis, ut albedo, nigredo, &c. Ad aliquid dicuntur, quæcunque id quod ſunt, aliorum eſſe, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur. illud appellatur ſecundum dici, hoc ſecundum eſſe. Actio eſt, ſecundum quam in id quod ſubijcitur, agere dicimur: ut ſecare, uerberare. Paſſio eſt, illatio, effectusq; actionis: ut ſecari, uerberari. Vbi eſt, quæ à loci circumſcriptione procedit, corporis locatio: ut, in agro eſſe. Huius differentiæ ſunt, ſuperius, inferius, dextrũ, ſiniſtrum, anticum, poſticũ, ſiue ante & retrò. Quando eſt, quæ relinquitur ex tempore, rerum affectio: & eſt genus nominum temporaliũ, ut ſunt, hodie, heri, cras. Situs eſt, quod poſitionem habet quoquo modo ad alterum: ut, ſtare. Habitus eſt, ratio ueſtiendi

corpus: ut, armatum eſſe. Ad hanc partem referuntur, definitio, totum, pars, diuiſio, partitio: tum nomina illa quæ ſunt æquiuoca, uniuoca, pluriuoca uerba: quæ ſua, quæ'ue aliena rebus: tũ oppoſita quoties dicuntur, quoties illa ſimul, prius motus, quid ex nomine & uerbo iungatur, quæ ſubiectiua ſententiæ pars, quæ declaratiua, qui modus utriuſque: quatenus nomen accipiatur, aut uerbum: quatenus perfecta ſententia proloquium ſit.

Quod ad ſecundam partem attinet, ſunt quæ cũ complexione dicuntur, & enunciatio atque oratio nuncupatur. Oratio eſt uox ſignificatiua, cuius partium aliqua ſeparata ſignificat, ut dictio: ſed non affirmatio, uel negatio. & enunciatiua ea tantum, quæ uera eſt, aut falſa. Vera, quæ cum re conſentit: falſa, quæ cum re non conſentit. Harum alia erit enunciatio ſimplex, quam alij Categoricam uocãt, quæ eſt uox ſignificatiua eſſendi quippiam, uel non eſſendi: uti ſunt tempora diſtincta. alia autem ex his compoſita, quam alij hypotheticam nominant, eſt, quæ coniunctione eſt una. Quinque accidunt propoſitioni: Subſtantia, penes quam propoſitio dicitur categorica, uel hypothetica: Qualitas, penes hanc dicitur affirmatiua, & negatiua: affirmatio eſt, de aliquo alicuius enunciatio: negatio autem, enunciatio qua aliquid ab aliquo dimouetur. Quantitas, penes hanc dicimus aut uniuerſalem, cùm aliquid aut omni, aut nulli ineſſe: particularem, cum alicui, aut non alicui, aut non omni ineſſe: indefinitum, cum aliquid ineſſe, uel non ineſſe, ſine uniuerſali particulariue nota. Singularem, cùm aliquid uni ſoli ineſſe, aut non ineſſe ſignificat. Materia, penes quam propoſitio alia eſt neceſſaria (in qua eſt definitio, aut pars definitionis, uel genus, uel differentia, uel proprium) alia contingens, ubi accidentia prædicantur de ſubiecto: alia remota ſiue impoſsibilis, cùm diuerſæ ſpecies connectũtur. Paſsio: penes hãc conſideratur propoſitionum oppoſitio, quæ eſt duarum propoſitionum categoricarũ eiuſdem ſubiecti uel prædicati repugnantia: cuius quatuor ſunt ſpecies. Contraria eſt, uniuerſalis affirmatiua & negatiua, recipiens falſitatem in contingenti

tingenti materia. Subcontraria, eſt particularis, nempe affirmatiua & negatiua, recipiens ueritatem in contingenti materia. Contradictoria, uniuerſalis nimirum affirmatiua, & particularis negatiua: aut duæ ſingulares, aut duæ infinitæ. Hæc in nulla unquam materia recipit ueritatem aut falſitatem. Subalterna, uniuerſalis & particularis, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua, ſola quantitate diſſentiens. Penes paſsionem conſideratur quoque conuerſio, quæ eſt duarum propoſitionum inter ſe præpoſtera mutatio, prædicati in ſubiectum, & ſubiecti in prædicatum. Subiectum eſt, de quo aliquid prædicatur. Prædicatum uerò, quod dicitur de ſubiecto. Ea eſt triplex. Simplex, per accidens, & per contrapoſitionem. Simplex eſt, quādo propoſitio ſimpliciter uertitur, manentibus eiſdem ſignis. Per accidens eſt, cùm ultra id ſignum, uniuerſale in particulare mutatur. Per contrapoſitionem, cùm finitum mutatur in infinitum. Quarũ difficultas his uerſibus patet:

Feci ſimpliciter conuertitur Aeua per Acci,
Aſto per contra, ſic fit conuerſio tota.

Penes paſsionem ultimo conſideratur ęquipollētia propoſitionum, quæ hoc uerſiculo conſtat:

Præ contradic, poſt contra, præ, poſtq; ſubalter.

Præterea ſunt propoſitiones modales, quę ex quarto accidente oriuntur. Hæ quatuor modis conſtant, quę ſunt: poſsibile, impoſsibile, contingens, & neceſſe. Poſtremi duo ſunt affirmatiui, primi duo negatiui, aliĳ uniuerſales, aliĳ particulares. Porrò hypothetica propoſitio ex primo accidente orta eſt, ex duabus categoricis coniunctione una, aut conditionali, aut copulatiua, aut diſiunctiua: quorum negatio uel affirmatio penes coniunctionem conſiſtit. Si coniunctioni negatio fuerit appoſita, ſiue præpoſita, negatiua eſt tota propoſitio: ſi minus, affirmatiua. Huc referuntur dedicatiuæ, abdicatiuę, congruæ, incongruæ, ſuppares, alterutræ. Quod ad tertiam partem attinet, ſunt quæ de credibili ratiocinatione dicuntur. Dicitur autem credibilis ratiocinatio, ad differentiam demonſtratiuæ & rhetoricæ. hæc enim ſuaſoriè ratioci-

ratiocinatur, illa neceſſariè. Itaque credibilis ratiocinatio ſeu argumentatio, eſt iuſta argumēti per orationē explicatio. Huius ſex ſunt ſpecies: ſyllogiſmus, enthymema, inductio, exemplū, & Sorites ſeu inuerſus ſyllogiſmus, & dilemma. Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quiddā ab his quæ poſita ſunt, ex neceſsitate accidit, eo quòd hæc ſunt. Syllogiſmus eſt duplex: categoricus, qui Argumētatio nuncupatur, in qua è tribus terminis duæ propoſitiones ita conficiuntur, ut ex his concluſio neceſſariò ſequatur: hypotheticus uerò, licet totidem propoſitionibus conſtet, in hoc tamen differunt, quod ille tribus ſimplicibus propoſitionibus, hic altera ſaltem compoſita conſtat. Syllogiſmo quatuor accidunt: materia, forma, canon, & reductio. Materia ſunt tres termini, maior, minor, & medius: & duę propoſitiones ex ipſis compoſitæ, maior & minor. Maior terminus ſeu propoſitio eſt ſemper, in qua prædicatum concluſionis reperitur: minor, in qua ſubiectum: medium uerò eſt, terminus bis ſumptus antè concluſionem. Concluſio eſt, in qua maior extremitas prædicatur de minore. Forma ſyllogiſmi dicitur figura, quæ eſt legitima diſpoſitio medij in duabus propoſitionibus, ita ut aptè ſubijciatur & prædicetur. & modus, qui eſt legitima diſpoſitio pręmiſſarum in debita qualitate & quantitate. Figuræ ſunt tres: prima, in qua medium ſubijcitur in prima, & prædicatur in ſecunda: ſecunda, in qua medium prædicatur in utriſque: tertia, in qua mediū ſubijcitur in utraque. Omnium triū figurarū forma talis eſt:  Prima figura modos habet quatuor perfectos, Barbara, Celarent, Darij, Ferio: imperfectos, Baralipton, Celātes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſmorū. Secūda itidem quatuor: Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco. Tertia ſex: Darapti, Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon. Reductio eſt, ſyllogiſmi imperfecti per ſyllogiſmi perfecti modum probatio. hæc eſt duplex, oſtenſiua, quando per medium conuerſionis aut trāſpoſitionis, uel ſimul utriuſque, id facimus: & per impoſsibile, quando negans deducitur ad aliquod impoſsibile, iuxta hos uerſiculos:

Seruat maiorem, uariatq́; ſecunda minorem:
Tertia maiorem uariat, ſeruatq́; minorem.

ut in Baroco & Bocardo. Secũda ſpecies ratiocinationis eſt enthymema, aliàs ſyllogiſmus mutilatus nuncupatur, cùm maior aut minor deeſt propoſitio: duabus ſaltem conſtans, quarum prima antecedens, ſecunda conſequens dicitur. Tertia eſt inductio, argumentatio nimirum: in qua ex multis ſingularibus colligitur ſententia uniuerſalis, uel è partib. totũ, genus è ſpeciebus. Quarta eſt exemplum, in qua unum particulare per aliud probatur: id eſt, in qua è ſimilibus ratiocinamur ſimilia. hîc uitãda eſt diſsimilitudo. Quinta eſt ſorites, forma nempe argumentationis, in qua coaceruantur uoces neceſſariò cohærentes: ut genera, ſpecies, cauſæ, effectus, &c. & dicitur inuerſus ſyllogiſmus. Sexta, dilemma, argumentandi ratio, in qua utrumcũque conceſſeris, reprehenditur. Quod ad quartam partem attinet, qua confutandi ſunt aduerſariorum cauilli, eſt canon, qui oſtendit ſyllogiſticam concluſionẽ. Primò: Ex ſolis negatiuis nihil ſequitur. Secũdò: Ex ſolis particularibus non poteſt effici ſyllogiſmus, niſi caſu, aut per accidẽs. Tertiò: In ſyllogiſmo non debent eſſe plures termini quàm tres, neque æquiuocatio ſiue ambiguitas. Quartò: Mediũ non debet uſurpari in concluſione. Quintò: Concluſio imitatur debiliorem partem præmiſſarum. Sextò: Non ualet argumentatio à non diſtributo ad diſtributum. Septimò: Maior in prima & ſecunda figura perpetuò eſt uniuerſalis. Octauò: Minor in prima & tertia figura ſemper eſt affirmatiua. Nonò: Tertia figura ſemper particulariter cõcludit, at ſecunda negatiuè, in qua expoſitorius ſyllogiſmus locum habet, medio ſingulari obſeruato. Similiter leges hypothetici ſyllogiſmi ſunt in genere tres. Prima: A' poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis rectè procedit argumentũ. Secunda: A' deſtructione conſequentis, ad deſtructionem antecedentis, ualet conſequentia. Tertia: In repugnãtibus poſito antecedente, ut conſequens tollatur, rectè argumentamur. Quod ad quintam attinet partem, inuentio medij dialectica, procedit ex

cedit ex quinque uocibus in quolibet prædicamento ſi-
tis, per rationẽ concluſioni adhibitam. Rhetorica materia duplex eſt, ubi & unde fiat oratio. Prior in quæſtionem diuiditur, & cauſam, in qua conſiderantur partes officij: ut inuentio, qua inueniũtur quæſtionis genera tam principalium, ut an ſit, quid ſit, quale ſit (unde ſtatus fiũt illi rationales, coniectura, finis, qualitas: mox & legales, è quibus alij propagantur, & iudicatio emergit) quàm incidentium: item cauſarum, ut demonſtratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Rurſus honeſtum, admirabile, humile, anceps, obſcurum. Item naturæ ſimplicis & multiplicis. Ductus ex conſilio naſcens, ſimplex, ſubtilis, figuratus, obliquus, mixtus. Vltimò fides, quæ conciliando fit, docendo & permouendo. primum in ipſis principijs locum habet, ſecundum in narratione, tertium in epilogo. Primum item conſideratur in perſona, uel auditoris, uel rei, uel oratoris, uel aduerſarij, & re honeſta atque utili: ſecundum, in argumentis artificialibus & inartificialibus. Priora, uel inſunt negotio, ut à toto, & à parte: uel negocium attingunt, à coniugatis, genere, forma, ſimili, differenti, contrario, coniunctis, antecedentibus, conſequentibus, repugnantibus, cauſis, effectibus, comparatione maiorum, minorum, parium. Poſteriora uerò, ſcriptura, auctoritate, & neceſsitate. Cõmouemus miſeratione, odio, inuidia, metu, ſpe, ira, & ſimilibus. Secunda pars officij, eſt diſpoſitio naturalis, ordinem tenens: & artificialis, pro ratione cauſæ permutans. Tertia, elocutio: quæ fundamentum latinè & planè dicere, atque faſtigiũ copioſe & ornatè, habet. cuius rationem duplicem Politianus tradit, in ſingulis & copulatis uerbis. Singula, propria, & tralata: propria, antiqua & noua: tralata, inopiæ decoriſq; gratia. Copulata, conſtructione, concluſione, figuris: ita coagmentata, perfecta, uenuſta. Quæ rurſus uel continuata & fuſa, qualis in hiſtoria: uel periodica, quæ rurſus uel membris cæſiſq; conſtat, & ambitu, uel monocolos eſt. Quarta pars officij, memoria nuncupatur, quæ naturalis & artificialis dicitur. Hæc partitione conſtat, & locis, & imaginibus. Quarta uerò, pro-

nūciatio ipſa, uoce, uultu, geſtu, cultu, & habitu oris continetur. Itaque hiſce quinque partibus officij condiſtinguuntur partes orationis. Prima eſt, exordium: quod attentum, docilem, beneuolum pręſtat auditorem. Secunda eſt, narratio, aut hiſtoria, aut fabula, aut argumentum, aut iudicialis aſſertio: cuius elementa, perſonæ, cauſa, locus, tēpus, materia, res: eſſe autem dilucida breuisq́ʒ debet. & eſt aut ipſius cauſæ, aut incidens, aut continua, aut partilis. & narramus augentes, attenuantes, prætereuntes, docentes, monētes, gratiam uel inuidiam comparantes, & item digredientes. Tertium, propoſitio: quæ aut noſtra eſt, aut aduerſarij, aut cōmunis, aut principalium, aut incidentium, aut ſimplex, aut coniuncta. rurſus aut ſimplex, aut per inductionem. poſtremò, uel nuda, uel rationi ſubiecta, uel ſummatim, uel partibus. Quarta eſt, argumentatio: quæ aut confirmat, aut reprehendit. Quinta eſt, peroratio: quæ enumeratione conſtat, indignatione, miſeratione. Itaque, mi Philomuſe, hæc paucis ſint dicta de rationali philoſophia: dicerem aliquid etiam de ipſa diuinatione, ſed in occultis occultorū occultis prolixius hac de re ęnigmata excuſsimus, tam naturalia quàm artificioſa, popularia & profana, penes ſapiētes Hebręorum, Chaldæorum, Aegyptiorū, Perſarū, Orph. Pythag. Arabum, Græcorum & Latinorum. PHIL. Hactenus quicquid erat, quod olim à maioribus meis audiui & didici, breuiter quidem, ſed ſatis copioſe intellexi: tu quid'nā me facere uelis ediſſere. EPIST. Poſtquam te in eo genere contemplandi uerſatum ſentio, nūc tempus eſſe non dubites, ad hoc diuinū culmen ſcientiæ, ubi quæ philoſophiā ſupremam concernunt, & planè ſupra humanū captū ſunt, tractantur, properare. PHIL. Et patientia & attentione maxima audiam: tuum eſt, ut qui ingenij mei uires perſpectas iam habeas, te meo accommodes captui. EPIST. Quemadmodum totius philoſophiæ humanę Orphica ſapientia eſt gubernatrix, ſic diuinæ ſcientiæ ſymbolica cognitio: ſine qua licet datur in actionibus cautio, circumſpectio, prouidentia: in ſtudijs ſagacitas, ſolertia: in conſideratione rerum omnium

docilitas,

docilitas,ars,intelligentia,opinio: conſtans tamen,pura & ineffabilis ſcientia, de quibuslibet ſenſibilibus, non conceditur.Non enim humana diſciplina, ſed diuina traditione iugiter ab uno,& item ab altero recepta acquiritur. Hæc nouem potiſsimum conſtat opificibus:elementis, homine, receptione, partibus,loco, communicatione,ſabbatho,portis,& ſymbolo.quibus abſolutis paucis tibi cognitionem noſtri dogmatis aperiam. Primò obſeruandum eſt diuinum Geneſeos iuſſum:Producat terra animã uiuentem,ad ſpeciem ſuam. Quod refertur ad diuinam ideam,quæ & ipſa eſt terra uiuentium in uirtute Dei uiui eam uitam influentis,per nomen אדני,ut cognoſcamus,autore Ioſue,quod Deus uiuẽs intra nos eſt, & diſperdet in conſpectu noſtro cõtrarias fortitudines: quo fit,ut omnia uitã habentia ſuo inſtinctu ſurſum tendant,& omnia uitam influentia uergant deorſum. Hîc aduertenda eſt ſcala,ſeu aſcenſus naturæ, in qua tres regiones triplicitatis, & in ſingulis unus abſtractionis ſtatus conſideratur.Prima eſt obiectum diaphanum, & ſenſus exterior. Secunda, ſenſus interior,phantaſia, & iudicium brutum. Tertia,iudicium humanum, ratio & intellectus:& in ſingulis ſtatur. Horum omniũ domina mẽs, recepto lumine ſuperiori, hominis intellectum illuſtrat & perficit. Quilibet autem ſtatus duplicem habet differentiam.In primo ceſſat corpus,& incipit anima:unde nominatur animal.In ſecundo ceſſat anima, & incipit ratio, unde nominatur homo. In tertio ceſſat intellectiua potentia,& incipit mens, quæ ſola ſine controuerſia de foris aduenit,unde nominatur Deus.iuxta oraculũ:Ego dixi,dij eſtis.Statuum uerò nomina ſunt,ſenſus, iudiciũ, & intellectus. Interuallorũ media ipſas ſpecies deferentia ſunt,diaphanon, phantaſia, & ratio. Cui rei haud abſimiles proferimus tres partes: Abraham ſuperior, Iſaac inferior,Iacob medius. Præterea quãdoquidem trium regionum duo interualla ſenſus & iudicium duplicãtur, ſecundum inferius & ſuperius, & utraque ad binos reducuntur terminos: reſtant decem ſcalæ gradus, per quos ad cognitionem omnium quæ ſunt uerè, aut ſenſu, aut

ſcientia, aut fide, ab imo ad ſummum aſcendere poſſumus. Qui ſecundum Abraham in libro Ietzira ſic habentur: decem numerationes præter quid, decem & non nouem, decem & non undecim: intellige in ſapientia, & ſape in intellectu, inueſtiga in eis, & proba ex eis, & ſtatue rem ſuper puritates ſuas, & repone creatorē in thronum ſuum: hæc omnia non tam ſunt quid, quàm quo. Suprema uerò mēs in homine aliud quid eſt. Quippe ſicut Deus in mundo, ita mens in homine inter decē Sephiroth regni gerit diadema: quæ ſola diuina eſt, & ſola extrinſecus homini accidit: cuius lumine recepto uirtutes inferiores diriguntur & gubernantur, quouſque intellectus intelligēs, & ipſum intellectum, ſint unum & idem, ut ſcribit commētator arboris decem Sephiroth. Quod ſecundum magiſtros ſuper uerbis prophetiæ, In lumine tuo uidebimus lumen, ita dijudicatū eſt: quòd in influentia mentis, quæ influit ex te, intelligimus & rectificamur. Quo fit, ut cœleſtis ſapientiæ ad ipſum ſaltem modum Matheſeon participes ſimus. Ideo nemo ad hoc genus philoſophandi idoneus eſt, nec quiſquam uerè Theologus, quantumuis ſenex, & quacunque præditus loquacitate, eſſe poteſt, qui uiciorum quolibet genere fœdatus, ſuperbia, hypocriſi, auaricia, odio, inuidia, & ſępe tecta religione luxuria, neglecto mentis lumine, affectiones ſequitur animales. Hic enim eſt ille, qui ab altitudine auerſus, uergit ad decliue, quantumuis eum natura erexerit in alta. Hactenus de initijs & elementis ſymbolicæ philoſophiæ dictum ſit. Secūdum uerò huius ſcientiæ opificium eſt homo: quod nihil aliud eſt, quàm poſt ruinam primordialem generis humani uniuerſalis reſtauratio, quæ ſalus occultè nominatur, qua nulla prior fuit. Hinc eſt quod Eleazar magiſter, & Salomon commentator, ſacrarum ſcripturarum ordinarius, aſſeuerent, Adam non inſomnio correptum, quaſi diuinaſſe per afflatum propheticum de uxore poſt ſoporem, Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea eſt: ſed minus ſe coſtarum alterius lateris experrectus habere ſentiens. Hîc, ne prorſus conſolatione deſtitueretur, tradit liber Ietzira, quòd

ra, quòd clementiſsimus pater continuò miſerit angelum, qui annunciaret ei, ſuæ ruinæ reparationem futuram. Manifeſtè enim apparet, patrum præceptores fuiſſe angelos notos. Quippe Adæ fuit Raziel, qui ſummi Dei nutu expiationis ei uiam oſtendit, & diuinum ſermonem per allegoriam recipiendum expoſuit. Sed præter hunc terrenum Adam conijcere poſſumus alium Adam, nempe cœleſtem, ex eo quod dixit Deus, Ecce Adam fuit unus ex nobis, angelis in cœlo demonſtratum: unum ex Deo, quem uerbo fecerat. & hic unus eſt cum Deo: ille uerò repulſus à Deo, ex luto fictus, horto eiectus, & non modò alter eſt, uerumetiam alius & aliud à Deo. Rurſus hic eſt ille, qui non tantum poſt orbis & noſtri ortum eſſentialiter eſt, ſed etiam ante omnem creationem in ęternitate fuit, unus in quid Deus ex nobis antequam tempus fieret. Quod Onkelus Chaldaicè ſic interpretatur: Ecce Adam fuit unigenitus meus, ſiue unicus meus in ęternitate, ex me ipſo. Vnde angeli prohibiti ligni uitæ eſum futurum intellexerunt, dum Raziel Adamo miſſus eſſet, qui ſignificaret ex ipſius propagatione naſciturum hominem iuſtum, & pacificum uirum Heros, cuius nomen continebit etiam in miſerationibus has quatuor literas יהוה, qui per rectam fidem & placidam oblationem mittet manum ſuam, & ſumet de ligno uitæ, cuius ligni fructus erit omnium ſperantium ſalus. Tertium opificium, receptio ipſa eſt patrũ ad collegium prophetarum per ſucceſsionem tranſmigrata. Nam edocta Heua per Adã de futuro ſaluatore, mox concepto primogenito, exclamauit: Acquiſiui uirum illum יהוה quas literas ab angelo iampridem receperant: & acquiſitũ nominauit Cain. quo uiſo prauo, inchoata altera natiuitate, generauit Abel. utrique reuelata de ſalute reſtituẽda receptione, ille deſpexit, hic ardẽter amauit: qui opinione ductus, ſe, de quo reuelationes habuit, eſſe ligni fructũ, per quod uita creatori eſſet offerẽda, deſiderauit: ideoq; fratri mortẽ minanti, rapto de arbore ramo, uel lignea claua (non enim tũc erat uſus ferri, ante ortum Thubalcain, qui primus fuit malleator & faber in cũcta opera æris & ferri)

ſerri) uolens & libens ſe morti obtulit. Tandem Cain ſemine deſperato, petijt aliam prolem, & impetrauit dicẽs: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel. & uocauit nomen eius Seth, quem genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: ex quo nepotem ſuſcepit Enos uocatum. quo relicto ob nullam angeli reuelationem, in alium ſpem ſuam locauit. Patribus ſiquidem nomina nuncij Dei imponebant. ſic poſſedi deſignans Cain tempus præteritum, Enos præſens, Abel parẽtibus luctum præbiturus. Quare magno & altiſsimo myſterio, generatio hæc in quartam trahitur Enos progeniem, quod tempus Meſſiæ aſſeritur. Dein de Iared natus eſt Enoch, qui ambulauit cum Deo: ſed diſparuit, quia abſtulit eum Deus. Tertio abhinc tractu uenit Noẽ, in conſolationem omnium publicam, illam auditu receptam ſalutem recta fide ſperantium: qui iuſtus & perfectus in generationibus ſuis, recepit in mandatis ut faceret arcam de lignis, in qua ſaluaret mundum. ubi Noe in lignum ſperaſſe, ſicut Iob dicens, Quia eſt ad lignum ſpes. certioresq́ factos concludimus, quòd in ligno uita homini fuiſſet promiſſa. Erant autem filij Noe, Sem, Ham, Iaphet: ex quibus futuro Dei ſeruo Sem, in quo ſalutem prę cæteris ſperabat, ita benedixit: Benedictus יהוה Sem: notum faciens, quòd futurus erat Sem ſeruus Dei, ut ſcribit Rabi Moſes Gerũdinenſis. Hinc deſiderium pij patris fuiſſe dicimus, ut fieret Sem originalis peccati redẽptor: cuius tempus cum non adueniſſet, Iophiel Sem annunciauit. Quo fit, ut cogitationes ſuſpẽſæ fuerint, uſque in annos Abraham: cui peculiaris angelus & familiaris Zedkiel eandem reuelationem, quam Adę protoplaſmati Raziel, tradidit. ac genito Iſaac, de quo cum ei iuſsiſſet Deus, ut unigenitum tolleret, quem diligebat, Iſaac: & eum in excelſo Moriæ quodam monte ſuper ligno immolaret, incredibili gaudio & lætitia exultauit, diuinę promiſsionis memor, qua pollicebatur ei Deus his uerbis: Statuã (inquit) pactum meum inter me & te: & inter ſemen tuum poſt te, in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te, atque in te benedicentur uniuerſæ cognationes

cognationes terræ. Vnde, niſi Iſaac recepiſſet à patre ſuo, traditam humanæ ſalutis reuelationem, non tanta beneuolentia ſe obtuliſſet morti. qui ne ſeipſum fortè ſaluatorem illum crederet, per angelum Raphaëlem uox ipſa Dei ſuper Iſaac cœlitus delapſa eſt: Benedicētur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Ex quo Eſau & Iacob geniti: atque hic ab angelo Peliel edoctus, in aliud ſeculum diuina reuelatione reiecit, dicēs: Congregamini, & annunciabo uobis quid continget in poſtremo dierū: Non auferetur ſceptrū de Iuda, & legislator de femore eius, donec ueniat Silo, & eidem congregatio gētium. Poſt hos patriarchas magnus ille Moſes, non ſua ſponte morti ſe obtulit: ſicut quondam Abel, ſicut olim Iſaac: ſed renuit, & à cura populi ſe abſtrahere uoluit: qui, etſi noſſet ſe non eſſe de familia Iudæ ortum, ſed de domo Leui: nec natum in poſtremis dierum, nec Silo: de omni tamen ratione atque modo reſtaurandi originalis caſus, ſatis ſuperq́ꝫ inſtitutus ab angelo ſuo Metattron fuit. Quartū opificium uerſatur circa partes ſymbolicæ philoſophiæ. Hac quippe deputationis ordinatione, à cultoribus quadraginta duarum diuini nominis literarum tradita, dicentibus, (Dilectus ſurſum, & deſideratus deorſum,) & hæreditans duos mundos, præſentē atque futurum mūdum elicimus. Siquidem omne ſtudium, omnem operā, omne conſilium, laborem & diligētiam, uniuerſam quoque mentis ſuæ intentionem, contemplatio ſymbolica, fœlix illa atque beata, à mundo ſenſibili finaliter ad mundum intellectualem transfert, & traducit. Actio uerò ſymbolica in mūdo ſenſibili permanet, atque animam uniuerſi huius mundi non tranſcendit. Quòd ſi quādoque licenter ad Deum & beatos ſpiritus pergat, non tamē Deum ipſum, ut immanentem & abſolutum accedit: ſed ut opificem, cauſamq́ꝫ eorū, & circa ſua creata occupatū. Angelos autem ad miniſteria quotidiana, diuinæq́ꝫ uoluntatis affectus exequendos mancipat, altiſsimarum rerum contemplationes ad hunc inferiorem mundum ſemper referens. Quantò itaque anima corpori præfertur, tantò illa huic anteponitur: quā Patres Anagogicam inſtitu-

tionem appellant. Sicut Ezechielis rota in rota, cum ſuis quibuſcunque inuolutis, uiſa eſt una eſſe ſimilitudo gloriæ Domini: & ſecundum rabi Saadiæ in libro Amunoth, ſicut uitellus in medio oui: & ſecundum Phorcenſem, inſtar alboris oui unius, teſtaceo firmamento contenti, uitellum ipſum inglomerantis: ita primus ille mundus intelligibilis ſecundum implicat, ut tota uirtus eius inde gubernetur. Quo fit, ut conſtringantur utrique uinculis concordiæ, & ſæpe tam ſuas quàm compræhenſorum naturas & appellationes mutua ſibi liberalitate cōdonent. Quemadmodum in ſenſibili mūdo ſphæræ nouem mouētur ab empyreo immobili, cui Metattron aſſiduè præeſt: ſic in primo, nouem angelorum chori mouentur ab immobili Deo. Similiter in immobili ſilentio cunctorum creator, primò ſimul omnia creauit, poſtea nouenario ſermone ad proprias ſingula quæque diſtinctiones commouit. Quintum opificium eſt de duplici loco, paradiſo & inferno. Pro duplici autem hominum conditione, ſpirituali & corporali, ac pro duplicis mercedis retributione, duplex eſt paradiſus. alter, in quo ſpeculatio illuminans eſt ſita, hoc eſt, uiuificās, quam Scholaſtici cognitionem Dei intuitiuam appellant, ut quę contingat animæ ſeparatæ per lumen gloriæ, ac à maturiſsimè penſitātibus ſola eſſe beatifica probetur. alter, in quo cōtemplatio quæ non fit, illuminans uocatur, quæ fit per ſpecies connaturales, & non eſt beatifica: illa communiter cœleſtis, hæc terreſtris nuncupatur. Nunc itaque, quando clara Dei uiſio, & perpetua ſummæ diuinitatis fruitio, pro ſuprema hominis parte intellectu & uoluntate beatis donantur, idcirco iure optimo ea niſi in ſupremo mundo contingunt nemini: nec antea appræhendit hanc intuitionem quiſquam, niſi ſeparata anima eius ab eo. Quare ſecūdum Ramban Gerundenſem in Exodo, mortali homini ſi quando Deus uideri dicitur, id per angelum fieri putatur. Simili modo duos tartaros eſſe deputatos deprehendimus, ſuperioris & inferioris mundi, ad torquendum nociua corpora in tempore, ac animas prauas in æternitate, quibus commune nomen inditum eſt

ditum eſt ארבא. hic eſt tartareæ pœnæ locus, qui præter cætera ſeptem immaniora duriſsimarum pœnarum receptacula, criminũ reis iuſto Dei iudicio deſtinata, comprehendit, quæ Ioſeph Caſtilienſis in Horto nucis ſic numerat: Quoniã, inquit, in eo ſunt gehenna & portę mortis, & umbra mortis, & puteus interitus, & lutum fecis, & perditio, & fouea. Hæc captiuitas eſt, ut peccata noxiorum maneant, ut iuſtos æqua comitentur uirtutum præmia, & iniquos debita ſequantur uitiorum tormẽta, mors & horror: ita tamen, ut iuſti etiã in morte dicantur uiuẽtes, & maligni etiam in uita ſua mortui. Sextũ opificium eſt, de cõmunicatione mũdi. Homo enim μικρόκοσμος, & mũdus ſenſibilis ille magnus, cõmunicant in Metattron, qui eſt intellectus agẽs primi mobilis: unus cum natura cœleſti, tanquã inferiori: & cum natura angelica, tanquã ſuperiori. Mundus autem ſupremus, cum mũdo tertio incõparabili, & ſuperſupremo, communicãt in anima Meſsihæ, quaſi eſſentia quadã utrinque, & angelico & diuino mũdo, continua. Nec aliquo interſtitio anima משיח & אלהי diſtant: ſed hic fons aquarum uiuentiũ, illa riuus uitæ. Hinc mũdus corporeus eſt, qui primũ conſtituitur ex cœlis, & cœleſtibus: ſecundò, ex elemẽtis & elemẽtatis: tertiò, ex natura humana & ſingularijs hominibus, Latinis paruus mũdus nũcupatus: qui cum ſit animatus, illuſtratur mẽte propria, quæ dicitur Metattron. Porrò mundus ſupremus intelligẽtiarum ſeparatarũ eſt, qui & ſpeciebus plenus, & formis, & mẽtibus ſolutis, & angelis, complectitur, ambit & regit ipſa משיח anima, quæ apud ſymboliſtas ideata idea omnium uitarum, ad quam refertur omnis uitalitas indiuidualis, ſpecifica, & generifica. Tertius eſt Deitatis, qui conſtituitur ex eo quod Seraphin uocauerunt: Sanctus, Sanctus, Sanctus יהוה. dicitur in Deuteronomio, Magnus, id eſt ante creationem: potens, id eſt in creatione: terribilis, ſeu potius reuerendus, id eſt poſt creationem. Et hic eſt unus, imò magis propriè principium unitatis: cuius emanatio eſt, ſpiritus, uerbũ, uox. Sic enim rabi Azariel in commentario ſanctitatis dicit: Ex ſpiritu producitur uerbũ, atque

uox, non per apertionem labiorũ, & non per ſermonem linguæ, nec anhelitu hominis. Et hi tres (ut in lib. Iezira de creatione legitur) unus eſt ſpiritus, quia unus Deus. Vnde iuxta Abraham patrem noſtrum, uox, & ſpiritus, & uerbum: & hoc eſt ſpiritus ſanctus, duo ſpiritus ex ſpiritu: quorũ proportio, iuxta Rab Hamai in libro de ſpeculatione, in uno uniẽte & unito aſsignatur. Hic itaque tertius mundus in æternum & ultrà extenditur, nec concauus, nec conuexus, nec carinatus, nec ſuperficiem habens eſt. Vnde ex eo quod legitur in libro de Fide & expiatione, quòd producens ens de non ente, quoad rem non entis, & non ens eſt in ente, quoad rem entis, infertur, iſtud omnem noſtrum intellectũ tranſcendere. Non enim poſſumus contradictoria in ſuo principio combinare uia rationis: ſiquidem per ea quæ nobis manifeſta ſunt incedimus, & longè ab hac infinita uirtute cadẽtes, ipſa contradictoria per infinitum diſtantia connectere ſimul nequimus. Sed huius rei intellectus, patet ex primo capite Occultorum noſtrorum. Septimũ opificium de ſabbatho inſtituitur, quod eſt ſecũdum ſymbolum in porta lucis, cap. 2. Myſterium Dei uiui. extat ſiquidẽ ſymbolum mundi ſuperioris, ubi ceſſat omnis labor. & rectè gemino dicendi uſu legibus indicitur, quinto Deuteronomij: Obſerua diem ſabbathi. & 20. Exodi: Memẽto ut diem ſabbathi ſanctifices. illud iuxta mundũ inferiorem, hoc iuxta mũdum ſuperiorem: hoc affirmatiuè, illud negatiuè. Quare propriè ſabbathum eſt nota diuini ſeruitij, quo ſenſus & ratio abſoluũtur ab occupationibus materialibus, quantum permittit humana imbecillitas: & ἐνέργεια mentis alligatur occupationibus formalibus, ad conſiderandum quæ ſurſum ſunt. Clarè & diuinè Moſes Gerundinenſis, in Exodo ſabbathi habet rationem. unde duo ſabbatha (ducti ſcripturæ teſtimonio Ezech. 20. Sabbatha mea dedi eis) elicimus: contra Dauid Kimhi, qui ſub hoc plurali generaliter duntaxat uno uocabulo ſingulas feriarum ſpecies, in lege numeratas, Deum nobis exprobrare uoluiſſe ſentit. Sed nos etiã peculiari hoc nomine datum optimum, & donum perfectũ, à Deo nobis conceſ-

bis conceſſum, quod in porta lucis nuncupatur. Hæc eſt heptomada ſuperna, quæ uocatur Iobeleus: unde omnis remiſsio, propitiatio, & infuſio gratiæ deſcendit. Aliud enim eſt ſabbathum quietis, aliud ſabbathum ſabbathorum, quo animæ humanæ omnes puræ, reiecta labe, tandem redibunt liberæ ad hæreditatem patrum, & mittentur in poſſeſsionem ueram atque propriam, quam acquiſierũt & retinent per animam משיח, de tribu Iuda, ſeptimi ab Abraham patriarchæ, procuratorio nomine, in horizonte mundi ſuperſupremi, iuxta ſcripturam: & ſupra Iobeleum mittet radices ſuas, Ierem. 17. hoc eſt, per ספר aſcendet per angelos ad locum deſtinationis ſuæ, quod eſt flumen Dei repletũ aquis. Octauum opificium eſt de portis intelligentiæ, & de admirandis ſapientiæ ſemitis, & numero angelorum. Portæ intelligentiarum ſunt quinquaginta, omnes traditæ Moſi, præter unam, quibus omnis lex diuina comprehenditur, & tota ſciẽtia, uel ſenſu literali, uel allegorico, per dictiones, uel Arithmeticas ſupputationes, uel Geometricas literarum figuras deſcriptas ſeu tranſmutatas: uel harmoniæ conſonantias ex formis characterũ, coniunctionibus, ſeparationibus, tortuoſitate, directione, defectu, ſuperabundantia, minoritate, maioritate, coronatione, clauſura, apertura & ordine reſultantes, quæ aperiunt omnium creaturarum cognitionem. Sunt enim cunctæ res uniuerſaliter in quinas conditiones diſtributæ, quarum quælibet decem recipit conſiderationes: qui tam eſſentiarum quàm intelligentiarum modi per quinque multiplicati, quinquaginta ianuas aperiunt, per quas intramus in creaturarum penetralia illa, eminentibus notis in operibus ſex dierũ deſignata. Itaque qui ſcierit, quid ſit denarius in Arithmetica formali, & cognouerit naturam primi numeri ſphærici, ſciet ſecretum quinquaginta portarum intelligentię & magni Iobelei, & milleſimæ generationis, & regnum omnium ſeculorum. Hac de re peculiarem inſtituemus tractationem ſuo loco. Cæterùm antequam eſſet creaturarum quicquam iuxta ſymbolicam doctrinam, nihil erat niſi Deus, & nomen eius יהוה, & ſapientia eius quæ

ſola hæc tria præſens ſapientia continet. Quo fit, ut porta prima creationis Moſi nequaquam aperta, legem diuinam tantum per nouem & quadraginta ſcrutatus eſt: Ioſue una minus: Salomon duabus, qui (ut rabi Akiba explanat) laborauit ſuper illa ad reducendum eam, ſed non erat potens. Hinc antiqui patres, ut rabi Iacob Cohen dicit, ambulauerunt per uias multas, ut tandem ſtarent in ſemitis iſtis, quæ dicuntur admirãda ſapientiæ, tradita per Zadkiel Abrahæ patri noſtro in traditione fœderis, quarum numerum & familiaritatem literæ conciliant. Scriptum eſt enim in libro Iezira: decem numerationes Belima, & uiginti duæ literæ iunctæ, faciunt conſurgere numerum ſemitarum. Quod etiam literarum collegium, ſi quinquaginta portis diligenter applicuerimus, inde ſeptuaginta duorum angelorum felicem ſeriem comperiemus. Cùm enim angelus ſit alteritas, ſicut Deus identitas: prima uerò alteritas ſit binarius: rectè opinabimur, quòd etiam ex binarij multiplicatione cubica, numerus angelorum oriatur. Octonos tandem inde prouenientes in nouem choros diſtribuendo, oriuntur 72. ſimiliter per choros ad cubum, per cubum ad tetractyn, ab ea ad binarium, angelicam naturam ſignificantem, & inde ad unitatem Dei Optimi Max. reuertitur. Similiter per angelos Deo iungimur ineffabili tetragrammato יהוה, in quo primùm reſplendet angelorum iſtorum nobiliſsima natura. nam ſi ex quatuor literis, quater poſuerimus י literam, ſicq; deſcendendo ה ter, ו bis, ה ſemel, mox ſurget 72. ſumma expoſitoria nominis Dei inenarrabilis & incomprehẽſibilis, quæ dicuntur unum nomen ſymbolicum, ob intentionem ſignificandam unitatis Dei: quibus שמהמפרש, id eſt, nomen illud expoſitorium magnum ſummi Dei conſtare perhibetur. Præterea diligens ſymbolicæ doctrinæ ſcrutator rabi Ioſeph Ben Carnitol, in libro portarum iuſticiæ inquit: Diuiſit Deus terram iuxta numerum angelorum eius, duo nomina diuina repræſentãtia יה & אל, quorum alterum, ſi quotocunque ſeptuaginta duorum no-

rum no-

rum nominum coniũxerimus in ſigno, uocabulum oxytonon efficiemus. & relictæ ſunt omnes gentes traditæ in poteſtatem ſeptuaginta præfectorum, hoc eſt, principum angelorum. Iam facilè deducimus, hos eſſe angelos fortes uniuerſæ terræ: per quos, cùm ſint angeli diuiſionis, facilè ac non inaniter exiſtimabimus, Moſen manu ſua mare uſque ad ſiccum diuiſiſſe. Ac in eiuſmodi ſectione & liberatione filiorum Iſrael acceſsiſſe Moſi ſeptuaginta orbis terrarum angelos: at duos illos columnares in myſterium ſalutis fuiſſe. Hæc nobis planè contingit ex ineffabili nomine יהוה, per ſeptuaginta duo nomina, quæ ex ſacra ſcriptura colliguntur explanatè Exodi decimoquarto à uerſu, Tollensq; angelus, uſque ad finem ubi legitur, Diuiſaq; eſt aqua. Iis ſymbolis adſunt angeli hominibus, ad laudem & gloriam ineffabilis Dei. Nonum opificium & ultimum eſt, de ſymbolo angelorum. In ſpiritu enim & ueritate, quales habent linguas noſtræ mentes, tales habent linguas angeli. Et ſicut ſpiritus diuini linguis angelorum loquuntur: ita ſpiritus humani auribus mentium auſcultant. Quo fit, ut non ea neceſsitate ſibi nomina imponant, quòd uelint palàm nominari & clamari: ſed ſignacula memoratiua tradunt, quòd cupiãt à nobis recordari. Quare non omnis uox diuina in uoce latet. Symbola igitur hęc frequentes angelorum memoriam poſcunt, quorum ſedula reminiſcentia nos in amorem Dei mutuò traducit, & uiciſsim amor in rememorationem. Idcirco nomen יהוה nobis Deus condonauit, non ut illo ſe uocemus, quod eſt ineffabile, recteq; αὐεκφώνητον, id eſt, non uocabile appellatur. Creator enim quærenti Moſi, Quod eſt nomen tuum? reſpondebat, יהוה: hoc eſt, nomen meum in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vnde patet, nobiſcum non eſſe nomen, ſed figuram memorialem duntaxat. Hinc etiam manifeſtum eſt, angelorum uoces imagines eſſe, qui ſpirituali uoce nominentur, & non clamore, ceu ſacerdotes Baal: quibus ab Helia propheta 3. Regum 18. dicitur: Clamate

uoce

uoce maiore: forſitan Deus in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, ut excitetur. Sanè debemus moueri, incitariq́ ad ueram fidem, ſpem, & charitatē Deo gratiſsimam, & diligēti ἀνακεφαλαιώσει in diuinorū amorem tranſire, ac ut uetuſtiſsimus Hebræorum Moſes Aegyptius tertio Perplexorum libro docet, intentionem cæremoniarum rectè obſeruare, quæ eiuſmodi eſſe debet: nempe, memoria Dei frequens, & timor eius, & amor eius, & obſeruatio mandatorum omnium, & ut credatur in Deum altiſsimum, id quod neceſſariū unicuique eſt.

Sed abuſus fallaces, Philomuſe, uitare cura & diligētia omni oportebit: aliàs hoc conſortio nemo ſe dignū, quin potius indignum reddet. Hæc ſunt quæ tibi paucis erant de ſymbolica Philoſophia narranda. intellexiſti'ne? PHIL. Intellexi probè: & tantū delectatus ſum hac lectione, ut quaſi in ecſtaſin raptus, uix redire poſsim, cupiēs perpetuò eiuſmodi cōuiuari hoſpitibus. Aliud non dicam, quàm ut mecū agas pro tuo arbitrio. non enim ſum in Elyſeis cāpis, ſed in ipſo paradiſo cœleſti: de quo ſuperius feciſti mentionem, ubi reficior ambroſia & nectare. EPIST. Mihi placet ſummoperè, quòd ea attentione audiueris, & tanta auiditate hęc complexus ſis: non dubito: te noſtro conſortio utilem, & tibi nos haud ingratos fore. PHIL. Adſum, age iube, facturus quicquid uolueris: & ſi placet, perge. EPIST. Hac parte finita, breuiter tibi enarrabo noſtra dogmata. Totius diuinæ philoſophiæ quatuor ſunt partes. Prima eſt, quę tractat de Deo, ſecūdum rationem ſuæ naturalis perfectionis. Secunda, de Deo, quatenus eius potentia relucet in effectu creationis. Tertia, de Deo, quatenus claret eius ſapientia in opere redemptionis. Quarta, de Deo, quatenus eius bonitas ſeu clementia refulget in fructu glorificationis. Quod ad primam attinet, fruimur ſolo Deo, & in eum credimus, trinum re ipſa in perſonis diſtinctum, quælibet Deus: & tres, unus Deus: & una eſſentia, ſine omni compoſitione, ſimpliciſsima, & incommunicabilis: quæ nec generat, nec generatur. Pater uolens & potens genuit filium, nec uoluntate præcedente, nec natura cogente.

ra cogente coæternum: uterque ſimul amorem producunt, ut donum æternaliter, & datum temporaliter, miſſum uiſibiliter, & inuiſibiliter: & ſunt una charitas, qua nos diligunt, & nos ipſos, coæquales æternitate, magnitudine, potentia, & cæteris attributis, in identitate rei & naturæ: quorum plurima ſunt, quę ſic de Deo dicũtur, & perſona utrique numero conueniens. Quo fit, ut nil obſtet, quo minus nomina numeralia in diuinis admittantur, etiamſi (ut aiunt) ly perſona dicat ſubſtantiam proprietate perſonali, quæ uaria appellatione nominatur, notione non perſonali. Præterea Deus etiam ut principium relatiuè ad creaturas refertur, unus ſapientia ingenita, habens eandem proprietatem cum perſona: à quo præſcitur futurum, in quo ſciẽtia omnia ſunt, non tamen in eius ſcientia, qui in rebus omnibus eſt Deus, præſentia, potentia, eſſentia: cuius quoque ſcientia cauſa omnium rerum eſt, quæ adauget res non Dei, ſed noſtram ſcientiam, qua ſimiliter ab æterno nonnullos prædeſtinauit, nonnullos reprobauit, ex prędſcientia illorum finali. Omnipotens eſt, potẽtia indeterminata, ſeu (ut aiunt) illimitata, qua meliora etiã facere poteſt quàm fecit, quo ad ipſam additionem. Eius uoluntas differt ab eſſentia, ratione, non re: quæ placens in omnibus impletur, tam in nobis, quàm de nobis: cui uoluntatem noſtram conformare tenemur, in ratione uolendi ex charitate. Quod uerò ſecundam concernit partem, In principio creauit Deus cœlum & terram ex nihilo, ſimulq; cum cœlo empyreo & materia angelos: quorum alij difformes & perſonaliter diſtincti in eſſentia, ex quibus maior cecidit Lucifer, qui cum ſuis ſocijs uoluntate obſtinata malefecit: alij perfecti & beati poſt conuerſionẽ, gratia cooperante donati, proprio corpore carentes, diſtributi in tres hierarchias, & nouem ordines, ad miniſterium Dei, & cuſtodiam hominum delegati. Itaque ipſa materia informi à principio creata, lux tandem facta eſt, firmamentũ in medio aquarum: & poſt omnia homo, in quem ſicut in angelum, imaginem & ſimilitudinem ſuam poſuit Deus, eumq; prędfecit paradiſo terreſtri: ubi de coſta Adę Euam

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

formauit, mortalem quodammodo & immortalem factum: cuius procreatio fuiſſet in ſtatu innocentiæ, ſine corruptione & pruritu. quem uidens diabolus per obedientiæ humilitatem poſſe eò aſcendere, unde ille per ſuperbiam corruerat: in ſpecie ſerpentis, ex ſuperbia & inuidia tentare humanam naturam, in ea parte ubi debilior uidebatur, Dei permiſsione aggreſſus eſt. Hinc peccans Eua, principali peccato inobedientiæ, libero tandem arbitrio, ſpontaneo appetitu declinauit. Gaudet autem homo non libertate ſola, ſed gratia quoque operante & cooperante, mediante qua uirtus in homine, ſolo Deo operatur. Hinc de uirtute liberi arbitrij, Pelagij opinio hęretica eſt: & parentes noſtri ideo gratia & uirtutibus eguerunt, quoniam eiſdem ſpoliati erant. Quo fit, ut peccatum primi hominis in omnes, quoad culpam & pœnam, tranſierit, non quidem ſecundum animam quæ infuſa eſt, ſed quoad corpus, proueniens ex traduce, à quo purgat baptiſmus, & in originali decedētium ſtatus decernitur pœnalis: quoniam origo mali eſt natura bona. (de hac materia Eulogus plura continet.) Hinc multiplex peccatum Deus mutuò, ſcilicet unum per aliud, iuſtè punit. ipſe enim eſt auctor omnium bonorum, quod ex fine bono manifeſtum eſt: perinde ac ex fine malo iudicatur omnis actus exterior, inordinatus, malus: licet non idem de bono. Quare infidelium non eſt in omni actu peccatum. Peccant enim homines uoluntate & operatione, tanquam uno peccato, ex quibus ſpiritus blaſphemiæ ſceleratiſsimum peccati genus eſt. hacq; potentia, uel alia peccandi, utitur homo quam habet à ſe, uel à diabolo. Tertia pars Theologię in his continetur. Cùm adueniſſet tempus plenitudinis gratiæ, aſſumpſit filius, (non pater, nec ſpiritus ſanctus) totam humanitatē, carnem & animam in matre purgata omnino in ſua conceptione, de ſpiritu ſancto, non humanam perſonam, ſed humanam naturam, factus Deus homo, una perſona in duabus naturis: cuius caro adoranda pari cultu cum uerbo eſt, non tamen nuda: qui ſecundum quod homo eſt, nec perſona, nec aliquid eſt, in quantum deinde Chriſtus non ſimpli-

non ſimpliciter creatus, nec poſsibilis peccare: qui plenus gratia & ſapiētia, ut caput, in quo omnium habitualis fuit ſcientia, in eo quoque pœnales defectus, ſecūdum animam & corpus conuenientes fuerunt: imò ſecūdum eos & mortalis extitit, (hinc eſt quòd non pro ſe, ſed ſua ſenſualitate orauerit) per quā nobis meruit redemptionem à diabolo, à peccato, à pœna, & regni reſerationem, ſibi autē impaſsibilitatis atque immortalitatis gloriam: per hanc inquam alligauit ſathanam, uicitq́ꝫ, nos liberando, non potentia, ſed iuſticia. Mortuus uerò eſt Chriſtus per ſeparationem duntaxat animæ à carne, & non animæ à deitate. unde poteſt aliquo modo excuſari ſententia Lombardi, etiam citra offenſionem modernæ ſententiæ. Præterea cùm eum plenitudinem gratiæ fateamur, utique & uirtutum: quare & fidei, qua formata homo bonus atque iuſtus eſt: & ſpei, quæ uiſione nulla conſtat, æternorum futurorumq́ꝫ bonorum: & charitas, dilectio nempe Dei & proximi, eadem, ſed ordine. Primò ſiquidem Deus propter ſe diligitur: proximus uerò ad modum ſui ipſius. ad cuius proportionem ſimul inimicos atque amicos diligere, maius meritum eſt, quàm unicum tantum. Quæ quidem dilectio, quēadmodum perfecta manet in uiatore: ſic incipiēs amitti poteſt, continens in ſe reliquas uirtutes & dona ſpiritus ſancti, quæ à uirtutibus non differunt, ſolo reſpectu à ſe inuicem diſtantes. Ideo quiſquis unam habet uirtutem, omnes gratuitas ſibi connexas habet. Porrò quoniam omnia pręcepta & mandata Dei, duo principalia ſunt: ex quibus Decalogi præcepta pendent, quorum tria ad cognitionem & dilectionem Trinitatis prima tabula, reliqua ſeptem ſecunda continet, ad dilectionē proximi pertinentia. Quarta & ultima pars uerſatur circa ſacramentum, quod eſt ſignum & inuiſibilis forma gratię Dei, numero perfectionis incluſum, quoad ſignaculorum figurā, tubarum, ſtellarum, panum, oculorum, lucernarum, lotionū Naaman: uirtutū nempe fidei, ſpei, charitatis, iuſticiæ, perſeuerantiæ, (quæ eſt fortitudinis complementum) prudentiæ, temperantiæ. Sed reuera, ſacramenta ſunt tantum tria.

Intellextin hæc? PHIL. Vtique. EPIST. Itaque diligenter caue, mi Philomuſe, ne quid præter uerã Redẽptoris noſtri unici Domini IESV CHRISTI, doctrinam, aut agas, aut cogites. Melius enim eſſet, te uiam ueritatis nunquã cognouiſſe. Quippe, ut 6. ad Heb. continetur, impoſsibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtaueruntq́ donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti: guſtauerũt aũt nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesq́ ſeculi uenturi, & prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiã. Quam quidem quæſtionem quũ Eulogus abũdè tractet, nũc prætereo: ac hortor ſummopere, ne iam illuminatus labaris. quod fiet, cum primùm uerũ ſenſum Scripturæ iniquè & perperã ſcrutari perrexeris. tum enim, iuxta Ezech. 33. iuſtus à iuſticia recedes, faciesq́ iniquitates, & morieris in eis. Quoniã, ut Ioan. 2. epiſt. inquit, Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deũ non habet, ſine quo nulla ueri operatio conſiſtere poteſt. Quapropter cauendi ſunt, mi Philomuſe, faſtus, pompa, & inanes actiones, præter inſtitutum Chriſti: quæ cum primùm irrepſerunt in eccleſiam Dei, inſipientia & obſtinatio ſubſecuta eſt, iuxta Apoſtolum ad Rom. 1. Obſcuratum eſt enim inſipiens cor eorũ. dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. non probauerũt ſiquidem Deum habere in noticia: ideo tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciãt ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaricia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtẽtione, dolo, malignitate: ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſq́ fœdere, ſine miſericordia. Qui cùm iuſticiam Dei non cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiũt facientibus.

Talia autem, ô Philomuſe, nec nominentur inter nos, contentos ſola & uera doctrina Chriſti, qua ſola conſequimur uitam æternam, & in cœleſtium recipimur conſortium, reddimurq́ ciues & domeſtici Dei; fugientes,

uelut

uelut Sireneos ſcopulos, doctrinam Phariſæorũ & pſeudoprophetarum, comeſſationes, ingurgitationes, & cupiditatem, radicem omnium malorũ, ut Apoſt. 1. ad Tim. 6. inquit: quã quidam appetentes, errauerũt à fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis, docẽtes, & non acquieſcẽtes ſanis ſermonibus Domini noſtri IESV CHRISTI, & ei quæ ſecũdum pietatem eſt doctrinæ: ſuperbi, & nil ſcientes, languentes circa quæſtiones & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorũ, & qui ueritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. Eſt autem quæſtus magnus pietas, cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitũ & perditionem. Nos autem, ô Philomuſe, Apoſtolum imitemur: hæc fugiamus: ſectemur uerò iuſticiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam & manſuetudinem, certemus bonum certamẽ fidei, apprehendamus uitam æternam, in qua uocati ſumus, & confeſsi bonam confeſsionem coram multis teſtibus. Quapropter præcipit nobis Apoſtolus coram Deo, qui uiuificat omnia, & Chriſto IESV, qui teſtimoniũ reddidit ſub Pontio Pilato, bonam confeſsionem, ut ſeruemus mandatum ſine macula irreprehenſibile, uſque in aduentum Domini noſtri IESV CHRISTI: quem ſuis tẽporibus oſtendet beatus & ſolus potens Rex regum, & Dominus dominantium: qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem: quem nullus hominum uidit, ſed nec uidere poteſt, cui honor & imperiũ. PHIL. Epiſtemon ſuperius audiui quidem breuiter totius Theologię conceptum: at nunc primùm quaſi à ſomno expergefactus, ad æternam felicitatem iter conſpicio: quod nondum ex philoſophorum turba, & disharmonia opinionum potui elicere. Hoc itaque eſt, Epiſtemon doctiſsime, quod &

me & multos alios ad contemplãdum mouit. Spretis ſiquidem omnibus facultatibus, gratia cognoſcendi hunc finem, nos ad grauiora ſtudia contulimus: & quoniã ſic Deo placuit, ut tãdem ad te deuenirem, oro perge. Poſtquam enim docuiſti, omnes ſciẽtias ancillas eſſe & famulas huius diuinę contẽplationis: non dedigneris, quæſo, præter ea quæ docuiſti, breuiter oſtendere, quæ nam ſint quibus hunc finem æternę beatitudinis conſequi poſſumus. EPIST. Proculdubio, mi Philomuſe, ſatis ex Apoſtolo audiuiſti, quid te atque me facere oporteat, & omnes qui cupiunt recipi in numerum ſanctorũ & domeſticorum Dei: nempe ita circa Chriſti uerbum eſſe occupatum debere, ut ne uel latum quidem digitum ab eo recedere uideamur. Primò, uera fide in unum Deum, patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ: prout in prima & ſecunda parte Theologiæ continetur. Secũdò, fide ſolida & perfecta in IESVM Chriſtum, Deum & hominem: ut in tertia parte habetur. Tertiò, fide conſtanti in Spiritum ſanctũ: ut in quarta dicitur. Prima pars creationis, ſecunda redemptionis, tertia ſanctificationis nuncupatur. Pręſertim autem in hac ſcias, Spiritum eſſe Deũ: eiusq́ officia & dona, quò regitur ſola uera Chriſtiana & Apoſtolica Eccleſia, diſtincta ab hypocritica & antichriſtiana, quæ diabolo auctore gubernatur, continens conſtitutiones & ceremonias impias. In Chriſtiana autem & uera Eccleſia, miniſtrorum electionem Spiritus ſanctus dat, uocat, ordinat, & mittit: ideoq́ ceremonias pias & utiles præparat, atque peccatorum remiſsionem tribuit: cuius ſignacula ſunt ipſa ſacramenta, quoddam eorũ infantibus commune, quoddam expiatoriũ & gratulatorium. præter ea aliud eſt, quo poteſtas clauiũ, ſub qua eſt uera excommunicatio continetur. Huc pertinet examen conſciẽtiæ bonæ & malæ, pœnitẽtia, & eius partes, confeſsio quadruplex: ſatisfactio ueteris Eccleſiæ, regnum Chriſti, crux ſeu afflictio propter Chriſtum, oratio, mors temporalis, reſurrectio, iudicium extremum, uita ęterna.

Porrò omnia hæc ſub iuſticia & miſericordia Dei comprehenduntur. illa ſiquidem continet legem diuinã, peccatum,

catum, liberum arbitrium, & contritionem: hęc, Euangelium, fidem, iuſtificationem, ſacramenta, media quibus talis iuſticia offertur & applicatur, eccleſiā Chriſtianam, libertatem Chriſtianam, ſanctam crucem, prędeſtinationem, precationem, charitatem, uocationem, reſurrectionem, extremum iudicium, & uitam æternam. Huic nempe miſericordiæ, ueritas ſæpiſsimè: illi autem, utpote iuſticiæ, iudicium coniūgitur. Sed hac de re aliàs colloquemur. Hoc unum, ut ſuperius memini, caue, Altum ne ſapias, ſed time: Initium enim ſapientiæ, timor Domini. Si non feceris, periculū eſt ne ruas, cæcitateq́ue rationis corripiaris. id quod alijs quibuſdam contigit, qui dum proprijs ſpeculationibus diuinā eſſentiam aſſequi non poſſent, horribiliter lapſi ſunt: ueluti Baſilides, qui uoluit Deum eſſe mentem creatam, νοῦν dictam aut Abraxaen: Gnoſtici, ex animarum ſubſtātia naturam Dei eſſe pronunciauerunt: Anthropomorphitæ, Deum corruptibilis eſſe hominis imaginem dixerunt: Colobarſus unum uerum Deum ſtatuit: cui adiūxit & alterū, utpote Sęum, & hunc eſſe mundi creatorem. Simoniani, Deum mundi eſſe autorem abnegauerunt: Appellitæ, unum Deum bonum eſſe, alterum malum, ex illo natum, cenſuerunt: Archontici, Deum legis & prophetarū noluerunt eſſe Chriſti patrem: Sabellianis, patrem Deum ex Maria natum, crucifixum, & ſepultum eſſe, placuit: Metangiſmonitæ, filium eſſe in patre, non aliter ac uas in uaſe, iudicarunt. Has & ſimiles portētoſas opiniones deuitandas, eſſe ſuadeo, ſi cupis ſinceram diuinæ ſapientię adipiſci & conſequi cognitionem, & optatam curſu contingere metam.

PHIL. Cupio ſanè: imò non poſſum ſatis declarare, quantum deſidero. Sed iam plenè & abundè intellexi, quid me facere oporteat. Vitabo uitanda, non ſecus ac Scyllam & Charybdim: & quodcunque mearum partium eſſe animaduertero, ſedulò diligenterq́ue curabo.

AD SACRATISSIMVM ET POTENTISSIMVM ROMANORVM Imperatorem, Cæſarem: Hungariç, Boemiæ, &c. Regem, Diuum FERDINANDVM, &c.

PAVLI SCALICHII DE LIKA, &c.

PROOEMIVM.

MOVIT me ſagax Maieſtatis tuæ & profunda rerũ inquiſitio, qua te, Imperator & Rex inclyte, uelut Mercurium Triſmegiſtũ Aegyptiorũ regem, abundare quotidiana experientia deprehendo (ſemper enim, cum per ocium licet, de occultis naturæ acutiſſ. contemplationem oſtendis) ut Arcana arcanorũ arcana quadam methodo recenſerem, iuxta Eſdræ ſcriptũ: quo monemur, perfectis quædam palàm facere, quædam ſapientibus abſconſe tradere. Ac præter Dionyſium Areopagitã, rabi Moyſen de Aegypto, omnes etiã tam philoſophi quàm theologi ueterum ſapientũ, Hebræorum, Græcorum, Arabũ & Latinorũ, & ſi qui fuerunt ſingulariũ myſteriorũ uiri, Brachmanes, Gymnoſophiſtæ, Therapeutæ, Pythagoras: & huic iurati, Ammonius, Origenes, Plotinus & Herennius, Porphyrio autore: ſunt in ea ſentẽtia, ut res arcanas & diuinas, aut planè nõ ſcribere, aut ſcribere diſſimulanter aſſerãt. Quo fit, quòd Plato ita inuolucris ænigmatũ, fabularum uelamine, Mathematicis imaginibus (ut Pici uerbis utar) & ſubobſcuris recedentiũ ſenſuũ indicijs ſua dogmata occultauit, ut & ipſe dixerit in Epiſtolis, neminẽ ex his quæ ſcripſerit, ſuã ſentẽtiam de Diuinis apertè intellecturũ: & re ipſa minus credentibus cõprobauerit. Idem quoq; obſeruatũ in Eccleſia cernimus, cũ Dominus Euãgeliũ prædicaret, turbis quidem in parabolis: ſeorſum aũt paucis diſcipulis quib. datũ

erat

erat noſſe myſteria regni cœlorũ, palàm, citraq́ figuras. Hæc ſi paucis fuerint aperta, non mihi, licet minimo, ut qui nõ meo id celauerim ſtudio: ſed Hebræorum ſapientũ, Chaldæorum, Aegyptiorũ, Perſarũ, Orphei, Pythagoræ, Arabum, Græcorum, Latinorũ (quorum etiam placitis fulcitus, recondita myſteria ſcripſi) atq́ CHRISTI Domini noſtri conſilio & præcepto adſcribãt: meq́ ideo haudquaquã damnent, nec rem fruſtra, & uanæ potius gloriæ quàm emolumenti gratia aggreſſum, incuſent. Siquidem ea quæ alij inuolucris ænigmatũ & fabularũ, aut perplexa uerborum ſerie, aut rudi contextu ſermonis tradiderũt, ego clara & manifeſta reddidi: unicaq́ maxima, uelut claue, plurima ſecreta obſeraui, ne arcana & abſcõdita ſapientũ doctrina ad inſipientũ manus perueniret: ac ſingulis uel minimæ literaturæ hominibus, etiam mulierculis, lanijs & cerdonib. rudibusq́ agricolis (id quod hodie proh dolor cõtingit) de maximis fidei myſterijs altercari, & cũcta profanare liceret. Primorũ enim ſapientũ intẽtio ea fuit ſemper, ne margaritas ueluti glandes proijcerent, ſed diſcretis & ingenioſis tantũ proponerent. Accipe itaq́, Imperator & Rex ſapientiſſime, hæc arcana, eo animo, quo tuæ Maieſtati dicaui: nõ ut in me agnoſcas ingenij aut doctrinæ præſtãtiam, ſed ut ſcias, me quicquid ſum, eſſe tuæ Maieſtati deditiſſimũ.

CAPITA HVIVS LIBELLI.

De Secreto, cuius non eſt ſimile. Cap. 1.
De modo procedendi in occultis. 2

De Myſteriis:
- Hebræorum. 3
- Chaldæorum & Aegyptiorum. 4
- Perſarum. 5
- Orphicis. 6
- Pythagoricis. 7
- Arabum. 8
- Græcorum. 9
- Latinorum. 10

De Canone omnium canonum. Vltimum.

De studiis Auctorum, liber erat inscribendus, quoniam in quae scripsit, vera sunt, e depromta ex libris philosophorum: tamen, propter depraedationem, quia omnia scelestè furatus est à Capnione e Pico, deinde quia Scalichius non intellexit, 3o propter temeritatem et impudentiam hominis, 4o quia pleraque confuse tradidit, e multa falsa sunt ac suspectis auctorum abhorrent, placuit mihi pro occulto librum Furtum inscribere. Furta ex Capnione notavi numeris, ut apud eum reperiri possent. Caetera sunt Pici.

OCCVLTA OCCVLTORVM OCCVLTA, SEV MYSTICAE PHILOSOphiæ Theſes, Pauli Scalichij de Lika, &c.

DE SECRETO, CVIVS NON EST SIMILE. Cap. I.

QVI ſcit, quomodo non occultum, quod eſt non occultum non occulti, & occultũ, quod eſt occultum occulti, ſibi inuicem non contradicunt: ſciet, quomodo Academici, Stoici, Peripatetici & Epicurei, potiſsimum autem ex his Plato & Ariſtoteles, concordent: item Albertus Magnus, Henricus Gandauẽſis, Egidius Romanus, Franciſcus de Maioronis: præſertim autem D. Thomas de Aquino, & Ioãnes Scotus: item Arabes, Græci, Chaldæi, Hebræi, inter hos Pythagoræi & Cabalæi, Orphici & Symbolici, Gymnoſophiſtæ & Therapeutæ, Magia & diuinarum rerum naturaliumq; ſapientia, Scriptura & ſcriptura, Chriſtiani & Iudæi: inter Arabes, Auerroes, Auicenna, Alpharabius, Auempaten, Iſaac, Abumaron, Moyſes & Mahumeth: inter Grecos Theophraſtus, Ammonius, Simplicius, Alexãder & Themiſtius, ex Peripateticis: Plotinus Aegyptius, Porphyrius, Tyrius, Iamblichus, Chalcideus, Proclus Lycius & Adelandus Arabs, ex Platonicis: inter Hebræos, Rambam, Iohanan, rabi Eleazar, Salomon commentator, rabi Moyſes, rabi Azariel, Rab Hamai, Dauid Kimhi, rabi Iacob Cohen, rabi Ioſeph ben Carnitoli, & cæteri particulares in diuerſis profeſsionibus autores, Theologi, Iuriſperiti, Medici, & Philoſophi. Quod eſt ſecretum, cuius non eſt ſimile.

DE MODO PROCEDENDI IN OCCVLTIS OCcultorum occultis. Cap. II.

Quæ occulta ſint, quæ' ue occultorum occulta, qualiá ue quæq; ſint. *Articulus* I.

EOrum quæ abſcondita ſunt, partim occulta, partim occultorum occulta dicũtur. Occulta ſunt, ars, ſcientia, prudentia, affectus, & poteſtas, & habitus animi, & (ut uno

(ut uno dicam uerbo) ea pars in qua de bonis agitur diuerſis, ſeu rationalis animæ, ſeu rationi obtemperantibus. Occultorum occulta ſunt, quæ ecſtaſi, uoce, parabola, afflatu & uiſione, & (uno uerbo) quæcunque deſuper ſunt. Quæ igitur rationali animæ, ſeu rationi obtemperant, ex nobis natura ſunt, & humano intellectu libera, quæ nec prohiberi impediriúe poſsint. Quæ deſuper ſunt, ea, quo ad nos, uaga & ambigua: quo ad primum primorum, certa, & quæ aliter haberi non poſſunt, dicuntur.

Quid ex eorum quæ occulta ſunt, quæq́; occultorum occulta, ignoratione, noticiaq́; eueniat. Artic. II.

Si quę affectu, poteſtate, habituq́; animi cõſiſtunt, uoce, afflatu, uiſione, ac deſuper fieri putabis: & quæ deſuper ſunt, rationali animæ ſubeſſe: cõtradices tibimetipſi, incuſabis deos atq; homines. Si uerò, quod artis, affectuum, animæq́; eſt, id ſolum animæ eſſe putabis: ac extra animam, quod reuera extra animã eſt: nemini contradices unquam, nemo te coget (ut Epicteti uerbis utar) nemo prohibebit, neminem culpabis, neminẽ accuſabis, inuitus nil ages, nemo te lædet, inimicum non habebis.

Quod magno ſtudio, & diligentia ſingulari, primùm occulta, tandem occultorum occulta peruestiganda ſint: quodq́; utraq; aſſequi non poßint. Artic. III.

Si ergo ad arcanorum pomœrium contendis, penſitandum erit, ne modica ſenſibilium rerum ſis imbutus noticia: tandem ad ſcalam naturæ, intellectus, graduum & ſubiectorum (hæc nouenario, illa tetracty conſtat) properabis: tum demûm tutò ad occulta rerum te conferes, hinc ad occulta occultorũ peruenies. aliàs memento, modicè commotum ea attingere non oportere: quinpotius aut omninò dimittere, aut in præſentia reijcere, ac primò ſenſibilium cognitionem inquirere. Si aũt & hæc ipſa uelis, prophetare ſcilicet, parabolas ediſſerere, nutu & afflatu redundare, uiſioneq́; oculorum, imaginationis ac mentis abundare: fortaſſe neque hæc ipſa conſequêris, quæ ſola homini fœlicitatem pariunt: neque illa, ſiquidem priora ignoras.

Quo pacto in occulta occultorum occulta quauis imaginatione nos gerere oporteat. Articulus VI.

Continuò igitur, in quauis occulta imaginatione, diſce cõſiderare, an ex obiecto ſenſibili, an inſenſibili proficiſcatur. Si ex illo, occulta uenaberis: ſi ex hoc, occultorum occulta. Scrutare tandem, utrum circa ea ſit quæ arte, ſcientia, prudentia, affectu, poteſtate & habitu animi: an quæ ecſtaſi, uoce, parabola, afflatu & uiſione conſtant. Quòd ſi circa aliquod eorum ſit, quæ animæ rationali ſubſunt, promptum hoc eſto, quòd apertam habeas ianuam ad occulta occultorum.

Quomodo tractanda ſint, quæ occultorum ſunt. Artic. V.

Memento nouem eſſe omnium rerũ ſubiecta: Deum, Angelum, Cœlũ, Hominẽ, Imaginatiuum, Senſitiuum, Vegetatiuum, Elementatiuum, Inſtrumentatiuum. Horum triplicem ſcalam: Intellectus, qua occultorum occulta diriges: Graduum, qua aptitudinem diſcernes: Naturæ, qua occulta cum occultorum occultis, eſſentiali collatione, accõmodabis. Qui ergo propoſiti extiterit gradus, hunc pro diuerſitate ſcalæ & ſubiectorum, diuerſis aggredieris rationibus.

Quomodo tractanda quæ occulta occultorum concernunt. Art. VI.

Quicquid aut utilitatis, aut delectationis, aut dilectionis anſam præbet, ab infimo inchoandum eſt. Quemadmodum enim in corruptibilibus tempora regunt: ſic in incorruptibilibus æternum, aut æuiternum. Si temporale contemplaris, adde formalem numerum proportionis: eueſtigiò æternum, aut ut æternum habebis, in quo fundantur occultorum occulta.

Quomodo præparari oporteat in conſequendis reconditorum pomœrijs. Articulus VII.

Cum occultum quodpiam aggreſſurus es, redige tibi in memoriam, cuius ſubiecti tale occultum ſit. Si de Deo arcana ſcrutaberis, propone tibi, quæcunque Deo attribuuntur: ut ſunt, clementia immenſa, infinita, inæſtimabilis, æterna, ſumma, incomprehenſibilis, &c. Si de angelo, pari ratione quæ angeli ſunt: & ſic de cæteris, tutus in omnibus tandem eris. Si autem continuò dices, Natura duce

tura duce ſcrutabor, ualeat methodus, non errabis. Hoc enim pacto, ſi pręter intentionem quippiam acciderit, in promptu hoc erit, Naturæ parui: non parebis aũt, ſi perterritus deſieris. Idem uoluimus ſuperiore diuiſione innuere, dicẽtes, occulta eſſe ianuam ad occultorũ occulta.

De recuperandis uiribus, ſi quando in occultorum tractatione deficere contingat. Artic. VIII.

Declinat quiſpiam, cum non ſcientiã occultorum, ſed opinionem potius tenet: quando non cauſam, pro cauſa aſtruit: quando Medicus non remedium pro remedio porrigit. Hoc utique uenenũ cenſendum eſt, quod à medendo, medicũ declinare cogit, ad inficiendum. At recuperabit uires, cum non aliũ accuſabit, ſed ſuam ipſius, per opinionem contractam, ignauiam, & ab ea reuerſus fuerit ad ſcientiam: partim quæ præcedit ſcito creditum, partim quæ antecedit credito ſcitum. hac, ea quę deſuper ſunt, metire: illa, ea quæ ab anima rationali proficiſcũtur.

Sic auferet proprietates ineruditi, qui alios culpare ſolet: & incipiẽtis erudiri, qui ſeipſum: ac reuertitur ad eruditi regulam, qui neque alium, neque ſeipſum.

Quomodo ſunt elicienda ab obiectis occulta occultorum. Art. IX.

Habes leonem, aut ceruum: utique & nomen ex hoc ſenſibili ſigno, impoſitionem ſignificatiuam continens, quæ ſigna ſequuntur occulta occultorũ. Quid igitur erit agẽdum in eliciendo, ab obiecto ſenſibili, occulto occultorum, præter occulti conſiderationem? Ergo cum in nominis ſignificatione, affirmationem ſenſeris, ad mentis negationem contendas: tum habebis ueriſsimum modum, à ſenſibili obiecto, eliciendi occulta occultorum.

Quæ liceat ab obiectis uenari occulta, quoq; ijs pacto ſit utendum. Articulus X.

Vtraque ratio occultorum, cuiuis intelligenti conuenit, in omni genere ſubiectorũ: at per ſolam denominationem in creatis, in increatis uerò per ſolã negationem. Porrò per affirmationẽ, hoc opus, hic labor: eam ſciat diligens arcanorũ ſcrutator eſſe puræ mentis negationem, quæ nil aliud eſt quàm affirmationis affirmatio. Qui capere poteſt, capiat: qui nõ capit, capiatur. Vtere his commodiſsi-

modiſsimè, addendo ſubiectũ ſubiecto, quouſq; deueris ad ultimũ ſubiectum, incipiendo ab ijs quæ ſunt quo ad nos, ad ea quę quo ad naturam nuncupantur: tum demùm tutus in medio ibis, ſemper in unitate conſiſtens.

Quod occultorum occulta non ſint impoſsibilia minus occulta. Articulus XI.

Si contraria contrarijs curantur, non erit impoſsibile occultum aliquod. Occulti enim occultum, in omnibus habet contrariũ: quo dempto, cuiuis aderit in promptu occultum occultorum. Quoniam nihil aliud eſt ſcientia, quàm priuatio ignorantiæ. Neminẽ igitur deterreat horum difficultas, cũ nulla ſit. Si enim occulta cuiuis homini inſunt, quę ſunt ianua occulti occultorũ, perfacilè aſſequetur occulta occultorũ, ſine difficultate uerò occulta.

Quales nos eſſe oporteat in peruestigatione occultorũ. Artic. XII.

Quoniam occulta occultorũ in conſpectu puræ mentis ſunt, quam diximus ſuperius eſſe negationem: quę eſt affirmationis affirmatio: oportet, ut is quoq; qui ad occulta occultorum aſcendere cupit, ſit purus, ut æqua ſit proportio ſubiecti & obiecti: aliàs fruſtra teret tempus, oleũ & operam perdet. Quo fit, ut is quẽ inanis cupido glorię tenet, quem pecunia & uermis conſciẽtiæ obruit, qui circa terreſtria occupatus eſt, ad tam ſancta, homine ſancto, tamq; alta, alto ſcrutatore digna, minimè contendat. Si enim diu erit in opere (ſecundũ Picũ) morietur ex braſsica: & ſi errabit in opere, aut nõ purificatus acceſſerit, deuorabitur ab Azazele, per proprietatem iudicij.

Regula eruendi occulta myſteria. Artic. XIII.

Propoſito alicuius rei obiecto, unde myſteria ſunt eruenda, conſidera, nec feſtinanter, ne immaturum quid arripias: nec tardè, ne putridum quid offendas. Salubris aũt eſt modus præfiniti temporis, cum ſimplici collatione ſubiecti. Idem fecerũt Diogenes & Heraclitus, idem Petrus & Paulus. Ideo hi collegæ arcanorum fuere æternorum, illi ut æternorum. Sapiens intelligat ſapienter.

Quo pacto intellectus iuuandus, circa occultorum occulta, quæ ſupra nos ſunt. Articulus XIIII.

Aduertat diligenter, qui decerpere occulta occultorum uo-

rum uo-

rum uoluerit, ex eo quod eſt ſupra ſe, cõuenientiam Typhonis apud Orpheum, & Zamaelis apud Hebræos. Si quis enim intellectualiter operabitur, per meridiem ligabit ſeptentrionem: ſi ſenſibiliter in toto operatus fuerit, iudicium ſibi operatus eſt. Intellectualiter igitur operari, in ijs quæ ſupra ſe ſunt, qui cupiuerit, director ſit Poros, cõſilij filius, & angelus magni cõſilij nominatus. Sentiet ſe fore idoneum, ad omne genus occultorũ tractandum.

DE MYSTERIIS HEBRAEORVM.

Caput III.

Canon I.

QVi intelligit coronam, ſapientiam, prouidentiam, clementiam, potentiam, gloriam, triumphum, laudem, intellectum, eccleſiã: intelliget, trium regionũ duo interualla, decẽ gradus ſcalæ, per quos ad cognitionem omnium quæ ſunt uerè, aut ſenſu, aut ſcientia, aut fide, ab imo ad ſummũ aſcendere poſſumus. Intelliget quoq;, quid Abrahã uelit in libro Ietzira, ubi ſic inquit: Decem numerationes prֽter quid, decem & non nouem, decem & non undecim: intellige in ſapientia, & ſape in intellectu, inueſtiga in eis, & proba ex eis, & ſtatue rem ſuper puritates ſuas, & repone creatorem in thronum ſuum. hæc omnia non tam ſunt quid, quàm quo: ſuprema uerò mens in homine, aliud quid eſt.

Reuchlin fol 740

Canon II.

Qui intelligit, quomodo diuina idea ſit terra uiuentiũ in uirtute Dei uiui, & quomodo eam influãt per nomen Edonai: quomodo autore Ioſue, Deus uiuus intra nos eſt: quomodo deniq; diſperdet in cõſpectu noſtro contrarias fortitudines: intelliget diuinũ Geneſeos iuſſum, Producat terra animâ uiuentem ad ſpeciẽ ſuã: intelliget, quomodo omnia uitã habentia ſuo inſtinctu ſurſum tendant, & uitam influentia uergant deorſum, & econtrà.

Reuchlin fol. 737.

Canon III.

Qui intelligit in ſcala ſeu aſcenſu naturę tres regiones triplicitatis, & in ſingulis unum abſtractionis ſtatum, & quomodo quilibet horum duplicẽ habeat differentiam: intelliget, quid Abraham ſuperior, Iſhac inferior, & Iacob medius ſignificet: quidq; ſcala Iacob reuera ſit.

Reuchlin 740

Canon

Canon IIII.

Reuchlin fol. 740 & 741

Qui intelligit, quomodo eſt Deus in mũdo, & quid uelit cõmentator Arboris decẽ Sephiroth: In influẽtia mentis, quæ influit ex te, intelligimus & rectificamur: intelliget, quomodo mens in homine, inter decẽ Sephiroth regni gerat diadema: quomodo ſola diuina ſit, & ſola extrinſecus homini accidat: quomodo ab eius lumine uirtutes inferiores diriguntur & gubernãtur, quouſqꝫ intellectus, intelligens, & intellectũ, ſint unũ & idem. Intelliget quoqꝫ, quid magiſtri Hebræorũ ſuper uerbis Prophetæ, In lumine tuo uidebimus lumen, dijudicatũ reliquerint.

Canon V.

Reuchlins fol. 742

Qui intelligit, magiſtros Hebræorum ſic loquentes (Omne id quod in cœlis eſt, non ſcit homo aliquid ex eo, niſi ad ipſum modum Matheſeon) intelliget, quod dictum Abrahæ fuit, Suſcipe cœlum, & numera ſtellas, ſi potes: nec potuit ipſe.

Canon VI.

Reuchlin fol. 744

Qui intelligit reſponſum Iohanan factum, per rabi Eleazar, dicentẽ (Veni, docebo te opus de ſublimioribus contemplationibus: reſpondit, Non incanui) intelliget Iob, In antiquis eſt ſapientia, & in multo tẽpore prudentia: intelliget Salomonem, qui ait, Abominatio Dei eſt ipſe peruerſus: hic eſt ille, qui ab altitudine auerſus, uergit ad decliuia, quantumuis eum natura erexerit in alta. Intelliget pariter, quos uerè ſenes, ætate an moribus, & eruditione potius tenere debeamus.

Canon VII.

Reuchlin 750

Qui intelligit, quod Onkelos Chaldęus interpretatur, (Ecce Adam fuit unigenitus meus, ſiue unicus meus in æternitate, ex me ipſo) ſciet, quare lignũ ſcientiæ boni & mali fuerit prohibitũ: ſciet, quomodo angeli intellexerint, ligni uitę eius futurã cõceſsionem: ſciet quoqꝫ, quare Domino uniuerſorũ, ſedenti ſuper thronũ ſuũ, gratias egerunt: ſciet inquã, quare Adam per nunciũ Razielem edoctus fuerit, de inſtauratione ſui caſus, per propagationem iuſti & pacifici uiri Heros, cuius nomine cõtineret has quatuor literas יהוה, quod eſt ſecretũ ſecretorũ.

Canon

Canon VIII.

Qui intelligit, quomodo primus ille mundus intelligibilis, ſecũdum implicat, ac ſeſe mutuò concordiæ uinculis conſtringũt: intelliget, quomodo Ezechielis rota, in rota, cum ſuis quibuſcunque inuolutis, uiſa eſt una eſſe ſimilitudo gloriæ Domini: intelliget quoq;, quomodo (ſecundum rabi Saadiæ in libro Amunoth) uitellus in medio oui, inſtar alboris oui unius, teſtaceo firmamento contenti, uitellum ipſum inglomerat.

Canon IX.

Qui intelligit, quomodo in ſenſibili mundo ſphæræ nouem mouentur, ab empyreo immobili, cui Metattron aſsiduò pręeſt: intelliget, quomodo in primo nouem angelorum chori mouentur, ab immobili Deo: quomodo in immobili ſilentio cunctorũ Creator primò ſimul omnia creauit, poſtea nouenario ſermone ad proprias ſingula quæque diſtinctiones commouit.

Canon X.

Qui ſcit communicationem hominis microcoſmi & mundi ſenſibilis, mundi item corporei & mundi intellectualis, mundi ſupremi cum mundo tertio: ſciet ſecretum mẽtis Metattron, & animæ Meſsihę: ſciet apud Hebręos ideatam ideam omnium uitarum, ad quam refertur omnis uitalitas indiuidualis, ſpecifica & generifica.

Canon XI.

Qui intelligit, quantus ſit Deus ante creationem, in creatione, & poſt creationem: intelliget illud Deuteronomij, Magnus potens & terribilis, ſeu potius reuerendus. & qui ſciuerit hunc eſſe unũ, & magis propriè principium unitatis: intelliget, quid uelit rabi Azariel in commentario Sanctitatis, ubi inquit, Ex ſpiritu producitur uerbum, atque uox: intelliget quoque illud in libro Ietzira, quod de creatione legitur, Et hi tres unus eſt ſpiritus: intelliget quoque, quid Abraham uoluit inquiens, Vox & ſpiritus & uerbum, & hoc eſt ſpiritus ſanctus, duo ſpiritus ex ſpiritu. Hinc ſimiliter petat unitatem illam Ioannis: Tres ſunt qui dant teſtimonium in cœlis, & unũ ſunt, tres in terris ſimiliter unum ſunt.

Canon XII.

774 kendl Qui ſciuerit duo contradictoria in ſuo principio combinare, uia rationis: ſciet id quod legitur in libro de Fide & expiatione, quòd producens ens de non ente, nullius eget: & quod ens eſt in non ente, quo ad rem non entis: & non ens eſt in ente, quo ad rem entis.

Canon XIII.

834 kendl Qui ſcit, quomodo iuxta mundum inferiorem & ſuperiorem, procedunt affirmationes & negationes: ſciet, quare quinto Deuteronomij, obſeruare diem Sabbathi, & 20. Exodi, memorare præcipiatur. Et qui ſcit Sabbathum quietis, aliud à Sabbatho ſabbathorum: ſciet illud Ezechielis, Sabbatha mea dedi eis: intelliget quid'nam, in Porta lucis, hebdomada ſuperna, Iobeleus nũcupata, ſignificet: & quomodo ſupra Iobeleum mittentur radices, Ieremiæ 17. hoc eſt, per Sopher: & quomodo aſcendat per angelos ad locum deſtinationis ſuæ, quod eſt flumen Dei repletum aquis.

Canon XIIII.

Qui ſcit extrinſecus timorem eſſe inferiorem amore, & intrinſecus eſſe ſuperiorem: is intelligit, cur in Geneſi à timore laudatur Abraham, quem tamẽ ſcimus per proprietatem pietatis omnia feciſſe ex amore: & qui nouerit proprietatem meridionalem in dextrali coordinatione, ſciet cur omnis profectio Abraham ſemper ſit uerſus auſtrum.

Canon XV.

Qui intelligit, quomodo anima bona ſit anima noua, ueniens ab oriente: ſcit, quare Ioſeph oſsibus tantum ſepultus eſt, & non corpore: ſcit, quare eius oſſa erant uirtutes, & militiæ arboris ſuperioris uocati Sadich, influentis ad terram ſuperiorem: ſcit quoque, quare Moyſis ſepulchrum nemo nouit: ſcit inſuper, quare exaltatus eſt Moyſes in Iobeleo ſuperiore, & quare miſerit ſuper Iobeleum radices ſuas.

Canon XVI.

Qui intelligit proprietates pietatis, & truncationem ultimæ plãtæ; intelliget ſecretum orationis antelucanæ,

& peccatum

& peccatum Sodomæ. Et qui intellexerit, quare Moyſes abſcondit faciem ſuam, & Ezechias uertit facies ſuas ad parietem: ſciet, quæ eſſe debeat orantis habitudo, & diſpoſitio.

Canon XVII.

Qui intelligit aquam Auſtralem, ignem Septentrionalem, & præfectos illorum, de quibus non eſt ultrà dicendum: intelliget quid uoluerit Iob, cum dixit, Qui facit pacem in excelſis ſuis. Et qui intelligit, quid ſit iuſtus & diuinitas: intelliget congregationem aquarum apud Picum, & mare, ad quod tendunt omnia flumina.

Canon XVIII.

Qui intelligit angelos mundanos, qui hominibus apparent, non eos qui non apparent niſi in ſpiritu: intelligit uolatile, quod creatum eſt die quinta: intelliget, cur nullus angelus (ut Picus habet) habẽs ſex alas unquã transformatur. Et qui intelligit datam eſſe circumciſionem, ad liberationem à uirtutibus immundis, quæ in circuitu ambulant: intelliget illud Pici, inquientis, Ideo circũciſio fit octaua die, quia eſt ſuperior quàm ſponſa uniuerſalizata.

Canon XIX.

Qui intellexerit copulationem media nocte cum Tipheret, ideoq; proſperam omnem generationem: intelliget proprietatem quæ eſt ſecretum tenebrarum, & cur mali dæmones plus nocte quàm die nocent: & cur animę à tertio lumine ad quartam diem, & inde ad quintam deſcendunt, inde exeuntes corporis noctem ſubintrant: ſciet, quare, cum fiet lux ſpeculi non lucentis, ſicut ſpeculi lucentis, erit nox ſicut dies, ut dicit Dauid.

Canon XX.

Qui intelligit, quid ſit uiridis linea, quæ gyrat uniuerſum: intelliget quid Salomon intendat in oratione ſua, libro Regum, Exaudi ô cœlum: intelliget, cur nomen ineffabile contineat proprietatẽ & clementiæ & iudicij: intelliget quoque, ex Eden exire fluuium, qui diuiditur in quatuor capita: ad ſignificandum, quòd ex ſecũda numeratione procedit tertia, quæ in quartam, quintam, ſextam & decimam diuiditur.

Reuchl.

Canon XXI.

Qui intellexerit creationem naturæ intellectualis, & naturæ animalis, quæ naturali ordine præceſsit creationem cœli & terræ: intelliget, quid per dictionem quę bis à Moyſe ponitur in illo textu, In principio creauit Deus cœlum & terram, ſignificetur.

Canon XXII.

Qui intelligit dicta Hebręorum de rubedine Eſau, & dictum illud quod eſt in libro Breſsit Rhaba, quòd Eſau fuerit rubeus, & rubeus eum ulciſcetur, de quo dicitur, Quare rubeum ueſtimentum tuum: intelligit, haberi expreſſe, quòd Chriſtus ille erit, qui ultionem faciet de uirtutibus immundis. Et qui intelligit illud dictum Hieremiæ, Lacerauit uerbum ſuum: intelliget, quare Deũ ſanctum & benedictum lacerauit Deus pro peccatoribus.

Canon XXIII.

De Deo abſolutè conſiderato, ut infinito, ut uno, & ſecundum ſe intellecto, qui intelligit nihil nos intelligere, niſi ſeparatè à rebus, poſſe: intelligit, cur dicatur apud Hebræos, quòd Deus induit ſe decem ueſtimentis, quando creauit ſeculum. Et qui intellexerit in dextrali coordinatione, ſubordinationem pietatis ad ſapientiam: perfectè intelliget per uiam Hebræorum, quomodo Abraham in die ſuo, per rectam lineam, uidit diem Chriſti, & gauiſus eſt. Et qui ſcit proprietatem Aquilonis, in Hebræorum doctrina: ſciet, cur ſathan Chriſto promiſit regna mundi, ſi cadens eum adoraſſet. Et qui ſciuerit plenam lunã in Salomone: ſciet plenũ ſolem in uero Meſsia.

Canon XXIIII.

Qui intelligit, quid ſit apud Hebręos Li fiat lux, & Li facta eſt lux: intelliget, quid ſit ſpeculũ lucens, & non lucens: intelliget quoque quid ſit, lumen repoſitũ in ſeptuplo plus lucere, quàm lumen relictum: & quàm mirabiliter hæc arithmeticæ Pythagoricæ conueniant.

Canon XXV.

Qui ſciuerit quaternarium deducere in denarium, habebit modum, ſi ſit peritus in Hebræorum doctrina, deducendi ex nomine ineffabili, nomen 72. literarum: poteſt inſuper.

teſt inſuper intelligẽs intelligere, quod operari per Semhamphoras, eſt proprium rationalis naturæ. Et qui ſciuerit, quid ſit denarius in Arithmetica formali, & cognouerit naturã primi numeri Sphærici, ſciet fundamentum ſecreti magni Iobelei: ſciet pariter cum Pico, ſecretum quinquaginta portarum intelligentiæ, & milleſimæ generationis, & regni omnium ſeculorum.

Canon XXVI.

Qui intelligit apud Hebręos, Celem & Demut, & horum Toar: intelliget, quare Deus dixit, Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: intelliget illud Pſalmiſtę, Similis factus ſum pellicano in ſolitudine: intelliget ſimiliter ubi dicitur, Furor illius ſecũdum ſimilitudinem ſerpentis: intelliget cum dicitur, Similitudo throni: intelliget ſimilitudinem animalium, quam uidit Ezechiel, & in eo quod ſeparatus eſt, hoc in modo, ſecundum rabi Moſſei, multum mirabili, cui non eſt ſimilis in omnibus creatis ſub ſphæra Lunæ: intelliget, qualiter hæc apprehenſio intelligibilis ſit, quæ non indiget aliquo membro uel ſenſu, & quomodo aſsimilauit ipſum Creatori qui nõ eſt corpus.

Canon XXVII.

Qui ſcit apprehenſionem ſcientis ad ſcitum, & intellectus ad rem intellectam, & qui ſcit appropinquationis & tactionis apud Hebræos uirtutẽ: intelliget illud, Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum. &, Appropinquate Domino: itẽ, Appropinquabit Moyſes Domino, & populus nõ appropinquabit. intelliget illud, Tange montes & fumigabũt. intelliget illud rabi Moſſei, ubi inquit: Et ſcire debes, quòd ſi poſsibile eſſet, ut aliquis homo eſſet in ſummo noni cœli, non eſſet propinquior Deo, quàm ille qui eſſet in centro terræ, neque remotior.

Canon XXVIII.

Qui ſcit quæ ſint admiranda ſapientiæ, tradita per Zadkiel Abrahę patri noſtro, in traditione fœderis: ſciet, numerum ſemitarum & familiaritatem literas conciliare: ſciet, quod ſcriptum eſt in Ietzira, Decem numerationes Belima, & 22 literæ iunctæ faciunt conſurgere numerum ſemitarum: intelliget quoque, quare, ut rabi Co-

Reuchl: fol. 842 845

hen dicit, Antiqui patres ambulauerũt per uias multas, ut tandem ſtarẽt in ſemitis iſtis: intelliget etiam, quomodo ex literarum collegio cum quinquaginta portis iuncto, ſeptuaginta duorum angelorum fœlix ſeries comperiatur, & binarij multiplicatione cubica idẽ oriatur. Et qui ſcit per diminutionem redire: ſciet naturam angelicam, & quomodo Deo iungamur tetragrammato ineffabili יהוה. & quomodo hinc ſumma 72 expoſitoria nominis Dei inenarrabilis ſurgat, quibus Semhamphoras conſtare perhibetur.

Canon XXIX.

Qui ſcit ineffabile nomen tetragrãmaton, per ſeptuagintaduo nomina, quæ ex Sacra ſcriptura colliguntur, explanare: ſciet, cur rabi Ioſeph ben Carnitol, in libro Portarum iuſticiæ inquit, Diuiſit Deus terram iuxta numerum angelorũ eius, duo diuina nomina repræſentantia, Iah & El. & quare, ſi quotocuique ſeptuaginta duorum nominum, alterum horum coniunxerimus, in ſigno uocabulum oxytonon efficiamus. intelliget quoque, cur omnes gẽtes traditæ ſint in poteſtatem ſeptuaginta perfectorum: cognoſcet, qui ſint angeli fortes uniuerſæ terræ, & quomodo Moyſes in liberatione filiorũ Iſrael manu ſua mare uſque ad ſiccum diuiſit. Et qui ſcit, quomodo ſpiritus diuini linguis angelorũ loquuntur: ſciet, quomodo ſpiritus humani, auribus mentium auſcultant.

Reuchl. fol. 89r & deinceps.

DE MYSTERIIS CHALDAEORVM ET Aegyptiorum. Cap. IIII.

Canon I.

QVi intelligit, quomodo ſuper principalẽ ordinem ſeparatorum, eſt ordo fontalis unialiter ſuperexaltatus: intelliget illud Mercurij Triſmegiſti: Vbicunq; uita, ibi anima: ubicũq; anima, ibi mẽs: & quomodo anima in corpore, mẽs in anima, in mẽte uerbũ, tum horũ pater Deus: & quomodo Deus circa omnia atq; per omnia, mẽs circa animã, anima circa aerem, aer circa materiam.

Canon II.

Qui intelligit ſeriem naturarum uniuerſi, à non gradu materię ad eum qui eſt ſuper omnem gradũ, graduatè protenſum,

protenſum, & uirtutem naturalis magię: intelliget, quòd dicunt interpretes Chaldæi ſuper primum dictum Zoroaſtris de ſcala, à tartaro ad primũ ignem, & quid intelligere uelint per uirtutes myſteriales: intelliget, cur fatum non ſit neceſsitas primæ potentiæ ſeminalis, ſed intellectualiter participata habitudo animaliũ rationum, indeclinans à ſuperioribus, ineuitabilis ab inferioribus.

Canon III.

Qui intelligit, quomodo omne elementum quod poteſt diuidi per purum & impurum, habeat habitatores rationales & irrationales: quod uerò purũ eſt tãtum, rationales tantũ: intelliget, quod dicunt interpretes ſuper dictum ſecũdum Zoroaſtris, de duplici aere, aqua & terra. Et qui intelligit uitã uegetalem, conuenienter ad dicta Empedoclis, qui pònit tranſanimationem etiã in plantas: intelliget, quid hi uelint per radices terræ ſignificare.

Canon IIII.

Qui intelligit, quomodo à primo receptaculo fontis lùminum, ſubſtantiales rerũ uiſibilium qualitates per animalem ſplendorem dependenter reſultant, & quomodo partiales animæ mediãtibus totalibus animabus dæmoniacis ab intellectuali ſplendore illuminantur: intelliget, quomodo Aegyptij ſubſtantiales rerum uiſibiliũ qualitates, à uirtute ſeparata particulari dependẽter reſultare, & animas partiales immediatè illuminari, aſſerunt.

Canon V.

Qui intelligit & expreſſam habet ueritatem de peccato originali: intelliget ex dicto illo Zoroaſtris, Ha ha hos, quomodo terra deflet uſque ad filios, iuxta expoſitionem Oſiæ Chaldæi. Et qui intelligit dicta ſapientum Hebræorum de duplici uino: intelliget dicta interpretum Chaldæorũ ſuper xi Aphoriſmo, de duplici ebriatione Bacchi & Sileni.

Canon VI.

Qui intelligit, coordinationem intelligibilem eſſe ſuper omnem intellectualem hierarchiam in abyſſo primę unitatis, & ſub caligine primarum tenebrarũ imparticipaliter abſcondita: intelliget coordinationẽ intelligibilem eſſe

lem eſſe in intellectuali coordinatione, ut dixit Amoſis Aegyptius. Et qui intelligit ſubſtantiam orbium mundanorum: intelliget, ſupra Lunam purum lumen.

Canon VII.

Qui intelligit triplex animæ habitaculum, cœleſte, ſpiritale, & terrenum: intelliget, quid Magi in xvij Aphoriſmo per triplex indumentum, ex lino, panno, & pellibus, intellexerint: intelliget de pelliceis tunicis, quas ſibi fecit Adam: & de pellibus, quæ erant in tabernaculo.

Canon VIII.

Qui intelligit illud Triſmegiſti, Omne motũ corporeum, omne mouens incorporeum: intelliget, nihil eſſe in mũdo expers uitæ, nihil eſſe in uniuerſo paſsibile mortis uel corruptionis, ſed ubique uitam, ubique prouidentiam, ubique immortalitatem.

Canon IX.

Qui intellexerit partem irrationalem animæ, & proportionalia: cognoſcet quid per canem Zoroaſtres intellexerit. Et qui intellexerit illud Exodi, Quãdo ſunt prohibiti Iſraëlitę exire domos ſuas, in trãſitu angeli, interficientis primogenita Aegyptiorum: intelliget illud Zoroaſtris, Nec exeas cum tranſit lictor.

Canon X.

Qui intellexerit, quomodo non perturbatũ, non determinatum, non coloratum, non figuratum, non cõcuſſum, nudum, perſpicuum, à ſeipſo comprehenſibile, intranſmutabile, bonum, ac penitus incorporeum, uerum eſt: intelliget, quomodo ſex uijs futura homini Deus denunciat, per ſomnia, portenta, aues, inteſtina, ſpiritum, & Sibyllam.

Canon XI.

Qui uerè intelligit, partem animæ rationalem, & intellectum: intelliget quid per Sirenã apud Zoroaſtrem, & per puerum apud interpretes intelligatur. Et qui intelligit per arithmeticã ſuperioris Merchianæ illos computandi dies, in quibus prædicitur aduentus Chriſti: intelliget illud Zoroaſtris, Adhuc tres dies ſacrificabitis, & non ultrà. Et qui ſciuerit, quæ ſit in libro Bair affinitas

capris, &

capris, & quæ agnis cum ſpiritibus: ſciet, quid ſit intelligendum per capras apud Zoroaſtrem.

Canon XII.

Qui intelligit, quomodo intra unumquemq; ſint decem ultores, ignorantia, triſtitia, inconſtantia, cupiditas, iniuſticia, luxuries, inuidia, fraus, ira, malicia: intelliget malam coordinationem denariam, in uia Hebręorum ſapientum, & præfectos illius. Quod eſt ſecretum, de quo plura non licet ponere.

Canon XIII.

Qui ſcit, cur Hebræi ſua ſabbatha, Ethnici ſuas ferias, nos ſacrorum noſtrorum ſolennes dies, ſumma ſemper celebritate accepimus uenerandos: ſciet, cur Magi non ſecus quàm planetarios dies, cœleſtesq; diſpoſitiones, obſeruari iubent dies Aegyptiacos: cuiuſmodi apud Romanos, ante diem quartum nonas ſextilis, & omnibus diebus poſtriduanis ſolebant aduerti, quos atros nuncupabant. Qui hæc intelligit: intelliget, quales ſint dies apud Hebræos, decimuſſeptimus Iunij, nonus Iulij, & quando Moyſes confregit tabulas, Manaſſes erexit idolum in ſancta ſanctorũ, muri Hieruſalem ab hoſtibus diruti ſunt, quo deinde tempore utraque templi deſtructio perpetrata eſt. Qui hæc intellexit, intelliget ordinem cœleſtis Hieruſalem.

Canon XIIII.

Qui ſcit, cur Moyſes & Helias uſque ad quadrageſimum diem ieiunium protaxerunt: intelliget, cur Brachmanes nullos ad ſuum admittebant collegium, niſi abſtinentes à uino, carnibus & uicijs: cur ſacerdotes Athenienſium, qui græcè Hierophantæ appellantur, conſueuerunt ſorbitione cicutæ ſeipſos caſtrare. Et qui intelligit, cur Moyſes in uaſtas Aethiopiæ ſolitudines conceſſit: intelliget, cur & Zoroaſtres ſolitudinẽ uiginti annorum, cur Orpheus Thraciæ deſertum, cur Pythagoras decem annis latuiſſe fertur, cur Democritus ſolitudine delectabatur, ac quamobrem & quomodo Epimenides Cretenſis annis quinquaginta dormiuerit.

Bg fol. 80

DE MYSTERIIS PERSARVM. Caput V.

Canon I.

QVi nouit qualitates rerum, & eſt opifex in aſpectibus & figuris ſtellarum, atq; manifeſtas habet ſubſtãtias immateriales: poterit aperire proprietates occultas cuiuslibet entis, & inueſtigare cuiuslibet rei ſublimis uirtutes, atq; diſpenſare & adminiſtrare omnia: intelliget ſimiliter, cur Picus prima cõclusione Magiã, & quomodo ſecundũ Eccleſię ſententiã exterminet: quomodo deinde ſecũda concluſione eã propugnet atq; defendat.

Canon II.

Qui intelligit, quomodo dato quocunque obiecto practicabili, nobilior eſt operatio quæ ipſum practicat, quàm quę cõtemplatur: intelliget, cur Picus in ſuis concluſionibus Magiam nobiliſsimã partẽ, & eam quidem practicam ſcientiæ naturalis ponat: & cur dicat, nullam eſſe uirtutem in cœlo aut in terra ſeminaliter & ſeparatã, quam & actuare & unire magus non poſsit.

Canon III.

Qui intelligit, ex collatione inter Brachmanes, Gymnoſophiſtas, Babylonios, Romanos, Thracas, Hyperboreos, Aegyptios & Perſas, formalẽ proportionem: quorum cultores fuerunt, Hiarchas, Theſpion, Budda, Numa Pompilius, Zamolxides, Abbaris, Hermes, Zoroaſtres Oromaſij filius: intelliget, quare Perſarum regum filij imbuebantur Magia: quare apud ipſos nemo regno potitur, qui prius eam non didicerit: quomodo Picus miracula Chriſti non ratione rei factæ, ſed ratione modi faciendi, ſuæ Diuinitatis argumentum certiſsimum eſſe aſſeueret: quid deinde uelit, cum ait, Nulla eſt ſcientia quæ nos magis certificet de diuinitate Chriſti, quàm Magia & Cabala.

Canon IIII.

Qui intelligit, quomodo Magia rerum omnium naturalium atque cœleſtiũ uires contemplatur, & eorundem ſympathiam curioſa indagine ſcrutatur, reconditas ac latentes in natura poteſtates in apertum producit, inferiora ſupe-

ra ſuperiorum dotibus copulat:intelliget illud Pici, cum dicit, Quod magus homo facit per artem, facit natura naturaliter faciendo hominē. & ubi ait: Mirabilia artis Magicæ non fiunt, niſi per unionem & actuationem eorum quæ ſeminaliter & ſeparatè ſunt in natura.

Canon V.

Qui intelligit, quomodo, qui iam cohibitis elemētis, uicta natura, ſuperatis cœlis, progreſſus angelos ad ipſum archetypum uſque tranſcendit, eius tunc cooperator affectus poteſt omnia:intelliget illud Pici, formam nimirū totius Magicæ uirtutis eſſe ab anima hominis ſtante, & non cadente: intelliget quoq;, quomodo Magiam operari, non ſit aliud quàm maritare mundum.

Canon VI.

Qui intelligit, in quo conſiſtit dignificatio hominis: intelliget clauem omnium magicarum operationum. intelliget illud Pici: Si qua eſt natura immediata nobis, quę ſit uel ſimpliciter, uel ſaltem ut multum rationaliter rationalis: Magiā habet in ſummo, & eius participatione poteſt in hominibus eſſe perfectior. intelliget quoque illud, ubi inquit: Nulla poteſt eſſe operatio magica alicuius efficaciæ, niſi annexum habeat opus Cabalæ, explicitum, uel implicitum.

Canon VII.

Qui ſcit, qua ratione affectus carnales, caducumq; ſenſum, materialesq; paſsiones deſerere poſsit, qua uia & quomodo ad purum ipſum intellectum, Deorumq; uirtutibus coniūctum aſcendere: ſciet naturam, quæ eſt horizon temporis æternalis, & quomodo proxima mago infra ſe: ſciet quoque naturā, quæ eſt horizon temporis & æternitatis, propriam Magiam: & quomodo hinc ſit petenda per modos debitos, ſapientibus notos: ſciet inſuper naturam, quæ eſt horizon æternitatis temporalis, mago proximam ſupra ſe, & propriam Cabalæ.

Canon VIII.

Qui ſcit, quomodo omnium rerum eſſe atque operari à ſummo Deo omnium creatore dependet: ſciet, unde quælibet uox uirtutem habeat in Magia, & efficaciam:

quomodo illud, in quo primo magica exercetur natura, uox ſit Dei: & quomodo quælibet uirtus in Magia, uoce Dei formatur. Et qui dicta intelligit: intelliget, quare non ſignificatiuæ uoces plus poſsint in Magia, quàm ſignificatiuę: & cur ſola Hebræa nomina, uel inde proximè deriuata, in magico opere uirtutem habeant.

Canon IX.

Qui ſcit ex numero naturali, formali, & rationali, magna ſacramenta eruere, tam in naturalibus quàm in diuinis atque cœleſtibus: ſciet, quid in Magia ſint numeri materiales & formales, & quare ij numeri numerorum nuncupentur: ſciet quoque uiam ad omnia ſcibilia indaganda, & intelligenda: ſciet deinde, proximum acceſſum ad prophetiam naturalem: & intelliget, quomodo abbas Ioachim in ſuis propheti's proceſſerit.

Canon X.

Qui intelligit, quomodo characteres habent communitatem ſuam ex radijs cœleſtium, ſecundum certum numerum in ſe inuicem peculiari quadã proprietate coniectis: intelliget, quod Picus dixit, Plus poſſe characteres & figuras in opere magico, quàm poſsit quæcunque qualitas materialis: intelliget, quomodo per appropriationem characterum operi magico, approprietur numerus operi Cabaliſtico: & quomodo per Cabalam poſsit fieri aliquid, ad quod nulla attingit Magia.

Canon XI.

Qui intelligit, quomodo antiquũ accedat ęuo, æuum æternitati propinquum ſit, & æternitas uicina Deo, qui ſupra æternitatem regnat: intelliget, quare antiquus dierum à priſcis Theologis nuncupatur, qui regno præſidet omnium ſeculorum: intelliget, cur barbara diuinitati cognatiora ſunt, & quare Zoroaſtres primus ethnicorum theologus uetat barbara uerba mutari.

DE MYSTERIIS ORPHICIS.

Caput VI.

Canon I.

QVi intelligit, quid ſit principium uniuerſorum, & conthoralis omniparens, de qua Orpheus inquit,

Abſque te

Abſque te nihil omnino uitę naturam agnouit, atque diſtributionem, quam cognominauit naturæ confirmatiuum: intelliget, quid idem Orpheus per tria principia, Iouem, Iunonem, & Legem uoluerit innuere.

Canon II.

Qui ſciuerit, quomodo deſeruiant hymni Dauid ipſi Cabalæ: ſciet, quomodo hymni Orphei operi ueræ & licitæ Magiæ: ſciet quoque, quomodo nomina deorum, quæ Orpheus canit, à Deo ſint, & quare hominibus ac mundo diſtributa, & quomodo ſint naturalium diuinarumq; uirtutum: ſciet inſuper, miram efficaciam ex hymnis Orphei prouenire, cum uera modulatio ſapientum fuerit adhibita.

Canon III.

Qui ſcit perfectè proprietates ſenſibiles per uiam ſecretæ Analogiæ intelligere: ſciet, multa ſecreta latêre in hymnis Orphei, & quarumcunq; uirtutum naturalium uel diuinarum eandem eſſe proprietatem analogicam, idem nomen, opus, hymnum, ſeruata proportione: intelliget numerum hymnorum Orphei, & numerum cũ quo Deus triplex creauit ſeculum, & quomodo ſub quaternarij Pythagorici forma numeretur.

Canon IIII.

Qui nouit unitatis Venereæ, Fatalis & Saturnię diuiſionem, profundè & intellectualiter: nouit proculdubio præter modum debitè procedendi in Orphica theologia, etiam modum milleſimæ generationis, & ſeculi ſeculorum: nouit cognationẽ Orphei & Dionyſij, & in quo Curetes Orphei cum poteſtatibus Dionyſij conueniãt, & quomodo per Cabalam huic operi appropriata timori Iſaac adhiberi debeant.

Canon V.

Qui ſcit, circa primariam animalem Trinitatem operari: ſciet, Palęmonem & Leucotheam adire, Nereum attrahere, Typhonem & Zamaelem, noctem & Enſoph concordare: cur etiam Opifex mundi noctem conſulat de opificio mundano, quod nec Proclus, nec ſui imitatores, imò rari intellexerunt, concordabit id quod ſuperius

meminimus, Poros nempe conſilij filium, & magni conſilij angelum: & intelliget, quomodo per octonarium numerum hymnorum maritimorum, corporalis naturæ proprietas deſignetur.

Canon VI.

Qui intelligit, quomodo anima aquea inferiora generat, ſuperiora contemplatur, in ſeipſa ſe ſiſtit: intelliget, quid Orpheus hymno Maris, Neptuni & Oceani ſignificet: quid proueniat ex attractu Veſtę: & quomodo per ſeptenarium numerum paternæ menti attributum, Protogni, Palladis, Saturni, generis Rheæ, legis Bacchi, poteſt de conſummatione ſeculi quis coniectare.

Canon VII.

Qui intelligit practicare omnem quantitatem formalem, continuam & diſcretam: ſcit natiuos & aduenticios heroas: ſciet adire Apollinē, mediare opus per Bacchum trietericum, & conſummare per nomen ineffabile: nec ebriabitur per aliquem Bacchum, qui ſuæ Muſæ prius copulatus non fuerit.

Canon VIII.

Qui ſcit adire naturam, & Proteum Panaq; attrahere: ſciet adire Iouem tertium, ut uiuentem, non ut uiuificantem: ſciet inſuper perfectè in animam redire, primæq; formæ ſuam formam æquare: ac per quaternarium hymnorum primæ formæ mundanæ attributorum, ſui formabilis naturam nobis deſignare.

Canon IX.

Qui ſcit definitionē animæ apud Peripateticos: ſciet, cur Orpheus Palladi & Veneri uigilantiam attribuerit: ſciet, cur Ouidius Terrā inuocet, & Neptunum: & quare ad proportionem uniuerſalis animationis, & particularis, ſequatur uniuerſalis prouidentia, & particularis.

Canon X.

Qui intelligit, quòd Zacharias propheta appellat uinum germinans uirgines: intelliget diuinū illud Ambroſianum nectar, ſuper cœleſtem illum Bacchū, ſummum deorum, & ſacerdotum antiſtitem, regenerationis autorem: quomodo bis natus, & quales producat riuos.

Canon

Canon XI.

Qui intelligit, quomodo Eccleſia primitiua pellebat morbos & tempeſtates, ſub ueneratione alicuius numinis, orando, aut ſcripta appenſa ſeu alligata deferendo: intelliget carmen Orphei ad Aſtra compoſitum,

Vocibus ergo ſacris iam Dæmones inuoco puros:

intelliget, cur ſæpe ab eo numine, cui aliqua ueneratio impenditur, mirandas uirtutes obtinemus: cur res materiales haud parum ſanctitatis ac uirtutis ex conſecratione, maxime ſacerdotali, concipiant.

DE MYSTERIIS PYTHAGORICIS.

Cap. VII.

Canon I.

QVi ſcit occultas cogitandi & credendi uires in diſcēdo, maximeq; (ut ait Terētius) fide & taciturnitate: intelliget, cur Pythagoras, primus philoſophię creditor, omnibus diſciplinis toto orbe hauſtis, primum diſcipulorum ſuorum initium poſuit tacere: & primū contemplatiuæ ſapientiæ rudimentum, meditari condiſcere, & loquitari dediſcere.

Canon II.

Qui intellexerit illud Anaxagoræ, ubi inquit, Erant omnia ſimul: & Democriti, ubi ait, Erant omnia potētia ſimul in ipſo eſſe: intelliget illud Pythagoræ, poſſe ipſum inſeparatū ab eſſe, indiuiſibilem eſſentiam, & tetractyn: intelliget quoque, æternitatem in quauis etiam artificiali re, ratione ſuorū principiorum eſſe: intelliget, quid per infinitum, unum, & numerum ab eo ſtatuatur: quomodo deinde Pythagoras, arcanorum parens, uerius omnibus philoſophis & theologis, numerum omnium rerum principium aſtruat.

Canon III.

Qui intelligit principia Orphica, Iouem, Iunonem & Legem: Sophroniſci quoque & Ariſtonis deum, ideam, & materiam intelliget. Qui utriuſque mentem tenet: intelliget, quòd Pythagoras occultè ſymbolizauit arcanis his notis, aſſerendo principia uniuerſorum eſſe, Infinitum, unum, & duo.

Canon

Canon IIII.

Qui intelligit, quomodo omnia entia continuò ad ideas & idearũ ideam referantur: intelliget ternos utrinque mundos, & tribus omnia conſtare: intelliget, quæ ſint, quæúe habitant & obſeruant corpora & magnitudines, & qui ſint principatus origineſq; habitantium & cuſtodum: & quomodo Olympica tecta dicantur, complectentia ſuperos, eſſentias incorporeas, diuina exemplaria, & orbis huius ſigilla, quorum inſtar omnium rerum inferiorũ facies ſunt factæ. intelliget, hæc qui tenet, quid Pythagoras per immortales prima Deos, & immortales ſecunda Deos, uoluerit ſignificare: & quid per tetractyn, fontem & parentem naturam ſtatuerit. intelliget quoque illud Alcinoi, quid cognitio, quid exemplar, quidq; conſiderata eſſentia dicatur.

Ex Reuchlino ad verbum. lib. 2. fol. 787 et deinceps.

Canon V.

Qui intelligit, quod Hermes Triſmegiſtus Aegyptiorum doctor in lib. ad Aſclepium inquit: Vna pars ſimplex eſt, quã uocamus diuinæ ſimilitudinis formam. ac paulo inferius, ubi duas imagines Dei, mũdum & hominem ſtatuit: intelliget, quod Pythagoras rectè perſenſit, ubi in ſigillo Dei imaginem non circumferre docet, ac exemplaria & ſpecies rerum ita diſtinxiſſe, ut mutuò tranſmutari confundiúe nequeant.

Canon VI.

Qui intelligit Pythagoram, ubi inquit, Ne unitas quidem ſubſtantiua certi numeri ſecũdum naturam, eſt unitas alterius animi: & unitates in duitate ipſa, ad eas quæ ſunt in ternitate ipſa, eſſe inconiectiles: intelliget inuidos carptores, Timonem, Cratinum, Hermippum, & alios (quorum non exigua multitudo eſt) qui de Pythagora ſuis in libris plurima mendacia ſcripſerunt, nulla ratione ex ſcriptis Pythagoræ, humanam eſſentiam communicare bruto, poſſe probare.

Reuchlinus 798 & 799

Canon VII.

Qui intelligit Orphicos, dicentes, animam ante corpus eſſe non tempore, ſed puritate, & naturæ dignitate: intelliget Pythagoram, ubi ait, animam ſolam, quorum

ſacra

ſacra natura demonſtrat ſingula, diuinum eſſe genus, cuius ſpecies nec mutetur, nec conuertatur: intelliget quoque, ubi inquit, Generum ſingulorum formas eſſe permanentes, & in eadem ſua forma diſsimiles.

Canon VIII.

Qui ſcit, quid uiris reuera doctis ſit æqualis cura, ſimilis motus, & par ſtudium alicuius mortui: intelliget, quid tranſanimatio propriè ſit. Et qui intelligit antiquum illud ænigma, quo arcanum quoddam illi ſeculo incognitum innuebatur: ſcilicet materiam primam omnium formarum non ſolùm capacem, ſed auarã etiam eſſe, ac ſemper deſiderio motam nulla forma ſatiari: intelliget (aſſentiẽte Capnione) quid Pythagoras uoluerit innuere per tranſanimationem, ex eo quòd ſe Euphorbũ prius fuiſſe dixerit: intelliget quoq; profundus rerum arcanarũ ſcrutator, eos toto cœlo aberrare, qui hinc colligunt, Pythagoram docuiſſe animas tranſire in alia corpora.

Canon IX.

Qui ſcit multitudinis primę, & primi numeri nõ compoſiti, primiq; compoſiti proprietatem: ſciet illud Pythagorę, Multitudinis nempe productiuum, tanquã numeri de numero, & illud eſſentiale quod eſt in eo, unum omnis productionis fons & origo ſimul, & omnis proceſsionis initium, & omnis ſubſtantiæ immutabilis permanentia, & quomodo ſeſe in ſeipſum retorquet, quomodo item per modum unitatis & duitatis ſemetipſum multiplicat, atque tetractyn producit.

Canon X.

Qui ſcit, quæ ſit omnium rerum creatarum idea, qua omnis progreſsio perficitur: ſciet, quid ſit apud Pythagoram decas, & unde oriatur, & quæ ſint decẽ genera generaliſsima. Et qui ſcit, quid ſit tetractys originaliter, ſigillatim poſita: ſciet, de omnipotente potentia exeundo ad energiæ actũ producere decem, ſigniferũ ponere, latera ſtatuere, ſemper denariũ producẽtia tam in aſcẽſu quàm in deſcenſu: quę ultimò reducta ad unũ, cadunt ſimiliter in decẽ: ad uiginti relata, incipiũt denuò eſſe unitas, & ad omnes numeros cardinales, uſq; ad centũ, mille, & ultrà:

Canon XI.

Qui intelligit, quid Zaratas Pythagoræ præceptor per nomina propagationis pronunciare conſueuit: intelliget, quid Pythagoras ipſe ſymbolo ſuo, nempe uno & duobus ſignificet. Et qui intelligit, quomodo in corporeis nil diuinius mente, ac in ſeparatis nil ſimplicius numero: intelliget, quid Pythagoras uelit, dum numerum pro mente accipit.

Canon XII.

Qui ſcit, quomodo in æthra ſit fulgor æternitatis, ubi nec corpus, nec locus, neque uacuum, neq; tempus, neq; ſenectus, neq; tranſmutatio eſt, & quomodo ibi ſint entia inalterabilia & impaſsibilia: & qui proprietates eius, conditionem, chorum & ordinem intellexerit, intelliget illud Pythagoræ ubi inquit: Si recta ratione uixeris, malè acta dolendo, & benè acta gaudendo: Deosq; oraueris, ut opus tuum perficiant: tum exuto corpore, profectus in ætherem, eris immortalis deus. Et qui ſcit, quomodo mundus principia prima habuerit incorporea: ſciet, cur Pythagoras eum æternitatis imitatorē, & continentiam eſſe omnium totorum, ſecundum ordinationem quæ eſt in eo, aſſeueret.

Canon XIII.

Qui intelligit proportiones ex numeris ortas, & quomodo per lineas & pūcta conſtituāt characteres & figuras: intelliget Pythagoreorū numerorū uirtutem, & quo pacto Pythagoras numerum eſſe, quo cuncta cōſtant, & qui diſtribuat ſingulis ſingulas uirtutes, aſſerat: & quid Proclus uelit, dum ait, numerū ſemper exiſtere, aliū in uoce, aliū in proportione, aliū in anima & ratione, & aliū in diuinis: quid etiā Themiſtius, Boetius & Auerroes Babylonius cum Platone ſignificēt, dum numeros ſic extollunt, ut neminem abſq; illis rectè philoſophari putent.

Canon XIIII.

Qui ſcit indagare numerorum magnitudinem & multitudinem: ſciet quod Pythagorici dicūt, dum numerum parem in maxima minimaq; poſſe diuidi, maxima quidem ſpacio, minima uerò quantitate, aſſerunt; intelliget quid

quid ſit diuiſibilis numerus in duo æqualia, unitate non media: & quomodo utendum numero pariter pari, pariter impari, & impariter pari.

Canon XV.

Qui intelligit proportionalitates continuas, diſiunctas, permutatas & cõuerſas: intelliget, quomodo arithmetica, geometrica, & harmonica, harum medietates appellentur. & qui intelligit unum, alteritatem, & id quod eſt: intelliget, numerum ſe extendere ad omnia genera, tam abſoluta quàm reſpectiua.

Canon XVI.

Qui ſcit uenari numeros in linea, ſuperficie & corpore: ſcit animę compoſitionem formalẽ, ſcit totius mundi Sympathiam, habet uiam ad prophetiam naturalem, & facilè ſecretarum rerum omnium perfectam noticiam.

Canon XVII.

Qui intelligit, quomodo eſſe proprietatum præceditur ab eſſe quiditatiuo, & eſſe quiditatiuum ab eſſe uniali: intelliget, quomodo ex eo quod attingitur res in præciſione ſuæ unionis, attingatur res ut eſt ipſa: quomodo ex eo quod attingit rem in definitione, attingat rem in alteritate: quare modus cognitionis eminentiſsimus in intellectu diſproportionato, ſit imperfectus & inutilis, & cognitio per demonſtrationem (alioquin quo ad ſtatum hominis perfectiſsima) ſimpliciter inter cognitiones eſt imperfectiſsima.

Canon XVIII.

Qui intelligit, quomodo Deus eſt ſimpliciter cognitio totius eſſe: intellectus, definitio eiuſdẽ: & anima, ſcientia totius eſſe: intelliget quid Picus uelit, ubi inquit, ſi Theologia theologicè tradatur, erit ut de primo ſubiecto, de eo quod eſt unialiter unũ, & de quolibet quod eſt ſecundum ſuum eſſe uniale tanquã de ſubiecto ſecundario: intelliget, quomodo contradictoria in natura intellectuali ſe compatiantur, & coincidant in natura uniali: & quomodo eſt hoc & illud, ſed non eſt hoc extra illud.

Canon XIX.

Qui intelligit, quare Anaxagoras intellectum appel-

lauerit immixtum, cum ſecundum Picum maximè ſit mixtus, quia maxima mixtio coincidit cum maxima ſimplicitate, in natura intellectuali: & qui intellexerit, quæ ſit homiomera Anaxagoræ, quam opifex intellectus diſtinguit: intelliget, quare unumquodq; in natura intellectuali habet à ſua intelligibili unitate, & quod ſibi quodlibet uniat, & quod immaculatam ac impermixtam ſibi ſuam ſeruet proprietatem.

Canon XX.

Qui intelligit illud Pici, quomodo formæ ſubſtantiales in ſecundo mundo ſunt per modum accidentium, & formæ accidentales in primo mundo per modū ſubſtantiarum: intelliget in intellectu ueram denominationem idearum: & quare, niſi deſtruxerimus naturā intellectualem, non poſsimus intelligere ideas numerari, niſi per intimationem ideę numeri per reliquas, ſicut eſt cuiuslibet per omnes. intelliget, qui priora intellexit, qui ſit formalis numerus, quem Pythagoras dixit eſſe principium omnium rerum.

Canon XXI.

Qui intelligit, quid ſit ſimpliciter unum ens unum, unum habens ad unum extremalem correſpondentiam: intelliget, quomodo Zenophanes, Parmenides & Meliſſus conuenienter dixerint, omnia eſſe unum, obſeruata diſcreta ratione. & qui intelligit, quid Empedocles per litem & amicitiam uoluerit: intelliget, quomodo eadem proportionentur in ſcientia Sephiroth æternitati & decori.

fol. 789

DE MYSTERIIS ARABVM.

Caput VIII.

Canon I.

QVi profundè intelligit, quid ſit ſciētia, quæ tractat de his quæ ſunt omnino extra materiam: tum quæ poſſunt exiſtimari abſque materia, non habentia eſſe niſi in materia, & quæ ſignata ſunt in materia: intelliget Algazelis Arabis proceſſum in ſcientijs, & quid uelit cum inquit, Quod non conſequitur ens, niſi poſtquā ſit ſubiectum uel mathematicæ, uel phyſicæ, non pertinet ad conſideratio-

conſiderationem ſcientiæ diuinæ:intelliget quoq;, quomodo in ſcientiam diuinam incidat conſideratio de cauſa uniuerſi eſſe.

Canon II.

Qui ſcit, quid Picus iuxta Auerrois ſententiam intendat, cum dicit, Vnum metaphyſicum eſt fundamentum unius arithmetici: & quòd numerus præciſe ita reperitur in abſtractis, ſicut in materialibus: intelliget quid Algazel uelit in enumeratione quatuor ſpecierum ſubſtantiæ, quæ ſunt hyle, forma, corpus, & intelligentia ſeparata per ſe exiſtens. Qui hæc intelligit: intelliget illud Pici, ſecundum Auerroem, nempe Subſtantiam eſſe priorem accidente, non ſolùm natura, ſed tempore.

Canon III.

Qui ſcit, quomodo eſſe omnis eius quod eſt, aliud pendet ab alio: à ſe ſic, ut ad remotionem eius ſequatur remotio iſtius, aliud non pendet: ſciet, quid poſsibile & debitum per ſe apud Arabes occultè ſignificet: & quomodo cauſa uniuerſi eſſe, non ſit aliud ab eo quod eſt ipſum: & quid uelit Algazelis ſentētia in eo ubi dicit, quòd neceſſe eſſe non pendet ab alio, ſic, ut illud aliud pendeat ab ipſo: & quomodo uniuerſale ſit ſingulare per differentiam, uel per accidens: deinde quomodo quicquid eſt aliud à neceſſe eſſe, oportet ut proueniat ab eo ſecundum ordinem.

Canon IIII.

Qui intelligit apud Arabes deſignationes quinq;, ut cum dicitur aliquis homo, corpus, albus, ſciens, largiens, indigens: intelliget, quare Algazel in ipſo neceſſe eſſe nullo modo pluralitatem concedat: & quare Mahumeth Toletinus relationem nullam rem dicere extra animam affirmet: tum quomodo ſenſibilia communia proprias ſpecies ad ſenſus multiplicant, diſtinctas à ſpeciebus ſenſibilium propriorum.

Canon V.

Qui ſcit, quomodo primum eſſe non habeat ſimilitudinem, nec æqualitatem, nec poſsit recipere diuiſionem, & quomodo negari incepit ſuum eſſe: & quid ſit relatio

ad actiones quę proueniunt ex eo: intelliget, quid ſignificent Arabes per unum, æternum, largum, dapſilem, & prius: & quomodo primum uiuens ſit primum principium: & quare Auicenna dicat, non poſſe eſſe in anima notionem intelligibilē, ſine actuali intellectione: & quomodo Algazelis ſententia, Scire ſeipſum non addit primo principio aliquid, unde quaſi per hoc ſit multitudo in eo: & cur eius ſcientia non ſit niſi ipſemet, & quòd primus ſcit omnes ſpecies & genera omnium quæ ſunt: & quomodo Auicenna dicat, primam ſubſtantiā priorem eſſe qualibet ſubſtantia, habente habitudinem ad operationem tranſeuntē, quæcunq; ſit illa, alicuius cauſæ, ſiue formalis, ſiue materialis, ſiue efficientis, ſiue finalis.

Canon VI.

Qui intelligit, quomodo ſcientia de multis ſcitis non poſsit eſſe una: intelliget illud Algazelis, Intellectus de hoc quod uerè unum eſt, hoc eſt, quia non eſt in eo aliud & aliud, tunc ut habet poſitionem diſtinctionis alicuius de illo, ſequatur ipſum non eſſe, quoniam non habet partes: cognoſcet, quomodo anima ſit quaſi tabula breuis, in ſe omnia continens, quę ſunt in mundo: intelliget magnum ſecretum Algazelis, ubi inquit, Primus qui eſt laudabilis, non poteſt ſcire ſingularia, ſcientia in qua ſit pręteritum, futurum, & præſens: & quod primus eſt uolens, & ei eſt uoluntas & cauſa, & quòd hoc non ſit aliud ab eius eſſentia: intelliget etiam, ubi inquit, Imaginatio igitur caſus, & inquiſitio formæ eius, in eadem hora eſt cauſa rei imaginatæ.

Canon VII.

Qui intelligit illud Iſaac Narbonenſis, Corpora cœleſtia non largiuntur formaliter inferioribus, niſi caliditatem: intelliget quomodo Algazel dicat, Eſſentia primi uerò talis eſt, quòd ex ea fluit ſine dubio, omne quod eſt ſecundum modum pleniorem & perfectiorem, iuxta ordinem: quod eſt poſsibile in eſſe à principio, uſque ad finem ordinis.

Canon VIII.

Qui intelligit, quomodo delectatio ſenſibilis non habet compa-

bet cōparationem ad delectationem intelligibilem: intelliget illud Algazelis, Apprehenſibile quod ſolet afferre delectationem, aliquando eſt præſens, ſed non percipit huiuſmodi delectationem eius, uel quia non recordatur eius, uel quia intentus eſt in alijs. Similiter anima ſeparata poſt mortem, ſentit dolorem pro ignorantia, & delectationem pro ſapientia.

Canon IX.

Qui intelligit illud Moyſis Aegyptij, Simplicitas primi & omnimoda immaterialitas probari non poteſt per cauſalitatem efficientem motus, ſed per finalem tantum: intelliget Algazelem, ubi ait, Nos autem non apprehendimus de ipſo, & de proprietatibus eius, niſi uniuerſalia, & hæc paucíſsima: quomodo etiam (ut idem ait) angelorum delectatio ſit ſine fine, & infra delectationem primi: & quomodo delectatio ex cōtemplatione primi, uincit delectationem de apprehenſione ſui, quam Algazel agnitionem ſerui affirmat. & quomodo intelligendum eiuſdem dictum, angeli non habent uoluptatem cibi & coitus, propter Dei propinquitatem: & ſi exierit uirtus intelligibilis de potentia ad effectum, homo poterit acquirere fœlicitatem.

Canon X.

Qui intelligit illud Abumaron Babylonij, Intellectus agens nihil aliud eſt quàm Deus: intelliget illud Algazelis, Scire rei in Deo, eſt principium eſſendi ipſam rem. & quod paulo pòſt inquit: Nihil de Deo poteſt intelligi, niſi ſecundum aliquid, quod eſt in te. & ubi ait, Vnum non cognoſcit Deum, niſi Deus.

Canon XI.

Qui intelligit, quomodo anima excitatur ab exterioribus ſpeciebus: intelliget illud Adelandi, quod & omnes Mauri dicunt, & Picus introducit, quomodo ſpecies actu & ſubſtantialiter ſint in parte quę non cadit, & recipiantur de nouo & accidentaliter in parte quæ cadit.

Hinc intelligere poterit diligens rerū ſepultarū indagator, quod ſcribit Tabet Chaldæus, de dormitione ſuper epar in reuelatione ſomniorum: & quod dixit Abdala,

Videre

Videre ſomnia, eſt fortitudo imaginationis. Intelligere ea, eſt fortitudo intellectus. Ideo qui uidet ea, ut plurimùm non intelligit ea.

DE MYSTERIIS GRAECORVM. Cap. IX.

Canon I.

QVi ſcit formas ſeparatas & cõiunctas, quo ad rem & modum, apud Iamblichum: ſcit terminũ & infinitum, marem & fœminam, identitatem & alteritatem, ſimilitudinem & diſsimilitudinem, circulationem eiuſdem & circulationem alterius, in intelligibilibus, intellectualibus, ſupermundanis & anima, uenari apud Proclũ. ſcit inſuper patris & factoris apud Platonem uirtutem: & quomodo intellectus agens ſit pars animæ quæ ſurſum manet, & non cadit, apud Adelandũ Arabem. quomodo etiam occultè ſymbolizare debeamus illud Plotini: Primum intelligibile non eſt extra primum intellectum. & quid apud Themiſtium: Intellectus agens, illuminans tantus, unus, & agentes, participati, illuminantes & illuminati. & apud Aphrodiſeum, quomodo primus intellectus, ac ultimus, ſe & alia intelligit: & quomodo ſe habeat apud Theophraſtũ, intellectus agens ad producenda intelligibilia, in poſsibilem intellectum.

Canon II.

Qui intelligit apud Simpliciũ, quomodo intellectus agens ab intellectu poſsibili liberatur: intelliget apud eundem, quando eadem pars rationalis dicitur intellectus agens, uel poſsibilis: & quando in effectu, uel habitu: & quare intellectus agens recipiat artis, habitus & luminis aſsimilationem; cur apud Plotinum omnis uita ſit immortalis, ac ens, uita & intellectus in idem coincidũt: & quid apud Porphyriũ Apollo atq; Aeſculapius ſignificent, & cur Luna in aſcendente dat ſanitatem nato.

Canon III.

Qui intelligit apud Proclum, Saturnias leges, Iouias, Fatales & Adraſtias: intelliget, unde Dij contentiui & perfectiui oriãtur, unde Dij Saturnij, unde anima uiuens intellectualiter, & cui omnia obediant: & quid ſit apud Platonem

Platonem anima in medio mundi poſita, quam imparticipatam Picus appellat: & quomodo elementa in octo cœli corporibus, cœleſti modo (ſecundū Iamblichum) bis inueniuntur ex proceſſu retrogrado: ſecundum Picum, in bina numeratione: & quomodo, ſecundum Porphyrium, Deus, intellectus, & anima, ubique & nullibi ſint: & quomodo, ſecundum Iamblichum, ſit corporalis natura in intellectu, in animo, in animali, in cœlo, & infra lunam.

Canon IIII.

Qui intelligit apud Platonem, id quod uerè eſt, nullo modo genitum: & quod uerè genitum, nullo modo ens: & ens genitum, atq; genitū ens: intelliget totam doctrinam de tota natura, & quid apud Porphyrium animę & ſubſtantiales dæmones, materiales potentiæ, & accidentales dęmones: & actum corporis ab Ariſtotele de rationali anima, ſecundum Ammonium cauſaliter, & non formaliter: & quomodo cognoſcere actum ſuum, humanis ſenſibus apud Simpliciū ſit ſpeciale: & cur paſsio à ſenſibili facta in organo ſolo, ſenſatio in anima ſola recipitur.

Canon V.

Qui intelligit Proclum, quomodo ponat numerū & multitudinem in intellectualia, ac in intelligibilia ſolam multitudinem: intelliget illud ſacrati patris Areopagitæ, de diuina caligine: & in Apocalypſi, cur factum ſit ſilentium in cœlo, cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum: & quod ſit ſilentium cœleſte, ad quodq́ erat Paulus raptus: quid ſit apud Pſalmiſtā nubes & caligo, iuſticia & iudicium: & quid ſit Exodi nubes tenebroſa, illuminans noctem, & caligo in qua erat Deus: & quid ſignificet diuinus Bartholomæus, ubi ait, & plurimam theologiam eſſe, & minimam.

Canon VI.

Qui intelligit, ſecundum Proclum, quomodo Dei appellatio uni competat qui eſt Deus deorum, quomodo cuilibet ſuperſubſtantialium, cuilibet intellectualiū, animis diuinis, dæmonibus, & animis humanis: intelliget apud Areopagitā, quæ nam in Theologia ſint affirmati-

ua,& quæ negatiua: quo pacto ex Deo patre ſpirituali, ac indiuiduo bonitatis fonte, in ſuæ ſubſtantiæ intimo, ac ſinu, filius & ſpiritus ſanctus, ut gemina bonitatis lumina ſpiritualia, ſunt exorti: quo itidem modo in Deo patre, ac mutuò in ſe inuicem, trium perſonarum manſiones, cum perpetua tamen emanatione,perſiſtunt: & nunquam ab inuicem digrediendo,intimè per inhabitationem mutuam permanent. & quòd nil ſenſibilium eſt, qui ſenſibilis omnis eminenter eſt autor: & quomodo diuinæ excellentésq; negationes, excellentibus abſolutisq; affirmationibus oppoſitæ non ſint: & quod nil intelligibilium eſt, qui intelligibilis omnis rei autor eſt: quomodo neque filij,neque patris eſt denominatio: neque paternitas eſt,neq; (ſi ſermo patitur, ut ſcholia Stapulenſis habent) filialitas.

Canon VII.

Qui intelligit, quare materia ſit principiũ incognoſcibilitatis, & intellectus agens cognoſcibilitatis: intelliget, cur quælibet res in puritate ſui eſſe conſtituta, eſt intelligens, intellectus & intellectum: & quomodo ab intellectu ſit, quod perfectè cognoſcatur ſingulare, cum intellectus non intelligat ſingulariter, nec ſingulare intelligitur ab intellectu, ſecundum opinionem Ariſtotelis Comment. & Thomæ.

Canon VIII.

Qui intelligit quid ſit efficiẽtia uera, quæ eſt reductio de potentia ad actum, & efficientia quæ eſt naturalis fluxus & effectualis conſecutio: intelliget, quomodo potuit eſſe à Deo efficienter mundus ab æterno, & quomodo potuit produci, & fuit de facto ſecundũ Ariſtotelem productus ab ęterno, ſaluo utroque ſenſu: intelliget, quomodo cœlũ ſit animatũ, non repugnãte Ariſtotele.

Canon IX.

Qui intelligit quid ſit abſoluta præciſio ab omni extraneo, quid ſit unita perfectio imparticipatæ ſubſtantiæ, quid ſit extrapoſitio partis ad partem, quid ſit ueritas denominationis per inhærentem participationem, quid ſit eſſe imaginarium; intelliget, quare entium diuerſitas

ſitas reducatur ab Archita primùm, deinde ab Ariſtotele ad decem: quare à Plotino quinqꝫ, à Stoicis quatuor ponantur.

Canon X.

Qui intelligit numeros triplares, qui à Platone in Timæo ponuntur in triangulo animam ſignificante, & numeros duplares: intelliget, quouſque ſit in formis numerandis progrediendum, per naturam illius quod eſt prima forma formans: & quomodo coordinanda ſunt media per naturam eius, quod eſt medium in uniuerſo: intelliget quid exemplar genitum, quid ingenitum, quid animales rationes, & quid ideę intellectuales: intelliget modum illuminationis ſuperiorem ſuper media: intelliget congregationem animarum in Ida, ſecundum Platonicos: & in monte Sinai, ſecundum Hebræos.

Canon XI.

Qui ſciuerit illud Pici, rationem cauſæ præſupponere & rationem perfecti: intelliget iuxta Platonicam doctrinã, quare dixerit Pherecydes, non prius Iouem mundum fabricaſſe, quàm in amorem fuerit transformatus: intelliget, quid Empedocles per ſphæram intelligibilem à Venere contentam ſignificet: quare amor ab Orpheo ſine oculis dicitur.

Canon XII.

Qui intelligit, quid ſit uirga Mercurij ſoporifera: intelliget, quomodo ſecundum Platonicos anima uiuat cum Saturno uitam cõtemplatiuam, cum Ioue politicam & practicã, cum Marte iraſcibilem & ambitioſam, cum Venere concupiſcibilem & uoluptuoſam, cum Mercurio uegetalem cum ſtupido ſenſu: intelliget, quomodo quinque illa Platonis, ens, idem, alterum, ſtatus, & motus, infra ambitum terminati entis, pro tranſcendentibus ponuntur: intelliget, cur primus ſeptenarius uitæ humanæ ſit ſub Mercurio, ſecundus ſub Venere, tertius ſub Marte, quartus ſub Ioue, quintus ſub Saturno, & reliqui ſeptenarij ſecundum eum qui fuerit prædominatus in præcedentibus: intelliget, cur prædictis uitis cooperantur Sol & Luna, ut cauſæ uniuerſales, & per appropria-

tionem Luna Mercurio & Saturno, Sol Veneri & Marti, ſimul uterque Ioui.

Canon XIII.

Qui intelligit, quomodo reperiatur pulchritudo in intelligibilibus, quomodo item in ſenſibilibus: intelliget, quomodo apud Platonem Amor natus ſit ex congreſſu Peniæ & Pori, in hortis Iouis, in natalibus Veneris, Dijs diſcumbentibus: quid Amor de quo in Sympoſio loquitur, quid duplex Venus: quid amor de quo Plotinus ſermocinatur: quomodo Orphei amor, & Agathonis, quorum alter antiquiorem, alter iuniorem Dijs dicit, concordent. Item quomodo pulchritudo in Deo, in totali & partiali intellectu, in anima, in uiſibilibus cœli accidentibus, in ſubcœleſtibus qualitatibus uiſibilibus, & in quantitatibus.

Canon XIIII.

Qui intelligit, quid uelit Plato in Timæo, cum dixit; Ex indiuidua diuiduaq́ꝫ ſubſtantia conflatam animã: intelliget Picum declarantẽ illud Platonis, cum dicit, Omne quod fit, à cauſa fieri. id eſt, referendum eſt per ſe, ad per ſe: & per accidens, ad per accidẽs. intelliget, quomodo anima intelligat per inſpectionem ad ideas, quis ſit modus cognoſcendi per ideas. quid in fabula Critiæ per quinq́ꝫ partus ſignificatur, quid per aliam uitam in Epinomide: quomodo ibidem Arithmetica ſit ea ſcientia, quæ maximè inter ſpeculatiuas faciat fœlicitatem. quid per cœlum ibidem, quid in Sympoſio Platonis per neceſsitatis regnum. quomodo Picus intelligendus, cum dicit, Per demonſtrationem Platonis in Phædro de animæ immortalitate, nec de noſtris animis, (ut Proclus, Hermias & Sirianus credũt) nec de omni anima, ut Plotinus & Numenius, nec de mundi tantum anima, ut Poſſidonius, ſed de cœleſti qualibet anima probatur & concluditur immortalitas.

Canon XV.

Qui intelligit, quomodo ſit tempus in incorporeis & in corporeis: intelliget, ubi habeat eſſe eſſentiale, totale, & participatiuum: quomodo à prima anima, quomodo item ab

item ab ultima: & quare apud Picum motus primi cœli, & uniuerſaliter quilibet motus, ſiue localis, ſiue alterationis, ſecundario & per accidens tempore menſuratur.

Canon XVI.

Qui intelligit, quomodo uidetur & auditur homo ab homine per motionem ſenſus ad extra, & quomodo uidetur & auditur dęmon ab homine & à dęmone, per motionem ſenſus ad intra: intelliget, cur homo non poſsit non uideri, ſi ſit præſens à rectè diſpoſito in potentia uiſiua: dęmon autem tunc ſolum uideatur, cum uult uideri: & quomodo (Pici ſententia) ex modo quo unuſquiſq; eorum uidetur, haberi poteſt: intelliget, quid ſit ſenſus naturę, quem ponunt Alchindus Bacon, Guilielmus Pariſienſis, & quidã alij, maximè autem omnes Magi: quid ſenſus uehiculi, quem ponunt Platonici.

Canon XVII.

Qui intelligit hãc propoſitionem in Phædro, Omnis anima totius inanimati curã habet: intelliget, quomodo prouidentia ſit in Deo, in intelligentia, in anima, in cœlo, & toto uniuerſo. & quomodo per dicta in Phędro de furore amatorio, conſtet ſecundum Platonem, non eſſe fœlicitatem in actu amoris: quomodo ex oratione Socratis in Phædro ad Pana, habeatur completè opinio Platonis de fœlicitate: intelliget, quod dicitur in Euthydemo, Non in habitu, ſed actu conſiſtere fœlicitatem: & quomodo Picus intelligatur de actu reflexo.

Canon XVIII.

Qui intelligit apud Peripateticos, quid ſit ſciẽtia uniuerſalis: intelliget id quod in Lachete dicitur, Quorumcunq; eſt ſcientia, non eſſe aliã eorundẽ ut pręteritorum, aliam ut præſentiũ, aliam ut futurorum. intelliget dictum illud in Sophiſte: Qui unum non dicit, nihil dicit. Hoc unum qui intelligit, intelliget Pici unum in alteritate.

DE MYSTERIIS LATINORVM.

Caput X.

Canon I.

QVi intelligit, quomodo, ſecundum Albertum, in quolibet puncto materiæ ſunt, per habitũ inchoa-

tionis pôteſtatiuũ, eſſentiæ omnium formarum natura-lium: intelliget illud diui Thomæ, quomodo materia ſignata ſit principiũ indiuiduationis, quomodo forma generatur per accidens, quomodo unum ſupra ens non addat priuationẽ, ſubiectũ & propria paſsio realiter diſtinguantur, eademq; ſit numero qualitas à principio alterationis uſq; ad finem: & quomodo, ſecundũ Franciſcum, quiditates habeãt ab ęterno ſuum eſſe formale à ſe, nõ ab extrinſeco: & pluralitas formalitatũ ſtat cum identitate reali: & quomodo Ens, ſecundũ Scotum, de ſuis paſsionibus & ultimis differentijs quiditatiuè non prędicatur.

Canon II.

Qui ſcit, ſecundum diuum Thomam, quomodo contingens rerum quę ſunt, erunt, aut fuerunt, exiſtentia fuit Deo ab ęterno infallibiliter nota: ſciet, quomodo contingentia ad utrumlibet futurorum, cognitorum à Deo, ſimul ſtat cum infallibilitate diuinæ ſcientiæ: & quomodo quodcunq; contingens Deus ſciuit eſſe futurũ, neceſſariò ſciuit illud eſſe futurũ: ſciet ſolam uoluntatem eſſe rationem prædeſtinationis, & reprobationis, ſine impoſitione neceſſaria, neceſsitatis, rebus uolitis.

Canon III.

Qui ſcit, ſecundum Scotum, quomodo aliquid poſsit ſeipſum mouere de actu uirtuali ad actũ formalem: ſciet ſecundũ D. Thomam, quomodo beatitudo ſit eſſentialiter in actu intellectus, quomodo nec fruitio, nec aliquis actus uolũtatis ſit eſſentialiter beatitudo: intelliget quoque, quomodo Chriſtus in ultimo iudicio iudicabit non ſolùm in natura humana, ſed etiam ſecundum naturã humanam: intelliget illud Alberti, quomodo forma in intentione & remiſsione, non uariatur ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum eſſe: & quomodo anima ſeparata intelligat, per ſpecies ſibi à principio ſui eſſe concreatas, quibus dum eſt in corpore, aut nunquam aut rarò utitur: & quomodo, ſecundum ipſummet Scotum, poſt paſsionem Chriſti potuerunt ceremonialia ueteris legis ſine peccato obſeruari: & quomodo, ſecundum Gandauenſem, habere aliquiditatiuam & diffinibilem realitatem, commune

commune eſt figmentis & non figmentis.

Canon IIII.

Qui intelligit illud ad Romanos, Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in uirtute, ſecũdum ſpiritum iuſtificationis, ex reſurrectione mortuorũ IESV Chriſti Domini noſtri: intelliget myſterium incarnationis, quantum ad perſonam incarnatam, quantum ad modum incarnationis, quantum ad coniunctionem humanitatis cum deitate, quantum ad humanam genealogiam, quantum ad humilitatem: & quomodo uerbum caro factum ſit: quomodo filius Dei ſecundum carnem factus, & ſupernaturaliter Deo ut coniunctum organum ex ſemine Dauid, præordinatus ſecundum ſpiritum, ſanctificatus propria autoritate, ex tempore, & cauſa propriæ reſurrectionis, qua ſurrexit à mortuis: quomodo etiam primum eſſe ſpirituale in myſterio incarnationis ſit, quomodo unctus unctione gloriæ ſuper omnes Reges.

Canon V.

Qui intelligit Ambroſium, cum dicit, Fides eſt radix omnium uirtutum: & quod ſuper hoc fundamentũ ędificaueris, hoc ſolum ad operis tui fructus, & uirtutis proficit mercedem: intelliget illud Gregorij, Nec fides habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. ſciet quoq;, quomodo, ſecũdum Auguſtinum, fides ſit prima quæ ſubiugat animam Deo, quæ præcepta dat uiuendi, quibus cuſtoditis ſpes noſtra firmatur, & nutritur charitas, & incipit lucere, quod antea tantummodo credebatur: & ſecundum Hieronymum, quomodo fidem ſpes ſequitur, & arcanum quod ſuperius memini, de quo non eſt ultrà dicendum.

Canon VI.

Qui intelligit, quomodo innaſcibilitas eſt poſitiua proprietas, conſtituens patrẽ in eſſe hypoſtatico incommunicabili: intelliget, quomodo hæc ab opinione ſancti Doctoris, à qua (ut Picus ſentit) multum ſecundum uerba uidentur diſſentire, nihil diſcordant: intelliget iuxta certum Doctorum fundamentũ, de ponenda ſexta notione, quę eſt inſpirabilitas, non debere diſcordare Thomiſtas

miſtas & Scotiſtas, nec in ſubiecto Theologiæ, in quo radicaliter & fundamentaliter concordãt diuus Thomas, Scotus & Egidius: nec in diſtinctione ex natura rei, nec in diſtinctione attributorum.

Canon VII.

Qui intelligit, utrum angelus potuerit diuinam ęqualitatem ſimpliciter appetere: intelliget, quomodo in hoc articulo præciſo à ſuis appẽdicibus, non diſcordet diuus Thomas & Scotus, nec de modo quo angeli ſint in loco, nec in materia, quid prius cognoſcatur, magis an minus uniuerſale: intelliget utriuſque mentem, quomodo de re nominaliter concepta, primus conceptus qui habetur, eſt conceptus uniuerſaliſsimus: quomodo de re definitiuè concepta, primus conceptus qui habetur, eſt conceptus rei, conceptus proprius & conuertibilis: quomodo in diſtinctiſsima cognitione, ultimò nota nobis ſunt prædicata maximè uniuerſalia.

Canon VIII.

Qui intelligit dimẽſiones interminatas: intelliget, opinionem Commentatoris de principijs & fundamentis, doctrinæ ſancti Thomę nil repugnare: nec in materia de obiecto intellectus, D. Thomam & Scotum diſcordare: nec in quæſtione de contingentia, ad utrumlibet in materia de caſu & fortuna: nec in quæſtione, an corpus cõpoſitum accipiat Phyſicus à Metaphyſico, re & fundamentaliter Auerroem & Auicennam diſsidere.

Canon IX.

Qui intelligit Picum dicentem, Vbi ideæ ſunt idealiter, ibi non ſunt formaliter: ubi ſunt formaliter, ibi non ſunt idealiter: intelliget, quomodo ideales rerum formalesq; rationes, à Deo in prima creata mente formaliter primò reperiuntur: & quomodo Deus cognoſcat creaturas, ut obiectum ſecundarium ſuæ intentionis. Ex huius poſitione intelliget Picum dicentem, Pater prius producit uerbum, quàm creaturas cognoſcat: intelliget, quomodo attributales perfectiones nec in Deo, nec ſecundum ſe quiditatiuè ſumptæ, dicunt diuerſas rationes in recto & principaliter definibiles, uel deſcriptibiles.

Canon

Canon X.

Qui intelligit, quomodo nulla multitudo intellectorum ſit in Deo, ſed unum penitus ſimpliciſsimum intellectum: intelliget, intuitum diuinæ cognitionis ad creaturas, tanquam ad obiecta primaria uel ſecundaria formaliter non terminari: & quomodo ſe tãtum, & nil aliud à ſe intuens, primariè, nec ſecundariè, unitiuè & eminenter, & plus quàm æquipollenter omnia cognoſcit: intelliget multas difficultates Pici, & plurima ſecreta, de quibus non ſunt plura dicenda.

DE CANONE omnium Canonum.

Caput ultimum.

QVi ſcit Breſit, iuxta Pici profundiſsimam inquiſitionem, exponere: ſciet, quomodo pater in filio, & per filium, principium, & finem, ſiue quietem, creauit caput, ignem, & fundamentum magni hominis, fœdere bono: intelliget illud, Ego ſum α & ω, Ego ſum uia, ueritas & uita: ſciet totam uirtutem & naturam omnium quę in mundo angelico, cœleſti & ſublunari ſunt: & quomodo non ſit aliquis unus ex eis, in quo non omnia ſint quę ſunt in ſingulis: & quomodo hic omnis cognitio, omnis motus, & omnis generatio conſiſtat. Hic totus apex, tota omnium ſenſuum ſacræ Scripturæ latet ſcientia: quam adhuc reſeratam nemo reliquit, quia eſt prima & principalis ex ſecretis ſecretorum.

FINIS.

IN INVIDVM.

Qui hæc non aſſequeris, ne fœdis excipe ſannis:
Eſt ſtolidi, ignotos carpere uelle lares.
Qui uerò dubitas, quaſi non ſim certa locutus:
Adſis, ſoluentur ſcrupea cuncta tibi.

t AD

AD SERENISS. AC CHRISTIANISSIMVM REGEM BOEMORVM, DIVVM MAXIMILIANVM, ARCHIducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, &c. PAVLI SCALICHII de Lika, &c. in Eulogum Proœmium.

SANÈ dudum animo meo cœpi uoluere, Sereniſsime Rex, atq; diligentius ſingula rimari, quánam ratione, meæ fidei & obſeruantiæ erga te poſſem argumentum oſtendere: cuius quidem rei poterit eſſe ampliſsimus teſtis, eximius & raræ prudentiæ uir Stephanus à Lauriburgo Amorfortius Medicus, cuius & eruditio & integritas Maieſtati tuæ proculdubio perſpecta eſt. is enim eſt, cum quo indies quaſi contuli, inquirens media, quibus deſiderio meo ſatisfacerem. Atq; nobis adhuc cogitantibus, ſubitò occaſio ipſa ſe obtulit, haud uulgaris: Quæſtio nimirum de anima ſeparata, eiusq; paſsione, uarijs opinionibus agitata. Quibus motus, non potui non pro ueritate ipſa diſputationem ſubire. Onus quidem arduum, ſed iucundum profectò: ſiquidem diuerſæ illæ opiniones, dum ipſam confutationem expoſcunt, & quæſtio uarias requirit particulares theſes, plurima libero homine haud indigna includit. Cùm enim alij philoſophicis rationibus, alij theologicis inniterentur, utroq; modo tractationem ſuſcepi. Quapropter incumbit diſputatio de unitate & pluralitate intelligentiarum, de motu cœleſti planetarum, & harmonia totius: de libero arbitrio, gratia, prædeſtinatione & reprobatione, peccato, inferno, &

ferno, & nonnullis alijs. Quam quidem diſputationem tibi, Sereniſsime Rex, dicandam exiſtimaui: non quòd digna ſit tanto Principe, ſed ut ſcias, me Maieſtati tuæ totum eſſe addictiſsimum. Itaq; oro, Maieſtas tua non dedignetur Enthuſiaſmum & Tagum pauliſper audire. ij enim inſtituunt Sympoſium, cui interſunt Aeſchyntilus, Ariſtus, & Eulogus: quibus paulo pòſt accedit Amymus. At Eulogus pertæſus gerrarum diſſerentium, ad Eubulum ſe conuertit: & quid ſentiendum ſit, ratione & auctoritate patefacit.

EVLOGVS, SEV DE ANIMA SEPARATA, EIVSQVE PASſione: autore Paulo Scalichio de Lika.

ENTHVSIASMVS.

COGITANTI mihi, Tage iucundiſsime, de admirabili hac Mundi fabrica, in qua omnia certa proportione, ac debito ordine adeò conſtant, ut nil aut addi, aut demi iuſtè poſsit (ſi enim ſpectes ipſius ſubſtantiã, inter corpora nil ſimplicius deprehendes: ſi qualitatem, pulchrius nil effingi poteſt aſtris, quibus uelut gemmis lucidiſsimis, circũquaq; ornatum eſt: ſi quantitatem, περιφερείᾳ ipſius omnium corporum dimenſiones complectêris: ſi ad aliquid, perfectius haud quicquam in natura corporea habebis, quę omnes reſpectus in ſeipſa includit, inq; loco eſt non ut in alio, ſed ut in partibus ſuis permanens, continuo ac perpetuo motu prædita, quo hæc inferiora animat, uiuificat, regit atque gubernat, ac omnes ſphæras ad ſui ſimilitudinem ueluti

miniſtras trahit, ſuoq́ influxu omnia penetrat, ſingulis pro ſua natura ſingulas uirtutes confert, lumine ſuo cuncta irradiat, fouet atq; alit: incorruptibilis quoq; eſt, omnis interim generationis & corruptionis cauſa.) De his inquam omnibus dum altiorem contemplationem inſtituo, occurrit mihi quæſtio, Quamobrem compoſito cuidam corpuſculo, ipſi nempe homini, generationi & corruptioni obnoxio, ac mea quidem ſententia longè imperfectiori, hæc uniuerſi pulcherrima machina ſubijciatur, & propter eum quicquid cœli terręq́ ambitu continetur, creatum ſit. Itaque, Tage amantiſsime, ſi placet, præbeas te huius diuini furoris ducem. TAGVS.

Optatus mehercle uenisti. In eodem enim ſcopo uerſor, ac idipſum præ manibus habeo: nec poſſum non arbitrari, utrumq; noſtrûm diuino percitum furore. Pergamus ergo, ac primùm inter nos tractemus propoſitum: ſin minus proceſſerit, ad ſympoſium tandem ſapientum confugiamus. Proponis, ni fallor, difficultatē: quî fiat, quòd iſta Mundi machina, tot & tantis inſignita atque decorata facultatibus, corpuſculo humano & corruptibili ſubiecta ſit: cum apertè uideamus, ipſum ab ea pendere, ut Philoſophus docet. Sol enim (inquit) & homo, generant hominem. Sed non eſt quòd in ea re ſis anxiè ſollicitus. Non enim ſubijcitur hæc Mundi fabrica, corpori huic corruptibili: ſed corpori potius incorruptibili, quod apud uetuſtiſsimos Hebræorum & Chaldæorum magiſtros, חברת media nocte copulatum nuncupatur. Antequam enim Adam præuaricatus fuiſſet, primo Adam in medio Paradiſi conſtituto, nulli corruptioni obnoxio, ſimilis fuit. At poſt pręuaricationem ea pars compoſiti iam pręuaricata, corruptioni ſucceſsiuę tradita eſt, quæ in ſcientia boni & mali conſiſtit. Ea uerò pars quæ in ſciētia ueri & falſi uerſatur, incorruptibilis manſit, qua mediante caſus alterius partis reſtaurari poſſet. Huic ergo ſcias omnia eſſe ſubiecta. ENTH. Non poſſum non meipſum tibi planè dedicare. Dixiſti enim, quæ olim apud complures legi: ſed ſubobſcuris recedentiū ſenſuum indicijs, & nunc primùm intellexi. Porrò, ſi placet

hoc myſterium reuelare, oro ne dedigneris plura detegere. niſi enim feceris, dabis locum pluribus conuicijs & obtrectatoribus: imò fortè ſummi ſacerdotes, re non bene intellecta, de te haud ſanam opinionem concipient. Dicis enim, quòd relicta ſit altera pars incorruptibilis, qua mediante caſus hominis reſtauraretur. Si intelligis animam hominis, uideris mihi errorem cõmittere. Alius enim eſt mediator ſalutis, nempe CHRISTVS Dominus noſter, quem totus orbis Chriſtianorum colit ac confitetur. Si uerò aliud quippiam inſinuare uelis, neſcio qua ratione partẽ hominis aſſeras. TAG. Mi Enthuſiaſme, habes ſanè in quo non parum dubitare poſsis, ſi rem ſine diſcurſu uoluas. At ſi rem uel paulo penitius introſpicias, non te quicquam mouebit. Et me enim ſcias eiuſdem eſſe religionis cultorem: & eam antequã uel in minimo offendere uelim, mallem in fruſta minutiſsima concîdi. Tu ergo auſculta, eam partem quæ incorruptibilis manſit, eſſe, qua mediante caſus hominis reſtaurari debeat. Scis enim, non omnes recepiſſe Chriſti doctrinam: & qui receperũt, utiq; per animam receperũt. Quo fit, ut Chriſtum, mediatorem inter nos & patrem æternum: inter corpus uerò & Chriſtum, animam dicere poſſimus hanc, quo ad receptionem fidei, qua ſalutem conſequimur: illum, quo ad redemptionem. Hic enim ſolus ſuſtulit peccata mundi. ENTH. Iam plenè intellexi animi tui ſententiam: atq; inde tibi nunc omnino adhæreo. Certum enim eſt, corpus ipſum ab anima regi, & uitam temporalem habere. Quare non eſt dubitandum, quin ab eadem ſubiectiuè uitam æternã ſpectet: utrunq; uerò originaliter & finaliter ab eo, cuius eſt & corpus & animam condere. Hæc enim ſola continet imaginẽ Dei. Sed non eſt in ea parte amplius immorandum. naſcitur enim denuò ex præſenti concertatione ſubobſcura admodum quæſtio: An ea pars hominis, quam incorruptibilem aiebas, poſsit ſeparari. TAG. Enthuſiaſme, uerè diuinus mihi uideris furor: quæris appoſitè, & furis utiliter. Pendet enim immediatè quæſtio, & plurimorũ conculcat ſapientiam: potiſsimùm uerò Epicureorum, qui

pecudis & hominis idem bonum ſtatuunt, teſte Cicerone 1. Acad. An ergo ſeparari poſsint, pars incorruptibilis & corruptibilis, manifeſtũ eſt. Si etenim non poſſent ſeparari, eſſent eiuſdem naturę: ſed non ſunt, quia ex diametro opponuntur: poſſunt igitur ſeparari. ENTH. Hucuſque tua inſtitutione mirum in modum afficior. Perge quæſo, ac ediſſere dubium, quod ex iſta quęſtione oritur: An ea pars iam ſeparata ſit alicui paſsioni obnoxia, cum & in corpore pati uideatur. TAG. Video animum tuum heroicum ad res graues & arduas natum, qui arcana adeò myſteria eruere conaris. Hinc non uideo conſentaneum, ut in re tanti momenti nos duo ſoli occupemur. Sed eſſet conſultò faciendum Sympoſium ſapientum, ubi omnia quæ tuus tibi dictauerit animus, & tutius & liberius tractari poſſent. ENTH. Conſilium placet, eſto, inuitemus quos nouiſti ingenio & eruditione claros: Tu enim ſcis, me ab ineunte ætate in ſapientum Sympoſio educatum. & ſatis ſcio, quantum ea res utilitatis adferat. In eo ſiquidem, ac in literaria palæſtra, animi uires & fortiores longè, & uegetiores euadũt. Habet enim Palladis apud Poëtas arma, & apud Hebræos ferrum, ſapientum ſymbolum. Quippe eſt Chaldęorum more, in cuius Geneſi Mars Mercurium triquetro aſpectu conſpicit. TAG. Audio famam peramplam uiri cuiuſdam Eulogi nomine, quem aiunt in uario ſcientiarum genere uerſatum, adeò ut pro miraculo habitus, adoleſcens in omnibus facultatibus concluſiones publicè diſputandas proponere non ſit ueritus. Oro experiaris eius uiri ingenium. ENTH. Noui equidem uirum: atque ille forſan eſt, qui ante paucos menſes cum doctiſsimo quodam uiro diſſeruit, & plurimum ab ingenij acumine fuit commendatus. Sed ſcripſit quædam difficilia ualde, ac potius ridicula, quæ nec ipſe intelligere fertur: item barbarus eſt, ut aiunt, & barbaros Lulliſtas legit, ut qui uix duo ſciat Latina connectere uerba: easq; laudes, quas eum hauſiſſe putas, exiſtimo eſſe fabulas. Teſtantur enim eum plerique apud nos, indoctum. Præſtaret proinde illum abeſſe noſtro inſtituto. TAGVS.

Ego quoq;

Ego quoq; nonnunquam talia percepi. Sed æmulorum inuidia has technas parari potius crediderim, quos plurimos habet. Nil enim Lulliſtici in eo libello uidi: quandoquidem Hebræorum, Chaldæorum, Aegyptiorum, Perſarum, Orphei, Pythagoræ, Arabum, Græcorum & Latinorum tãtum, ibidem utatur opera. Quodq; difficilia ſcripſerit, quæ ob imperitiam uulgi non percipiuntur, nunquid ideo damnandus eſt, & culpandus, quaſi ipſe non intelligat? Legi profectò ſententiã quandam Ambroſij Camalduenſis ordinis, pro defenſione S. Dionyſij Areopagitæ, quæ plurimum pro Eulogo facit, cuius uerba libenter recenſebo: Et pleriſque (inquit) ut miſeris condolendum eſt, qui propter ſuam ignorantiam acerbos ſe iudices atque cenſores præbuerunt, qui acuta cæterorum inuenta, prout ignorantia ſua dictat, acerbè carpentes, cum legunt quæ non intelligunt, ſcriptorem ſtatim condemnant: neque eos pudet, quòd nec redarguere, nec emendare poſſunt, quæ malè putãt conſcripta. ad ſeipſos ergo iram ſuam conuertant, ſibijpſis acerbi ſint, qui per negligentiam altiora diſcere nequiuerunt: quiq; à doctioribus petere dedignati, in dubijs ſuis contabuerunt. Itaque nõn temerè ſunt quibuſuis aures arrigendæ. Obſecro autem, hac in parte gerito mihi morem. audiamus hominem: tum demum, uerá ne an falſa ab iſtis dicantur, ſciemus. ENTH. Miror quòd tantopere tuearis eius partes. nónne tibi magno argumento eſſe debent, Occultorum occulta, ipſius inſcitiæ? ubi in fronte libelli, imò in ipſo titulo pueriliter errauit: atq; idipſum ſecũdi capitis diuiſio quoq; tenet, differentiam ponens inter Occultorũ occulta, & ipſa occulta: ipſe uerò inſcripſit, Occulta occultorũ occulta: ubi eſt puerilis illa coniunctio? Sileas igitur oro, nec in poſterum facias illius mẽtionem. TAG. Ha ha he: non poſſum non ridere profectò. ex coniunctione ne tu hominen iudicas? Eſto, omiſit, an ideo errauit? Certè doleo, quod nunc repuereſcas. Sanè uerò bene egiſti, quòd mihi idipſum in memoriam reuocaueris. multorum enim deprauatæ opinioni reſpondebo. Non cuiuis homini contingit adire

Corinthum,

Corinthum, nec quibuſuis datur eius libelli intellectus. Hoc (proh dolor) quaſi inoleuit iſtis Sorbonicis Atlantibus, ut quęrant quod reprehendant, cùm meliora dare non poſsint: ac ſi minus intelligant, ubi apertè temerarij eſſe non ualent, temeritati tamen ſuæ conſulunt: poſtpoſitoq́ ſenſu, quem diſcere pudet, ad uoculas pergũt, & Grammatellos agunt. Sed quid aggreſsi ſunt reprehendere? an coniunctionem Et? Audiui ex quodã meo amico, qui ad eum detulerat hanc uulgi, & quorundam qui ſibi ſapere uidentur, opinionem. ille uerò ridens reſpondit, inquiens: Ego tetraſticho in inuidũ, omnibus ſignificaui, ne temerè quicquam reprehendant: ſed dubia ſi quæ habent, cum præſens ſim, nec intra parietes latitem, mihi proponãt: idq́ ſiue publicè, ſiue priuatim. conabor enim pro meo captu reſpondere. Sed ad iſtam imperiti uulgi obtrectationem nil reſpondeo: doctis autem illis dico, benè eſſe poſitum, Occulta occultorum occulta, ſine coniunctione Et. imò oppoſitum non conueniret: & ratio eſt. Hîc enim ultimũ illud nomẽ Occulta, poſitum eſt pro abſcondita: quaſi dicerem, Occulta occultorum occultata, ſeu abſcõdita, aut uelata. Ea enim occulta, quæ hoc tempore ſunt apud omnes occulta, & ego occultaui: quo fit ut ſcripſerim, Occulta occultorũ occulta: hoc eſt, per me quoq; occultata. quod etiam facilè uel quiuis idiota elicere potuiſſet, ſi à primo ſaltem limine ſalutaſſet Procœmium eiuſdem libelli. ordior enim: Mouit me ſagax Maieſtatis tuæ & profunda rerum inquiſitio, &c. ut arcana arcanorũ arcana quadam methodo recenſerem. Sed hoc quid aliud eſt, quàm ut occulta occultorum occulta quadam methodo recenſerem? Licet iſti obijciãt ſecundi capitis diſtinctionem. ibi enim dico, alia eſſe occulta, alia occultorũ occulta: quaſi me proprio iugulent gladio. Ego uerò ad iſtam quoq; obiectionem reſpondeo: ſecundum nempe caput non eſſe de ſubſtantia occultorum, ſeu illius libelli: ſed directorium quoddam, uel modum procedendi, quo uolui docere, ea quæ ſunt occultorum occulta, quónam ſint uelamine tecta. Expoſita enim ſunt per me omnia, ſed recondita una maxima, quæ non eſt

non eſt declarata. Ideo in eo capite doceo, undè nam illud occultum uelamentum ſit deſumptum. non autem enumero talia uelamenta, quemadmodum occulta occultorum. Hæc itaque ſi mei calumniatores bene perpendiſſent, ſenſui potius quàm uocibus innixi, proculdubio ſiluiſſent. Solet enim fieri, ut quemadmodũ canes, ignotos allatrant: ſic iſti, quæ non intelligunt, damnant. Hæc Eulogus. Nunc mi Enthuſiaſme, quid tibi uidetur de Eulogo, an non ſatisfacit? Mea quidem ſententia, confutat aduerſariorum & reprehendit dicta: ille adeſt, omnibus patent fores. cur eum non accedunt, & eo præſente non reprehendunt, ſi quæ reprehenſione digna eſſe putant? Sed adhuc Ambroſij illius ſententia, paulo antè à me recitata, in iſtos quadrat. Quare ſi placet, audias uirũ. ENTH. Tamen neutri aliqua familiaritate eſt iunctus. Vnde ciuilitas ipſa nos prohibet ab hoc propoſito: ac uereor, ſi uocatus fuerit, ne recuſet. Audiui enim, eum paucíſsimos curare. TAG. Atque ego hæc eadem accepi ab eis, qui ſæpe inſtituunt cum eo familiaria colloquia. Sed habeo amicum quendam peritíſsimum, qui nouit animum eius, qualis ſit: ex eo facilè intelligã. pergam igitur ad eum, & ſingula quæ narrauerit referã. Ariſte, uir eruditíſsime, ſalue. non eſt quòd multis ambagibus utar. ſcio enim apud te omnia mea arcana tuta eſſe: ideo paucis accipe cauſam acceſſus. Enthuſiaſmus, amicus meus, iam furori ſuo indulget: alta ſpeculatur, quæ & tu audies. optat Sympoſium ſapientum inſtituere, ut inde animo ſuo ſatisfaciat. Quæſiuit ex me, quóſnam doctos & ingenioſos hîc noſſem? dixi, de Eulogo tuo multa narrari admirãda, quod & ille audiuit. Sed à quibuſdam logodædalis malè inſtitutus, ſiniſtram habet de ipſo opinionem. Perſuaſi autem, ut hunc quoque audiat. atque is eum iam ſummopere deſiderat. Neſcimus uerò, quomodo noſtri uoti compotes reddamur: ſiquidem eum hominem paucis addictum intelleximus. Tu, cum ei familiaríſsimus ſis, edoceas oro, quid nos facere deceat. ARISTVS. Tage amicíſsime, hominem noui qualis ſit. Eulogum non capiunt parua: nec eſt quod meis uerbis cre-

das, experiaris licet. Quę non ideo loquor quòd mihi familiaris: ſed quòd ſic res ipſa ſit. Conabor ei perſuadere, ne recuſet. ac rectà ad eum ibo, tu redeas ad Enthuſiaſmum. Euloge auſculta. fuit apud me Tagus, uir inſignis eruditionis: cupit habere tui familiaritatem. quare ob meum amorem, non recuſabis uenire. EVLOGVS.

Ariſte, ſcio te habere perſpectum, apud magnates rarò philoſophię amorem apparere: imò & quem philoſophię deditum ſciunt, perinde ac Sireneos ſcopulos deuitare. Ego uerò ſic ſum inſtitutus, ut eos ſaltem amem & colam, quos uirtutis & ſcientiæ rapit amor. Sed uix mihi perſuadeo, apud iſtos hæc ſtudia magnifieri. ARIST. Euloge, itáne amicos obſeruare ſoles, ut amicorum gratia nil facere digneris? id ſanè primùm experior. At ſi eſt apud te aliquis locus meæ obſeruantiæ, hac in parte ſaltem exprime eam. Scias enim, te uirum raræ eruditionis auditurum: quod niſi eſſet, tibi nedum ſuaderem, ſed omnibus modis diſſuaderem: & credo, Tagum & ſuo & Enthuſiaſmi agere nomine, ut te audiant. aderit quoque Aeſchyntilus, primę doctrinę uir: quin & ego interero. EVL. In tui gratiam non recuſo. Sed quid audire cupiunt? forte parturientes montes, ut naſcatur ridiculus mus. TAG. O' Enthuſiaſme, non dubites: Ariſtus id pollicetur ſe effecturum. is quoque unà cum Aeſchyntilo, eminentiſsimo philoſopho, aderit. ENTH. Optimè actum. Ego interim contemplatus ſum, quibus Eulogum excipiam. non puerilia, mihi crede, proponam: quæ ſi diluet, erit alter Apollo. Sed aduentãtes uideo. Gratus eſt mihi ueſter omnium aduentus, Aeſchyntile, Ariſte, & tu Euloge: quem etiam huic noſtro ſympoſio intereſſe cupiebam. Inſtitui enim cœnam philoſophicam, qua ſimul cum corpore & animũ paſcamus, more Therapeutarum & Gymnoſophiſtarũ. Quare aſsideatis oro, & ſumite cibaria: ego interea quendam animi mei ſcrupulum in medium adferam. Dum cum Tago de uniuerſa hac Mundi machina ſermocinaremur, deuenimus & ad hominem, cur ei ſubijciatur iſte: & an ſeparari poſsit altera ſuæ compoſitionis pars: eaq; ſingula accepimus.

Sed

Sed nata eſt quæſtio, utrum anima ſeparata, ſit paſsioni ſubiecta: quam cùm ipſi attentare auſi non fuerimus, ueſtro ſympoſio indiguimus: ac oramus, dignemini hanc quæſtionem tractare. AESCHYNTILVS. Certè magna incũbit difficultas: nec arbitror, quòd modo philoſophico poſsint aſsignari rationes, in affirmatiuam partem. Quare meo quidem iudicio dicerem, eam non eſſe paſsibilem, quia non eſt corpus. ENTH. Quid uerò tu ſentias, ô Euloge, dicas oro. EVL. Malo tacere, quàm loqui. Huius enim aliquando pœnituit, illius nunquam. utinã uerò hactenus abſtinuiſſem, apud iſtos præſertim: ſiquidem nil aliud quàm odium & inuidiam multorum, mihi hac ratione conciliaui. Quare præſtat tacere, quàm loqui. ARIST. Heus Euloge, ex auditu naſcitur fides: quapropter dicas, quod ſentis, liberè. ENT. Nunquid, ô Euloge, arbitraris me tuum Zoilũ? EVL.

Scio te mihi patrocinatum fuiſſe apud quendã uirum illuſtriſsimũ: ideo non eſt quod arbitreris, me tale quid de te ſuſpicari. ENTH. Dicas ergo cõfidenter, quidnam ſentias. EVL. Non poſſum non tibi placere: quandoquidem tanto ardore me hac de re diſſerentem audire cupis. Sed antequam id aggrediar, rogo uos, ne hoc meum philoſophari in ſiniſtram partem rapiatis. AESCH. Quomodo uerò? nemo eſt qui non niſi in optimã accepturus ſit partem. EVL. Quæſtio, An ipſa anima ſeparata patiatur, non uidetur mihi difficilis. & pace tua dixero Aeſchyntile, eam naturaliter poſſe probari, paſsioni eſſe obnoxiam, præſuppoſitis tamen quibuſdam. Quædam nimirum habere principiũ, quædam non: ut ſunt principia, quæ cum talia ſint, ſe prius nil habent, ſed ſunt cauſa omnium, ſecũdum Philoſophum. Itaque anima ſeparata, aut eſt principium ipſum, aut principiatum. Si principium, ergo eſt cauſa cæterarũ animarum: quod eſt impoſsibile, (loquor hîc de principio, inquantum principio: ſcio enim, animam in corpore, principium formale motus, quietis, &c. ſed loquor de ſeparata: hæc debet eſſe principium, ſi eſt, ut ſui ſimilia producat. ſicut enim materia in materias, & forma in formas ſe

 diffundit:

diffundit: ſic anima ſeparata in animas ſeparatas, ratione principij.) Ita enim eſſent quaſi infinita rerum principia. Nam ſingulæ ſpecies haberent ſingula principia: ideoq; duntaxat in intelligentijs darentur, ſecundum Ariſt. 12. Metaph. 47 aut 55 principia: quia tot ſunt diuerſæ intelligentiarum ſpecies, ut inferius patebit. Si principiatum, ergo anima erit paſsioni ſubiecta: ſiquidem principium eſt principiati principium, quemadmodũ actio paſsionis actio. AESCH. Miror qua ratione id fieri poſſit, cum anima ſit immaterialis. EVL. Imò apud Pſellum ſi dęmones dicuntur corporei, non uideo cur anima ſit immaterialis: niſi fortè ſic nũcupetur, quia ſubtilior in dæmonibus ſit materia. AESCH. Legiſti ne tu Ariſte, hæc ſic haberi apud Pſellum? ARIST. Legi: & à fide dignis intellexi, dęmonicum corpus ad ſenſum tactus lubricum aliquid uiſum fuiſſe. AESCH. Eſto. Mihi uerò non ſatis uideor poſſe eius paſsionẽ aſſequi. EVL. Vulgato exemplo huius rei difficultas poterit exprimi. Videmus enim, dum anima in corpore exiſtit, corpus pati: quàm primum corpore ſoluta fuerit, corpus nulla paſsione affici. ENTH. Quemadmodum corpus abſque anima non patitur, ſic anima abſq; corpore. EVL. Enthuſiaſme, non bene conuertis. Anima enim eſt principium, à quo corpus mouetur. Sed principij natura hæc eſt, ut principium principiet, & ſe non ex alio: alioquin non eſt principiũ. Quòd autem ſit principium motus in corpore organico, patet ex Ariſtot. ſolutum ergo à principiato, etſi ſoluatur actus reſpectu corporis, non ideo potentia ſoluitur: quæ & reſpectu ſui & aliorum, animæ ineſt. AESCH. Si anima ſeparata eſt actus & potentia: ſequitur, quòd materia & forma ſint idem principium. EVL. Anima ſeparata eſt actus ſui ipſius, potentiam habens ad ſeipſam & ad alia, non diſtinctam, ſed coniunctam: materia uerò ſemper eſt potentia alia, & diuerſa ab actu: purus ergo actus ſemper eſt idem cum ſua potentia. ENTH. Poteris ne, ô Euloge, aliquo exemplo ſacrę Scripturę id probare? EVL. Quid ni? Habes exemplum de Lazaro & diuite, item de

ultimo

ultimo iudicio. ENTH. Alterum eſt parabolicè dictum, alterum de reſurrectione: tum uerò animæ erunt coniunctę, & non ſeparatæ. EVL. Aut illa parabola eſt uera, aut falſa. Si falſa, Euangelio non eſt credendũ: ſi uera, ergo patiuntur. De reſurrectione uerò animarum & corporum ſcias, quòd tum non ſic patientur, ut in præſenti coniunctione: Non enim nubent, &c. (ut dicit Dominus) ſed erunt ſicut angeli Dei. Et ſi fortè deſideras apertũ exemplum, habes patres in limbo, ſine corpore & corruptibili & incorruptibili. ARIST. Eulogus certè mihi placet, cõcludit enim. AESCH. Quomodo, concludit? nihil minus. EVL. Quemadmodum hæc ſenſibilia patiuntur ſenſibiliter, ſic inſenſibilia inſenſibiliter: nec eſt quicquã in ſenſibilibus, quod non ſit in inſenſibilibus, ſed præſtantiori & nobiliori modo. ENTH. Gratiſsimus ueniſti mi Amyme: accumbe, obſecro, & digneris de arduo propoſito Aeſchyntilum ac Eulogum concertantes patienter audire. At Euloge, obſecro, in gratiam Amymi, quomodo probas animę ſeparatæ paſsionem? EVL. Quaſi euenit quod concœperam, ac idipſum ſæpius Ariſtũ mihi amiciſsimum dicere ſolitum aduerti: nempe, omnem comparationem, æmulationem, & diſputationẽ odioſam eſſe. Porrò quid uobis proderit, ſi in me multorum conflauero odium? & mihi ſanè plurimum oberit. Aeſchyntilum reprehendere non audeo, qui plurimũ pollet autoritate & eruditione apud Iouem, cuius indignationẽ ſubire nollem. Ideo malo abſtinere à diſputationibus: in primis autem, cum longè me doctiores adſint. ENTH. Antea quoque tali præfatione utebaris: audiſti eo tum, neminẽ hîc eſſe qui te nõ amet atq; diligat. Pergite igitur tu & Aeſchyntylus, præſens inſtitutũ tractare: cæteri auditores ſunto. EVL. Si ita eſt, pergam: & omnem, ſiue angelorum, ſiue dæmonum, ſiue animarum ſpiritum paſsioni obnoxium eſſe, in hunc modum deducam. Spiritus ipſe aut unus eſt, aut plures. Vnus eſſe non poteſt, quia aufertur differentia. Si plures ſunt, aut finiti, aut infiniti: infiniti, licet quo ad nos, non autem quo ad naturam. Si finiti,

aut ab infinitis mediatè pendēt, aut immediatè. non hoc modo, quia differentes: ſi autem mediatè, aut ratione eſſe, aut non eſſe. non ratione eſſe, propter unitatem: ſi uerò ratione non eſſe, tunc datur reſpectus actionis & paſſionis, quæ opponuntur relatiuè. ergo omnes ſpiritus patiuntur: & per conſequens, anima. AMYMVS. O' Euloge, uſq; ad diſtinctionem mediati atque immediati bene pergebas: ſed reliquus proceſſus non quadrat. Appellas præterea animam ſeparatā ſpiritum, quod eſt falſum. In ſacris enim literis uentum ſignificat ppriè: quo fit, ut nec genus ſit, ut tu uideris innuere. EVL. Licet tuum non erat, mi Amyme, meum ſermonē reprehēdere, ſed Aeſchyntilo potius hęc incumbebat oppugnandi prouincia: ego tamen oſtendā, me bona coaceruatione cōtinuaſſe probationem: & animam ſpiritum eſſe, uarijs Scripturæ locis ſuo loco declarabo. Vereor aūt, te non ſatis intellexiſſe. AESCH. Mi Euloge, ſi omnis paſsio fiat per contactum, non uideo quomodo eam animæ ſeparatæ attribuas. & ni fallor, actionem & paſsionem ais in prædicamento relationis: id mihi pariter non uidetur, nam iure paſsio eſt in qualitate. EVL. Miror Aeſchyntile, quod de contactu loquaris: quandoquidem hoc diuerticulum ſuſtuleram, dum dicerem, animā paſsibilem ſeparatam, & non cōiunctam. Actionem uerò & paſsionem, in prædicamento non qualitatis, ſed relationis eſſe, affirmo: ut ſuo loco patebit. Cęterum uideo neminem ex uobis, animi mei ſententiam intellexiſſe: omnes quidem loquimini, ſed ſeruatis ordinem initiò inſtitutū nullum: uagamini, alter in ſpiritu, & diſtinctione mediati ad immediatum: alter in prædicamentis. ad propoſitum uerò nil dicitis. AESC. Ego uerò ſum ſatis certus, nullam paſsionem fieri niſi per contactū: & cum anima nec oſſa habeat, nec carnem, nec quicquā horum quæ ſenſui ſubijciuntur, paſsionem non recipit: aliàs eſſet harmonia, quod ſecūdum Platonē non poteſt aſsignari. dicit enim, animam ad numerum concentu quodam eſſe compoſitam. EVL. Non omnis paſsio fit per contactum, ut ſuperius memini: quare illa tua maior non conſtat. Ani-

mam uerò, ſecundum Platonem, è numeris harmonicis conſtructã, nemo non uidet. Concedit enim in ea ſeptenariam numerorũ harmoniam, compoſitorum proportione. licet in Phædone, Ariſtoxeni harmoniã, muſicam illã, Socrates refutat: quam nec ego admitto, ut patebit. ENTH. Tage, arrige aures, & auſculta. Aeſchyntilus certè philoſophatur, & doctiſsimè inſtat: in Eulogo uerò nil aliud animaduerto, niſi theologicam quandã phraſin, id eſt barbariem. TAG. Atq; tu Enthuſiaſme auſculta. Aeſchyntilus Eulogum (ut ego percipio) non intelligit. Eulogus enim in abſtractis & ſeparatis uerſatur: hoc eſt, in ſublimi illa contẽplandi philoſophia. Aeſchyntilus uerò in ſenſibilibus & cõpoſitis iacet, atq; in illis oberrat. Dicit enim, per contactum fieri paſsionem duntaxat, cum tamen affectus ipſi longè intenſiorẽ paſsionem efficiant, quę non fit per contactum: ſicut habetur in ſpecie qualitatis de paſsione. Tandẽ ait, actionem & paſsionem non eſſe in prædicamento relationis; quod eſt contra omnes logicos. Omnes enim reſpectus, præſertim ſecundũ eſſe, non poſſunt eſſe niſi in relatione. At ille, fortè motus ſpecie illa qualitatis, dixit, uerùm ne illa quidem eſt in qualitate, quia deſignat tantum eas uoces, quæ ſub illa ſignificatione qualitati cõueniunt: ſed eſt ipſa qualitas. Porrò cum quęritur de uoce qualitatis paſsioni ſubiectæ, tum aut de qualitate, aut de paſsione oritur quęſtio. Si de qualitate, non eſt docti, dicere qualitatem eſſe in qualitate, quo ad modũ docendi: id enim quod in aliquo eſt, debet eſſe anguſtius. niſi fortè de idẽtica prædicatione loquaris, quę nil docet, ſed eſt repetitio principij, à logicis uelut inutilis reiecta, & quæ ignorãtiæ cauſam reddit. Si uerò de paſsione fit quæſtio, tum certum eſt, paſſionem eſſe in relatione. Ea enim non poteſt eſſe ſine actione: nec alterũ horum definiri, niſi per alterũ. Quapropter nunquam poterit Aeſchyntilus hoc defendere, etiamſi mille quęrat diuerticula. Pręterea mihi quoq; uiſus eſt in harmonia nonnihil erroris cõmiſiſſe, ubi negabat ſecundũ Platonem harmoniam eſſe ipſam animam: quãuis in eo benè dixerit, quod id Plato negauerit, ſed

non abſo-

non abſolutè. Socrates enim in Phædone opinionem illam de harmonia muſica, quã Ariſtoxenus putabat, confutat: ideo aũt harmoniam mentalem non negat, de qua ſpero Eulogum mentionem facturum. EVL. Non dubito uiri præſtantiſsimi, de ueſtra eminentiſsima eruditione: ſed cum hæc ſint extra profeſsionem ueſtram, & quaſi hactenus ab omnibus intacta: non excandeſcatis, oro. Dicam enim quod ſentio: uos nimirũ hæc alta non capere. Quo ſit, ut uobiſcum hac de re conferre, nihil ſit aliud quàm tempus inutiliter terere. Proinde liceat hæc cum Eubulo præſente tractare. dabo enim operam, ut qua poterunt diligentia excutiantur, & ad ſingulas ueſtras opiniones ſuo loco reſpondeatur. Scio enim Eubulum in ea re fœliciter exercitatũ, nil prætermiſſurũ, quod præſens negocium concernet. Heus Eubule, ſi memor es eorum quæ in Sympoſio ſunt tractata, precor conferamus inuicẽ, ac quid ſit ſentiẽdum in hac quęſtione determinemus, ne Enthuſiaſmus nos ignaros eſſe cõcionetur. EVBVLVS. Iubeas, nihil non in tuam gratiã ſum facturus. ſingula diligenter perpendam, prout geſta ſunt: ac in rebus dubijs me opponam, ut res eo certior & dilucidior ſit. tu ergo fœlix incipe. EVL. At hoc ipſum eſt, quod ex te cupiebam. aduerte igitur diligenter. Enthuſiaſmus ille, ſi humanam hanc ſocietatem ſpectes, & communem modum apprehendendi, (de te enim non loquor) arduam mihi propoſuit diſputationem: de ipſa nimirum animę ſeparatę paſsione. Vulgata enim opinio philoſophorum, uidetur eam impaſsibilem concludere. Aufert ſiquidem tam uirtutes, quàm ſpiritus, naturales, uitales, atq; animales. Quare & Ariſtoteles & Galenus ceſſabũt rixari. hic namq; in epate, ille uerò in corde radicari motionem humorũ, non poterit defendere: quandoquidem nec epar, nec cor, nec arterias, nec uenas, quibus mediantibus id fieri ſolet, nec quicquam organici in ea admittat. Purum enim actum, nulli corruptioni aut generationi obnoxium, omni potentia & tranſmutatione carentem, tuetur. EVB. Sanè uel eo grauis eſt diſputatio, quòd nemo ex philoſophis hactenus de ſeparata anima

anima inſtituit tractationem: & quod ſciam, nec theologi hac de re diſſeruerunt. Aut enim de anima ut inſita eſt corpori humano, aut ut in extremo iudicio cum corpore reſurrectura, tractarunt. Tu igitur Euloge, tibi magnũ onus impoſitum meritò ſcias. EVL. Ais, nullũ philoſophorum hac de re habuiſſe propoſitum: id uerũ eſſe non dubites. Quotquot enim de anima tractârunt, id præſtare ſic uiſi ſunt, ut corporibus animatis inſita eſſet. Pythagoras enim harmoniã: Plato in Timæo, & omnes Academici, eſſentiam intellectilem, mobilem, ad numerum concentu quodam compoſitam, ſeſe mouentem, è duplici eſſentia indiuidua atq; diuidua effectam: Ariſtoteles initium, quo uiuimus, ſentimus, mouemur, ac primò intelligimus, ſeu ἐντελέχειαν, id eſt, actum primũ corporis organici, uitam poteſtate habentis: Hippocrates, ſpiritum tenuem: Galenus, de animi morum & corporeę temperationis cõſecutione, ipſam corporis temperationem è quatuor elementis certa proportione concretam: Heraclitus, lucem: Democritus, ſpiritũ ex atomis compoſitum: Aconomius Hypereus, igneum uigorem: Parmenides, de terra & igne: Zeno & omnes Stoici, ignem in nobis ſitum, & uolũtarium: Epicurus, ex aere & igne, ſeu uoluptatem & dolorem corporis. omnes enim animi & uoluptates & dolores, ad corporis & uoluptates & dolores pertinere uoluit. Vnde manifeſtè cõſtat, mi Eubule, de ſeparata anima nullum philoſophorum peculiarem inſtituiſſe tractatum. EVB. Occurrit in hac tua enumeratione, doctiſsimus ille uir Aeſchyntilus: qui, ni fallor, ex Platonis ſentẽtia negabat, animam eſſe harmoniam: tu aũt uiſus es affirmare. Sed quomodo affirmes, non patet. Definitio enim Platonis non tuam, quin potius Aeſchyntili ſententiam tuetur. EVL. Mi Eubule, rectè facis, quòd mihi illud ipſum in memoriam reuocaueris. Videtur enim ille bene dixiſſe. Siquidem harmoniam intellexit proportionem Muſicã, quam & Ariſtoxenus putabat: talem harmoniam in Phędone Socrates refutat. Ego uerò cùm dixi, Platonem animam ipſam harmoniam appellare, ſeu è numeris harmonicis conſtructam:

ctam: non quòd muſica conſtet harmonia, uti Ariſtoxenus putabat: ſed quòd magnum in actionibus ſuis ordinem & rationem ſeruet, more interpretum aſſeueraui. quod ipſe quoque Plato inſinuat, cum è duplici eſſentia (quam Craterem uocat) Deum effeciſſe adhibita ſeptenaria numerorum harmonia compoſitorum proportionem aſſerit. EVB. Præterea tuę cõcluſioni aduerſatur Cicero 1. Tuſcul. inquit enim (Stoicorum ſententia) diu manſuros animos, cum corpore exceſſerint: ſed non ſemper. & alibi, Animi motus ſempiternos. atq; in Somnio Scipionis in hæc uerba: Eorum animos, qui ſe corporis uoluptatibus dediderunt, earumq; ſe quaſi miniſtros præbuerunt, impulſuq; libidinũ uoluptatibus obedientium, Deorum & hominum iura uiolarunt, corporibus elapſos, circa terram ipſam uolutari: nec in hunc locum cœleſtem, id eſt cœlum, niſi multis exagitatis ſeculis, reuerti. unde philoſophos olim de ſeparata anima & eius paſsione diſſeruiſſe apparet. EVL. Acutè profectò meam ſententiam infringere conaris, ſed paulo diligentius aduerte oro. Veram animę paſsionẽ, hactenus nulla demonſtratio enunciauit: opiniones quidem probabiles pleriq;, è quorum numero & hæc Stoicorum ſententia eſt, adferebant: at omnes, rationes depromptas ab effectibus, ſeu actionibus compoſiti. arbitrabantur enim, animos perinde ac corpora torqueri, licet diuerſo & ſubiecto & obiecto. Attamen longè eſt alia animæ ſeparatæ paſsio, quæ demonſtratione conſtat: atque illam ipſam nos uenamur (ut in ſequentibus patebit) quam nullus philoſophorum cognouit: nihilominus eorũ fundamentis edoceri poterit. EVB. Polliceris te primùm hanc paſsionum diuerſitatem oſtenſurum: ego uerò non prætermittam, atq; aduertã in te diligenter. EVL. Rem mihi gratam facies: ac ſi quid euanuerit, tu refricueris. At ne circa id nunc immorari uideamur, proſequamur noſtri inſtituti ſtatũ. Nec eſt quod arbitreris, me de immortalitate animæ diſputaturum: an immortalis ſit, an ſeparari poſsit, an iuncta corpori patiatur: ſed, an ſeparata, & quomodo patiatur. Quod cùm ueteres intactũ reliquerint, diffi-

rint, difficile erit attentare. At in re tam graui, tam magna (ut Pici uerbis utar) tenui ingenio exiguaq́ꝫ doctrina adoleſcentem hominem defeciſſe, uenia potius dignum erit, quàm accuſatione. quin & iuxta Poetam, ſi deficiant uires, audacia certè Laus erit: Et, in magnis uoluiſſe ſat eſt. Quapropter, etiamſi ſacri eloquij apertum teſtimonium habeamus, de patribus in limbo, de diuite & Lazaro, de extremo iudicio: atqꝫ credamus Euangelio, malos nimirum in ignem æternum, bonos uerò in uitam æternam ituros (quorum alterum ante reſurrectionem ſeparatè, reuera & ſecundum parabolam: alterum poſt reſurrectionem, omni mutatione remota, paſsioni ſubijcitur) ſublimiori tamen philoſophandi contemplandiq́ꝫ ocio addictus, rem intrepidus aggrediar. Ac primùm quidem iſtud confidenter dicam, quòd omnis ſiue angelorum, ſiue dæmonum, ſiue animarum ſpiritus, paſsioni ſit ſubiectus. EVB. Antequam progrediaris, memẽto negaſſe Amymũ, ſpiritus propriè dici de animabus, &c. quare tibi incũbit, id aut refutare, aut concedere. EVL. Non me latet, mi Eubule, ſæpenumero Sacras literas, anima pro ipſa uita uti: ut, Animam eius non tangas, Non interficiamus animam eius, Animam occidere non poſſunt. Item, pro homine uiuente, edente, bibẽte, dormiente, faciente aliquid: unde & Paulus uocat hunc, Animalem hominem: ut, Dilatauit animã ſuam infernus. Item, pro uoluntate uel animo. Pſal. 6. Vt erudiret principes ſuos in anima ſua. Pro nauſea, pro pecoribus & iumẽtis: Gen. 1. 12. 49. Pro perſona hominis, Hebraico tropo: ut, Omnis anima poteſtatibus ſit ſubiecta. Pro corpore: ut, Homo pollutus anima. Pro hominibus uiuentibus, Hebræorum more: ut, Da mihi animas. Pro ipſa anima: ut, Emiſit ſpiritum. Vnde facilè patet, diuerſas ſignificationes ipſius haberi in ſacris literis. Quo fit, ut quia multa nomina animæ ita ſunt connexa, ut alterum pro altero apud Theologos ſæpe uſurpetur: ea quoqꝫ uarijs nominibus, ob diuerſos reſpectus, ſoleat nuncupari. Dicitur enim anima, quia corpus animat & uiuificat: mens, quia recolit: animus, dum uult: ratio, dum iudicat rectè: ſpiri-

tus, dum ſpirat, uel quia ſpiritualem naturam habet: ſenſus, dum ſentit: memoria, dum recordatur: uoluntas, dum conſentit. Dicitur item, quaſi ſine ſanguine, uel quòd uitam tribuat: uel quaſi ἄνεμος, id eſt uentus, quòd ſpiritus ſit: (ut in libello theologico habetur.) At non ideo Amymus ipſas animas impropriè ſpiritus nuncupari rectè dicit. Spiritum enim hominis theologi appellant, qui poteſt ſeparari & à corpore & à ſanguine: ut illic, In manus tuas commendo ſpiritum meum. Hîc propriè ne, an impropriè, anima ſpiritus appelletur, tuũ eſto iudicium. EVB. Iam primùm ſanè uideo, Amymum non parum erroris cõmiſiſſe. Ego quoque legi apud theologos, ſpiritum ad ea referri, quæ ſupra naturam ſunt: ut Eſa. Anima mea deſiderat te in nocte, &c. ſed & in ſpiritu meo, in præcordijs meis, &c. Quomodo igitur Amymus potuit dicere, animas, angelos, & dæmones, non eſſe ſpiritus: cùm & de angelis expreſſum habeamus in Pſalmis textũ: Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem. & de dæmonibus, ad Epheſ. Iuxta principem cui poteſtas eſt aeris, qui eſt ſpiritus in filijs contumacibus. item, Inuaſit Saul ſpiritus nequam: Dum immũdus ſpiritus exierit ab homine, &c. Adſunt ſeptem ſpiritus nequiores. & de anima: ut, Poteſtatẽ habeo ponendi ſpiritum, uel animã: Spiritus reuertetur ad Deum: Auferes ſpiritum eorum ut deficiant. Multa ſunt mi Euloge, quæ in tuam ſententiam adduci poſſent: atque id non impropriè, ſed potius magis propriè. Spiritus enim cùm nulli adeò conueniat ac Deo, qui eſt uirtus Dei, omniũ uiuificatrix, altrix, fotrix, & conſummatrix: cuius ſolius afflatu ſit, ut Deum & cognoſcamus & amemus, ſimilesq́ tandem illi euadamus: & idem ſit ſpiritus Dei, ac ſpiritus Chriſti, & ſpiritus eius qui IESVM ſuſcitauit à mortuis: utiq; hominibus potius conueniet, atq; corporeæ alicui naturæ, uelut filijs Dei adoptiuis, propinquioribus Deo. Vnde ſpiritus non patri & filio, ſed omni rationali creaturę & animæ cõgruit. Hîc mihi occurrit, mi Euloge, ille qui Amymi ſententiã ſpiraculo uitæ roborare uoluit, & nihil minus fecit. Legimus enim apud Theologos, ac

gos, ac in eo libello expreſſus textus talis habetur: Cùm dicitur anima eſſe deiforme ſpiraculum uitæ, tunc hæc deſcriptio ſumitur à Gen.2.& datur ſecundum quod anima comparatur ad Deum, prout non ex traduce, uel ſeminali ratione propagatur, ſed à Deo corpori creando infunditur, & infundendo creatur, &c. Videat hîc ille Alogus ſuum ſpiraculũ, & Amymus profundæ eruditionis uir, qua ratione anima ſpiritus ſit, aut non ſit. Hæc & tu, mi Euloge, cõmodius potuiſſes præſtare: ſed ignoſce, quod tuum onus ſuſceperim. EVL. Imò tibi ago immenſas gratias, pro tuo in me candore. Addam tamen & ego Philonis, grauiſsimi auctoris, ſententiã hac de re, ſic dicẽtem in eo libro quem inſcripſit, De eo quòd deterius potiori inſidiari ſoleat: Multis enim in locis lex eſſentiam animæ pronũciat ſanguinem, loquens diſertè: Nam anima omnis carnis ſanguis eſt. Sed quãdo primùm abſoluta cœli, terræq́ʒ ac mediorum elementorum fabrica hominem fingebat conditor animaliũ, dicitur inſpiraſſe in faciem eius ſpiritum uitæ, eumq́ʒ factum animam uitę: iam tum docente nos Scriptura, ſpiritum eſſe animæ eſſentiam. Id paulo pòſt declarat Philo hoc pacto: Quid igitur dicẽdum? ſinguli noſtrûm, ſicut ratio numerorum poſtulat, duo ſumus per accidens, animal ſimul & homo. Horum utrumq́ʒ cognatam uim ſortitum eſt in anima: altera eſt uitalis, qua uiuimus: altera rationalis, per quam ſumus rationis participes. uitalem habent & bruta, rationali carent: reguntur autem à Deo, qui rationis fons eſt antiquiſsimus. Ergo uis illa quę nobis cum brutis eſt cõmunis, eſſentiam accepit ſanguinem. At illa quæ à rationali fonte demanat, ſpiritus eſt, non aer motus, ſed character quidã & effigies diuinæ potentiæ, quam Moſes nomine proprio uocat imaginem. hæc Philo ad uerbum.

Vnde manifeſtè apparet, an anima ſit ſpiritus propriè uel impropriè: an deniq́ʒ ſit uentus hoc in loco ſpiraculum, ut ille philoſophaſter aiebat. Idem tractatur abundè ſatis à Philone in libro Allegoriarum: quę recitare ſuperuacuum putaui, quandoquidem is locus iſtis percognitus eſſe deberet. EVB. Apertè Philo docet, animam

rationalem eſſentialiter eſſe ſpiritũ, euertens Amymi ſententiam: quod loco à te citato elegantiſsimè patet. Tria, inquit, hîc requiruntur: quod inſpirat, quod inſpirationem capit, & quod ex inſpiratione accipitur. Deus inſpirat, mens inſpirationem capit, ſpiritus ex inſpiratione accipitur. Euertit quoq; uenti ſignificationẽ, quia (inquit) non aer motus. quod & in alio loco his uerbis cõfirmat: hæc quidem uox, Inſpirauit, idem ualet quod afflauit, animauitq; in anima. Abſit enim ut putemus, Deũ oris aut narium inſtrumentis uſum ad inſpirandum. Expers enim qualitatis Deus, tantum abeſt à forma humana: quin & aliud arcanum hæ uoces proferunt, &c. Hinc quid ſenſerint, & quomodo, Amymus cum quodam alio, de ſpiritu, uideant. Scio ego ſanè, mi Euloge, te bene ſenſiſſe: idq; & rationibus & autoritate ſatis tueri. Etiamſi illam tuam coaceruationem Alogus ille extra propoſitum dixerit, non eſt quod cures: iam ſiquidẽ oculis cernere poterit, qua ſapientia id effutiuerit, an ad propoſitum, uel extra propoſitũ ſit. Equidem ego facilè crediderim, eum nec quid coaceruatio ſit intelligere, tantum abeſt ut confutare ſciat. Proindè Sara conſultò in illo ſterilis eſt, quãdoquidem Agar non agnouerit. Sed Agar quomodo agnoſcet, ſi non habet? Quocirca eleganter Philo his uerbis ait: Qui prudentiam diſcit à præceptoribus, Agarem non reijciet. Eſt enim ualde neceſſaria primarũ diſciplinarum poſſeſsio. Quòd ſi quis paratus eſt certamina pro uirtute ſubire, & indefeſſus exercet ſe continuè, duas matronas ducet: quarum altera ex re Lia nomen habet, altera coti ſimilis Rachel uocatur, &c. Hoc faciat Alogus, & uiuet. EVL. Alogũ, mi Eubule, non eſt quod reprehendas. Quod enim facit, εὐηθείᾳ ipſa ſuadente, & φιλαυτίᾳ matre agit. Sed Amymum, uerè doctrinæ raræ & magni ingenij uirum ſcias, cuius olim diſcipulum egi: quem non arbitror ſeriò ea dixiſſe. Eſt enim homo facetus, & magnæ experientiæ: cum flentibus nouit flere, cum ridentibus ridere. excipit homines primo aſpectu, in Metopoſcopicis uerſatiſsimus: & pro diuerſitate geniorum ſe accommodare poteſt diuerſis. Ideo tum non

erat locus

erat locus reſpondendi. Vt autem ſcias Amymum rectè ſenſiſſe, ſic accipito. Spiritus aliquando dicitur uentus, ut habes Ioan. 3. Imò in Hebræo non diſcernitur Spiritus à uento. nam uocabulum רוח promiſcuè in ſcripturis uſurpatur pro uento, ſpiritu, flatu, ſiue halitu: ut in Eſa. Spiritus uel flatus pluuiæ inundantis. Geneſ. 1. Spiritus ferebatur ſuper aquas. Propheta: Spiritu uiolento conteret eos. Sic Hebræi unico hoc uocabulo uentum & ſpiritum exprimunt: non quòd ſpiritus & uentus ſint idem, ſed uno uocabulo deſignantur, ſicut apud Latinos æquiuoca uocabula. Vbi ergo ſcriptura habet רוח, uentum & ſpiritum poſſumus intelligere: & econtrà. Atque iſta fuit ratio, mi Eubule, qua Amymus contra me ſenſiſſe uiſus eſt. Venerandus itaque eſt, & ſuſpiciendus, nec dubites eum ſæpius Alexandri in libro de motu cordis uidiſſe definitionem: Anima eſt ſubſtantia incorporea, intellectualis, illuminationis capax, ultima reuelatione perceptiua, quia mediantibus angelis percipit: & inter omnes creaturas, immediatè poſt angelos, illuminationis diuinæ eſt perceptiua. unde quoque paſsio animæ intelligenti ſatis perſpecta eſſe poteſt: & animam ſpiritũ, quod & Seneca tuetur, nominari. EVB. Mihi placet hic tuus animus, quòd uictos aduerſarios tam amicè & defendas, & cõplectaris. Sed nondum reſpondiſti Amymo, an ſpiritus ut genus, in tuo propoſito ſit. EVL. Vt in omnibus, ſic & in hoc te mihi fidum Achatem præbes. & fortè hîc multos cachinnos excitarũt Patres conſcripti, quos in ipſos redundare non dubito. Si enim ſpiritus attribuitur angelis, dæmonibus, & animabus, ut differẽtibus ſpecie (quod ex ſuperioribus patet) uniuocè: quare non debeat de eis dici ut genus? iudica tu. EVB. Ego ſum planè in tua ſententia, mi Euloge. Memini enim & Amymũ, in ea concertatione Michaelem archangelum ſpeciem uoluiſſe Damaſceni autoritate defendere. Si ergo Michel archangelus eſt ſpecies: archangelũ genus eſſe copulatiuè, nemo negabit. ſed proſequere cœptum propoſitum. EVL. Satis, ut exiſtimo, demonſtratũ eſt, angelos, dæmones, & animas pro-

priè ſpiritus dici, & genus eſſe. Nunc uidēdum eſt, an patiātur. Hoc ſic deduco: Spiritus ipſe aut unus eſt, aut plures. Differentia ipſa, quæ eſt pluralitatis & multitudinis, omnium philoſophorū conſenſu, atque ordo prioris & poſterioris, principij & finis, motus & quietis, creatoris & creaturæ, cauſæ & effectus, non admittūt unum. Omnia enim hæc ſunt ſui ipſius diffuſiua, & indiuiduantium proprietates docent: ergo plures. EVB. Hanc tuam ſententiam uidetur mihi & Plato ſtabilire, apud quem primùm ens omnino eſt ſeparatū, & per ſe unum, & per ſe bonum, quod eſt Deus: ſub quo cōſtituit deos ſecundos, tandem dæmones, ultimò animas humanas. Legi quoque apud Ariſtot. ex mente Platonis plures ſubſtantias ſeparatas dari. primo enim, 7 & 10 Metaphyſ. quot ſunt naturæ ſpecificæ, tot ſunt ideæ: quas ponebat ſubſtantias ſeparatas à ſenſibilibus, & immateriales. EVL. Idipſum mi Eubule, & Ariſtot. 12 Metaph. atque in alijs locis ſentit. EVB. Sed mi Euloge, quid'nam Amymus in quadam cœna uoluit ſignificare, dum diceret, unam eſſe ſeparatam ſubſtantiam, & non plures, ac probabat ex motu Saturni: eam controuerſiam non potui ſatis percipere. EVL. Voluit Amymus, prout doctiſsimus eſt, experiri ingeniū meum, utrū fortè Ariſtotelem aliquando uiderim: & probare unum ſpiritum, ſeu animam, uel intelligentiam, & non plures, inquiens: Ariſtotelis ſententia unum datur primum mouens, quod omnia mouet, ut Saturnus reliquos planetas. EVB. Itáne eſt, ut Amymus infert? EVL. Nihil minus. EVB. Doceas igitur, mi Euloge, quid in ea controuerſia ſit tenendum. EVL. Ariſtoteles, ſicut ex motu cœli inueſtigauit & concluſit text. 29 & 36, dari ſubſtantiā ęternam, incorruptibilem, immaterialem: ſic ex pluralitate motuum cœleſtium, 12 Metaph. inueſtigat pluralitatem huiuſmodi ſubſtantiarum: Quilibet, inquit, unus motus eſt ab uno motore: ergo ſi plures ſunt motus cœleſtes, plures ſunt huiuſmodi ſubſtantiæ mouentes. Quòd autem ſint plures motus cœleſtes, principiū ſumit ex hoc: Cum ſphæræ cœleſtes ſint in numero determinato, neceſſe eſt

ceſſe eſt inter eas dari unum primum mobile, cuius motus localis ſphæricus erit primus, ab uno primo motore, qui eſt prima ſubſtantia ſeparata, mouens primum mobile, motu diurno & ſimplici. Hoc modo Amymus uoluit unam ſeparatam ſubſtantiam duntaxat probare, quia unus talis motus. Sed Ariſtoteles uenatur plures motus determinatos ex Aſtrologia, quæ inter ſcientias Mathematicas ſola conſiderat de ſubſtantia ſenſibili, mobili, æterna. nam Geometria & Arithmetica uerſantur circa quantitates, quæ ſunt accidentia: Aſtrologus autem, etiam cuiuslibet ſtellæ erraticæ firmiter plures motus defendit: quo fit, ut plures ſubſtantias ſeparatas. EVB. Res ſanè & difficilis & pulcherrima eſt: & Amymo magnas gratias habeo, quòd tibi præbuerit anſam hæc declarandi. Dicas ergo ſecundum Aſtrologos, quomodo ſint plures motus. EVL. Tempore Platonis & Ariſtotelis, duo fuerunt celebriores aſtronomi, Eudoxus & Callippus, qui ſine poſitione ſtellarum eccētricarum & epicyclorum, conati ſunt ſaluare irregularitates, & omnes motus qui apparēt in planetis, per ſolas ſphæras concentricas. Eudoxus Soli attribuit tres ſphæras, & Lunæ tres. Prima defert aſtrum ab Oriente in Occidētem, motu diurno. Arbitrabatur enim, primum mobile, quod ſuo tempore exiſtimabatur octaua ſphæra, non ſufficere ad cauſandum hunc motum in planetis, per motum raptus. Secunda defert aſtrum ab Occidente in Orientem, ſub Zodiaco, ſecundum longitudinem de ſigno in ſignum, & dicitur motus longitudinis. Tertia defert aſtrū ab Occidente in Orientem, ſub Zodiaco, ſecundum latitudinem, prout aſtrum declinat ab ecliptica, & dicitur motus latitudinis: quē licet Eudoxus attribuit Soli, Ptolemæus tamen non admittit, quoniam ſecundū ipſum nunquam declinat ab ecliptica. Cæteris uerò planetis ſingulis quatuor ſphæras tribuit: quarum prima eſt, quæ cauſat motum diurnum: ſecunda, motum longitudinis ſub Zodiaco: tertia, motum latitudinis, prout declinat ab ecliptica, uel Auſtrum uel Aquilonem uerſus, cuius polos ponebat in ecliptica: quarta eſt, quæ prohibet quo minus

egrediatur planeta, ſecundum modum latitudinis, Zodiacum, & pertingat uſq; ad polos Zodiaci. Sicut enim Zodiacus tranſit per polos tertiæ ſphæræ: ſic tertia ſphæra deferens planetam ſecundũ motum latitudinis, tranſit per polos Zodiaci. Ne igitur tertia ſphęra deferat planetam extra Zodiacum, datur quarta, quæ retorquet planetam uerſus eclipticam, cuius polos Ariſtot. ſecundum Eudoxum non aſsignat. Ex iſta opinione Eudoxi patet, Solem & Lunam habere ſex ſphæras: reliquos quinque uiginti. Summa earum, 26. Callippus uerò plures longè habet. Ponit enim eundem ſitum planetarum, quem Eudoxus: ſed non poſſe omnia ſeruari & regulari quæ apparēt in planetis, niſi ad ſphæras Eudoxi adderet plures. Addit ergo tam Lunæ quàm Soli duas ſphæras, ratione tarditatis & uelocitatis: apparentiq; in motu earũ, quam non aduerterat Eudoxus. Itaq; ſex ſphæræ in Sole & Luna erunt deferentes, quatuor uerò reuoluentes. In quatuor enim quartis æqualibus Zodiaci, aduertit Callippus, Solem inęqualiter moueri: quod ex deferente fieri non potuit, quia in deferente æqualiter mouetur. Quo fit, ut ex reuoluente opus fuerit addere tam Soli quàm Lunæ (idem de Luna intelligendum eſt) reuoluentes duas ſphæras, quibus adiectis reſultant decem. Tandem cuilibet ex reliquis planetis addidit unam ſphærã, quòd uideret nonnunquam retrogrados, nõnunquam ſtationarios, quas omnes appellauit deferẽtes, quarum numerus 25. Cuilibet uerò deferenti, præterquam ultimæ, in qua eſt aſtrum planetę cõplantatum, faciebat correſpondere ſuam reuoluentem, eandem ob cauſam, ſicut in Sole & Luna. Ideo quot ſunt deferentes, tot & reuoluẽtes, una minus. Vt ergo deferentes 25 numerantur, ſic reuoluentes 20 ſimul iunctæ, efficiũt 45. quibus ſi addas ſphęras Solis & Lunæ 10 erunt 55 ſecundum Callippum.

Cum igitur, ſecundum Ariſtotelem, cuilibet motui æterno ſphærarum cœleſtium, correſpondeat aliqua una ſubſtantia æterna, immaterialis, immobilis: rationale eſt, tot huiuſmodi eſſe ſubſtantias. Vnde mi Eubule, procul dubio conſtat, ſecundum Ariſtotelem, ſeparatarum ſubſtantiarum

ſtantiarum & numerus & diuerſitas. EVB. Euloge, iam primum intelligo, te mathematicas ſcientias audiuiſſe. Arbitrabar profectò ex dictis Amymi, quòd in ea parte philoſophiæ nil penitus poſſes. ſed uideo eum deceptum eſſe. Rem enim acu tetigiſti. quoniam hoc ipſum Ariſtoteles & commentatores plurimi ſentiunt. At non dubites ſatisfeciſſe te Amymo, & primæ diuiſioni. Nunc perge, tempus eſt. EVL. Plures itaque ſpiritus eſſe conſtat. ij uerò aut finiti, aut infiniti ſunt. Hæc pars, quo ad nos patet. Magnitudo quippe uirtutis infinitè excedit magnitudinem molis. Si enim Sol multis modis terram ſuperat, Archimedis & omnium Aſtronomorũ ſententia: quãto magis intelligentia, ſeu anima? & cum ipſa ſit omnium ſimilitudo, ſecundum Au. quòd ex ſui natura, ad ſuſcipiendas omnium rerum tam corporaliũ quàm ſpiritualium ſimilitudines apta ſit: hæ autem quo ad nos infinitæ ſunt: igitur. Hinc eſt, quòd homo minor mũdus nuncupatur: ſiquidem, more Pythagorico, eſt totius harmonia. Porrò quo ad naturam, minimè poteſt aſſignari: quoniam extra naturam nihil eſt, ſed ipſa eſt principium & cauſa, ſecundũ Ariſtotelem: & parẽs omnium, ſecundum Ciceronẽ: ſunt ergo finiti. EVB. Quid audio, quo ad naturam negas infinitum? Lego ego, uim diuinam apud Lampſacenum, Stratonem, Theophraſti auditorem, & complures alios, in natura eſſe ſitam: ſeu potius ipſam naturam, quæ cauſas gignendi, augendi, minuendi ue habeat, & ſit cauſa omnium cauſarum: quam infinitam, æternam, omnipotẽtem, ac ſimpliciſſimam & ſcio & aſſero. EVL. Non tracto, mi Eubule, de ſpiritu diuino: ſed de ſpiritibus, ut propoſitum eſt, angelorum, dæmonum, & animarum. EVB. Memini, placet. EVL. Si ſunt finiti, ab infinitis dependent proculdubio. Finitum enim infiniti finitum eſt: id uerò aut mediatè, aut immediatè, non hoc modo. Nam nullum finitũ ab infinito deriuatur ratione eſſe: quæ enim ſic procedunt, infinita nuncupantur: ergo altero modo. Proceſſus enim ab infinito ad finitum, eſt ratione non eſſe, qui dicitur mediatus: mediãte enim non eſſe, finitum ab in-

finito eſt, omnium tam philoſophorum quàm theologorum ſententia. EVB. Amymus ignoro quá nam ratione dixerit, hanc diuiſionem non dependere. Ego nil uideo quod impediat. EVL. Semper ego dixi Amymum doctiſsimũ: quòd uerò hîc errauerit, non credo ex ignorãtia id fieri, ſed quia fortè nondum decoxerat hanc concatenationem. Non enim poterit negare, eſſe ſimpliciter primum principium omnium quæ ſunt, & ab eo ratione eſſe promanantia, idem & immediatè cum ipſo dici, quod patet in perſonis. EVB. Si immediatus proceſſus eſt diuinarum perſonarũ, cur finitis eum attribuis? EVL. Scias, mi Eubule, diuinis perſonis immediatum proceſſum affirmatiuè conuenire: finitis ſubſtantijs, negatiuè. EVB. Placet mihi tua diſtinctio, quæ Amymum non parum taxat: at perge ulterius. EVL. Si mediati: ergo datur ordo ſuperioris ad inferius per non eſſe, ſine quo non poſſunt eſſe: non eſſe autem, & eſſe, pariunt contradictionem: igitur & paſsionem. Paſsio enim eſt actionis paſsio, & cuiuſuis contradictionis occulta uis, ideoq; una ex oppoſitis relatiuis: quorum natura ita eſt ſimul, ut alterum ſine altero conſiſtere nequeat. Patet itaque omnes ſubſtantias ſeparatas, ſiue ſpiritus, eſſe paſſibiles. EVB. Nónne memor es Aeſchyntili, qui negabat actionem & paſsionem in prædicamento relationis, eas in qualitate aſſerentis? EVL. Memor quidem ſum: ſed timeo Ioue͂, cuius in ſinu Aeſchyntilus eſt. EVB. Miror te nunc dormiturire. At redeas ad priſtinos campos, ubi non Plato, non Socrates, ſed ipſa ueritas colitur, pro qua etiã mors ultrò eſt ſubeunda. EVL. Fulmina Iouis ne dij quidem ſufferre potuerunt: quem etiamnum tota cohors ſuperorum obſeruat, timet, ac reueretur. EVB. Tu non dices: dicam ego. Videtur mihi Aeſchyntilus toto cœlo errare, quocunque modo id dixerit. Abſoluta enim prædicamenta, non recipiunt niſi abſolutas uoces: ſimiliter reſpectiua, non niſi reſpectiuas. EVL. Heus, Eubule, compeſce labellum obſecro. nónne ſcis, doctiſsimum illum Amymũ eas compoſuiſſe lites? EVB. Proh Deum atque hominem,

eò uentum

eò uentum eſt, ut etiam id uerum, quod nedum ſcimus, uerumetiam oculis quaſi ac manibus contrectamus, amicorum gratia aut negemus, aut utcunque pro illis negocium faciamus: Veritas enim odium parit. hoc dum uitamus omnes, illud aſſequimur nunquam, Obſequium amicos: quo huius mundi deliciæ & irritamenta celãtur malorum. Ego uerò ſic inſtitutus nec ſum, nec eſſe uolo, ut amicorum gratia ipſam ſupprimã ueritatem: imò malo quaſuis technas ſufferre, quàm ab eo propoſito recedere. Singuli enim pro ſe ante tribunal Chriſti reddent omnium rationem. Quapropter nullius hac in parte habeo reſpectum: ueritate munitus, nulla tendicula fugio. Certè & Amymum & Aeſchyntilum, uiros apud te eminentiſsimos, quod nec ego nego, edẽtulos potius quàm mordaces, præter iniuriam dixero. Regiam enim uitant, & Labyrinthos quærunt: pultem fumãtem circumeunt, ipſam uerò non arripiunt. Hoc facilè aduerti, dum propoſito argumento, nunc ad ſpiritum, nunc ad ſequelam, & ſimilia, ſermonem flectebant, ambigentes in re certa, propoſiti immemores: animam ſeparatam prætereũt, & diſputationem in lana caprina conſumũt. quod fit, dum pertinaciter in propoſito hæremus. Nec arbitror, inſignem illum uirum Enthuſiaſmum, uos ideo conuocaſſe, ut diſcordia Sympoſium ornaretis, quin potius concordia animo ſuo morem gereretis. Sed inter doctos regina Aemulatio non ſinit. Quo fit, ut docti plerunq; ruant ad inferos: & tibi continget, mi Euloge, niſi ueritati adhæſeris. EVL. Sileas, mi Eubule. Senties enim utrunq; bene dixiſſe. EVB. Non poteris id mihi perſuadere ulla ratione. Siquidem actionem & paſsionem, quandoquidem ſunt reſpectus, ad abſoluta prædicamẽta referri non facilè oſtendes: niſi cauſam ſcientiæ, confuſionem & ordinem opinionis dixeris, quod eſt impoſsibile. Hoc quidem ſcimus, quoſdam reſpectus ex abſolutis uocibus oriri, qui ſecundum dici philoſopho nuncupãtur. Quoſdam uerò non, ut ſunt relatiua ſecundum eſſe. niſi fortè ratione id fieri uolueris, quod facilè admiſero. At re nunquam probabis, niſi reſoluãtur: & tum ceſſant eſſe reſpe-

 ctus,

ctus. Præterea relationes ſecundum eſſe, cùm ſint ſimul natura, reſoluere non poteris niſi intentione, & quidem difficulter. Hac eadem ratione ſex poſteriora prædicamenta oriri dicimus ex tribus abſolutis, ob eorum diuerſos reſpectus, qui diuerſas pariũt intentiones. Propterea actionem & paſsionem dicimus promanare ex ſubſtãtia & qualitate, non tamen ſunt in aliquo eorũ: ſimilter, ubi & quando, ex ſubſtantia & quãtitate: ſitum & habitum, ex ſubſtantia, qualitate, & quantitate. Nec iſta ſunt in aliquo eorum, niſi diuidantur: ſi diuiſa fuerint, ſequetur, ut ſuprà, non eſſe reſpectus, ideoq; nullum horum prędicamentorum. EVL. Non dubites, Eubule, de eruditione profectò ſolida ipſius Aeſchyntili. dudum ipſe hæc Ariſtotelica ſomnia cõcoxit, & in altiori genere contemplandi uerſatur. Grauiſsimum illum ac diuinum Platonem contriuit, Galenum & Hippocratem deuorauit, atque Græci idiomatis Roſcius, & inſigne Poëtarum decus exiſtit. Hic ſanè proportionibus certare ſolet: quo fit, ut non ineptè dixerit, actionem & paſsionem in qualitate, ratione ſubiecti aut obiecti: ut in ſicco, humidoq;, calidum & frigidum, &c. Quare hoc modo uides, mi Eubule, Aeſchyntilum facilè excuſari. EVB. Si ita ſentit, non refragor tuæ ſententiæ: ſed arbitror, me aut malè intellexiſſe: aut ſi bene, certè non ea ſubtilitate negociũ perpendit. EVL. Volo ut tibi planè perſuaſum habeas, de eximia uiri doctrina, nec in poſterũ in dubium rapiatur. Sed redeamus, unde digreſsi ſumus. Patet nũc, omnes ſpiritus paſsioni eſſe obnoxios, extra Spiritum ſpirituum. Nam eſſe eorum, mediante non eſſe producitur: quorum uerò eſt non eſſe, eorum & ordo: ſiquidem huius cauſa eſt non eſſe. Quapropter, in non habentibus non eſſe, non datur ordo rei: niſi fortè rationis, & non reſpectu ſui, ſed reſpectu noſtri, ut patet in perſonis diuinis. Si igitur ſunt ordinati, aut ocioſi, aut non. Ocioſos imperfectio conſequitur, perfectio autem, quemadmodum eſt ſui diffuſiua, ſic imperfectio appetitiua, cuius propria eſt paſsio. Non ocioſos uerò, mutua actio, quæ ſine paſsione eſſe non poteſt, Ergo ſiue ocioſos, ſiue non

ocioſos

ocioſos dicas, patiuntur. EVB. Occurrit mihi Enthuſiaſmus, qui Aeſchyntilum propoſitum tueri, te uerò ipſum riuulis ambire, neſcio an ſcientia uel opinione uoluerit, inquiens: Aeſchyntilus manet in propoſito, Eulogus rem longè petit. Si placet, dicas nonnihil, quibus Enthuſiaſmus intelligere poſsit tuam intentionem. EVL. Mi Eubule, quamuis extra propoſitum me inuitũ etiam trahas, tamen non poſſum non tibi morem gerere. Enthuſiaſmus eſt furor in politioribus, ſed in rebus arduis & grauioribus eſt ſilentium: ideo iudicare minus poteſt, quàm arbitratur. Prius enim deberet ſcientiam diſcernendi uerum à falſo ſibi familiarem reddere, tandem iudicia facere. Sed proh dolor, tales habemus quaſi potiores, magnis in rebus ſedentes, qui id ſaltem dicunt quod bucca producit: ipſi uiderint, noſtra nil intereſt. Porrò quod petis, paucis accipe. Dudum in more poſitum habui, ut in argumentando aut dilemmate uterer, quo uagandi occaſionem aduerſarijs auferrem: aut Sorite, qua breuibus omnes obiectiones, quæ fieri poſſent, antequã fiant confutarem, & nullum relinquerem opponenti locũ. Id dum Aeſchyntilus aduertiſſet unà cum Amymo, ne uiderentur mutæ perſonæ, alter in ſpiritu & diuiſione mediati ac immediati, alter in contactu & qualitate, extra propoſitum uagari cœperunt. Itaque mi Eubule, eſto tuum iudicium, quidnam de Enthuſiaſmi ſententia ſentiendum ſit. EVB. Enthuſiaſmus habet profectò egregias corporis & fortunæ dotes, quibus indulget: ſed animi cultum grauiorem quòd parum guſtauerit, deplorandũ eſt. Poſſet enim nomen illius poſteritati immortale fieri, ſi haberet animi perfectiores dotes: ita uerò ſequitur uulgi opinionem, cui cœlum, illi ſtellæ. EVL. Valeant iſta. quis poteſt omniũ ora obſtruere? & aduerte aliud argumentũ, ne arbitretur Enthuſiaſmus me una coaceruatione ſaltem ualere. Si ſunt animæ ſeparatæ, aut ſunt ſimpliciter entia, aut ſimpliciter nõ entia. Hęc eſſe non poſſunt, quia ſunt: illa ſi ſunt, aut antecedũt ipſum ens, aut conſequũtur. Illo modo uel ſunt, uel inſunt: ergo patiũtur. hoc modo uel ſunt ab intrinſeco eſſe, uel ab extrinſeco. ſi hæc

ſunt, uel

ſunt,uel appetunt,uel intelligunt: ſi illa aut ſunt aliquid, aut ſunt res. At quocunq; te uertas, ſpiritus paſsioni eſſe obnoxios deprehẽdes. EVB. Placet: perge oro rem claram & dilucidam reddere, ſi fortè Enthuſiaſmus conuertatur, & uiuat. EVL. Animam eſſe merum intellectum, prout diſtinguitur à ſenſu, nemo dubitat: quæ aut intelligit, aut non. Si non intelligit, intellectus non eſt: intellectus enim procedit ex intelligente & intelligibili. Si intelligit, quod intelligit aliquid eſt, & nil aliud quàm obiectum, ſiue actuale, ſiue uirtuale, confuſum aut diſtinctum. Tale autem obiectum intellectũ apprehendere, nemo ſanæ mẽtis negabit, ſiue prius, ſiue poſterius, ex 1. Phyſ. tex. 5. Ergo pati concedet: & id tam coniunctè quàm ſeparatè, quoniam ſemper ipſe intellectus eſt ſimplex: nec hic ab illo aliter differt, quàm quod ſeparatus nobilior ſit coniuncto, ac nobilius apprehendat obiectum. Quòd autem ſimpliciter apprehendat, ratio eſt: nunquam enim deſiſtit intelligere, alioquin non eſſet intellectus. Id porrò quod intelligit, aut eſt ab æterno, aut non: ab ęterno eſſe non poteſt, quia incœpit: ergo altero modo. Quod autem ſic eſt, inſtantis ſecundum quid, & non ſimpliciter eſſe dicitur. Et quæ talia ſunt, habẽt proceſſum uia generationis, non quo ad imperfectionẽ intellectus, ſed intelligibilium. Intellectus enim abſtractus iuxta naturam angelicam intelligit ſe, per ſuam ſubſtantiam: & alia, per connata media. Dabitur ergo imperfectio intelligibilium, per connata media. Dabitur diuerſitas cognitionum, matutina & ueſpertina, ponens ordinem inferioris & ſuperioris, omni euacuatione intelligibilium aliena, quoniam in ſeparatis ſubſtantijs nũquam euaneſcit: aliàs eſſet æqualitas inter primas & ſecundas intelligẽtias, quod eſt abſurdum. Datur per conſequens maioritatis & minoritatis reſpectus: at maius agit in minus, minus igitur patitur. Omnes autem animæ, & ſubſtantiæ intellectuales, reſpectu primæ intelligentiæ ſunt in minoritate: ergo imperfectiores & priores. Nono enim Metaphyſ. tex. 15 imperfecta perfectioribus priora ſunt, à quibus proceſſus inſtituitur ad perfectum: ex 3. de

Anima,

Anima, tex. 5. Vnde patet, animam paſsionem effugere non poſſe. Quòd autem detur iſte proceſſus in intellectu, apparet. Nam in eo, prior cõceptus entis omni alio eſt. Qualis itaq; ordo inter prima principia complexa, & propoſitiones proprias: talis eſt inter eas, & alios terminos minus uniuerſales, incomplexos. Sed prima principia complexa ſunt primò cognita, quia ab eis omnis alia cognitio complexa pendet, ex 1. Poſter. & ſunt ſicut ianua in domo, ex 2. Metaph. tex. 1. ergo & ens, ex quo cõponuntur prima principia, eſt primò cognitum. Et idem Auic. 1. Metaph. cap. 6. ſentit, inquiens: Dicemus igitur, quòd ens & res talia ſunt, quæ ſtatim imprimuntur in anima prima impreſsione, quæ non acquiritur ex alĳs notioribus. Ab hoc proceſſus ad uerum, bonum, &c. formatur. Datur ergo proceſſus in intellectu, qui cauſa rectę paſsionis dici poterit: quo fit, ut & paſsio. Siquidem datur modus exiſtendi primo, ut in ſubiecto: ſic ſpecies & actus intelligendi & ſcientia ſunt in intellectu, ut in ſubiecto. Secundò obiectiuè: & eſt illud quod offertur intellectui, ut obiectum intelligibile hoc modo tam ens reale quàm rationis, tam priuationes quàm negationes poſsint eſſe obiectiuè in intellectu, prout ſunt intelligibilia ab eo. Tertiò cõſecutiuè, ut eſt ens rationis propriè: ita non uideo, qua ratione animæ ſeparatæ paſsionem quis negare poſsit. EVB. Niſi fuerit truncus, aliàs animę paſsionem nemo negabit. Fortè autem Enthuſiaſmus conuocabit Aeſchyntilum, & alios, ut confutent, emendent, reuideãt, & tandem in lucem has lucubrationes dent. Sine horum conſilio nil attentabit Enthuſiaſmus, licet promiſerit ſe hac in parte patronum fore: ſed ea lege, ut Aeſchyntilus & cęteri emendent. Ha ha he, riſum uix teneo. Si nec Aeſchyntilus, nec Enthuſiaſmus, intellexerunt primam propoſiti catenulam, quid emendabunt obſecro? credo ſanè cæcos in foueam utroſq; caſuros. Meo quidẽ iudicio melius eſſet, tribuere, ſuadente communi iuſticia, cuilibet quod ſuum eſt. EVL. Non egeo, mi Eubule, Enthuſiaſmi patrocinio, nec eſt quòd ille ſe meis contemplationibus miſceat: maneat in-

tra ſuos limites, nec ſe extẽdat ultra uires. Non fugio exa men, ſed qui examini præeſſe poſſunt. Ille quomodo poterit iudicare, ſi pars eſt? Iudex enim nullo iure & partis & iudicis officio, unius & eiuſdem reſpectu fungi poteſt. Quare Enthuſiaſmus iudicet, quod iudicare poteſt. Ego hęc intelligentibus duntaxat ſcribo: quæ ſi non ſufficiũt, adhuc occurrit aliud argumẽtum. Anima aut eſt ens per ſe, aut per accidens: hoc eſſe non poteſt, quia ſecundum ſuam naturam non eſt res compoſita ex entibus diuerſorum generum, uel quorũ unum accedit alteri, uel duo accidunt tertio: nec ſecundum cauſalitatem, quia non eſt effectus dependẽs à cauſa non cauſante ipſum, inquantum eſt talis. Eſt ergo per ſe, quia ſecundum ſuam naturam eſt ſimplex, & non componitur intrinſecè ex partibus eſſentialibus: ſed eſt ens ſimplex. aut ſi eſt compoſita, componentia ſunt eiuſdem prædicamenti. Sic doctrina diui Thomæ, omnes intelligentiæ ſunt compoſitæ ex eſſe, & eſſentia. Siquidem & eſſe, & eſſentia earum, ſunt in eodem prædicamento: atq; eſſe comparatur ad eſſentiam, ſicut actus ad potentiam. Quoniam eſſe eſt prima actualitas, qua res exiſtit. Eſt inſuper ens per ſe, ſecũdum ſuam cauſalitatem, effectus dependens à cauſa per ſe influente in effectum, ſecundum quod eſt talis: ubi relatio reipſa aduertenda eſt, & unum extremum depẽdens ab altero, ut patet 5. Metaph. cap. Ad aliquid: Menſurabile uerò (inquit) & ſcibile, & intellectuale, eo quòd aliud dicitur ad ipſum, ad aliquid dicuntur, ſed non quod illa ad aliud, &c. Vnde manifeſtè apparet ex mente Ariſtotelis noſtræ intentionis ſenſus. Intendit enim, inter intellectum & intellectuale eſſe relationem realem, ex parte intellectus: quoniam intellectus ab intellectuali dependet, ſed non econuerſò. Poteſt quippe eſſe intellectualia, quorum nullus eſt intellectus: talis autem dependentia eſt ratione actionis & paſsionis, ut dictum eſt ſatis ſuperq;: anima igitur ſeparata patitur. EVB. Meo quidem iudicio rem probaſti ſufficienter. Sed uellem ex te cognoſcere, quomodo? an per contactum aut alio, quopiam modo patiatur? illo ſanè modo non patitur. Quare Pyſo-

re Pyſopus bene dixit: Cum enim incorporea ſit, ſenſui non eſt ſubiecta, neq; ſecundum dimenſionem extenſiua: & quia ſimplex, ideo nec augmenti nec detrimẽti ſuſceptiua. Siquidem nec in corpore maiori maior, nec in minori minor reperitur, ut dicit Aug. Caret quoq; pondere, figura & colore. alium ergo modũ aſsignare oportebit. EVL. Vtique, mi Eubule, per contactum non poteſt eſſe paſsioni obnoxia: quod & ego ſuperius reieci. Sed alius quidam modus eſt patiendi in intellectualibus ſubſtantijs. Quippe conſenſu omniũ theologorum, Anima eſt uita perpetua ad imaginem Dei facta, capax uirtutis & uitij, ſuſceptibilis pœnæ uel præmij, arbitrio libera, potentijs & habitibus ac affectionibus decorata, paſsibilis & mutabilis: magna, ob capacitatem ęternitatis: recta, ob naturalem appetitũ bonitatis: bona, ob participationem diuinitatis. Hæ autem paſsiones in ſeparata anima non dantur per contactum. ideo bene diſcurris, mi Eubule, atq; alium modum patiendi inquirendũ ſuades. EVB. Atque hîc mihi nonnihil errare uideris. Quoniam hæ proprietates animæ in coniuncta potius quàm ſeparata anima ſunt. EVL. Habent noſtrę religionis uiri intemerati, quibus nec Ethnicorũ turba repugnat, quòd anima retineat habitum nedum ſuæ proprietatis, uerùm etiam ſingularum corporaliũ actionum. Cicero enim animas libidinibus deditas, ut ſuperius dictum eſt, poſtquam corpore exceſſerũt, circa terram uolutari, & non niſi multis ſeculis tranſactis ad cœlos reuerti teſtatur. Sunt in ea ſententia plures alij, qui animas ad Elyſios campos relegari autumant, ut ibi, quæ non ſanè perceperunt, diſcant, ac ſe dignas reddant numero beatorum. Sed Dominus quoq; docet, de ſingulis rationes reddituras: quæ, niſi retinuerint omnium particularium actionum habitum, quomodo dabunt rationes, non uideo. Imò auſim tueri, operationes corporeas longè clariùs & apertiùs ſeparatis animabus adfuturas, non ut tale quid cõmittant, ſed (ut ſacra eloquia teſtantur) ut habeant teſtimonium uitæ tranſactæ, bonorum nempe, & malorum. Hęc enim uel in defenſionem, uel in accuſatio-

nem manifeſtiſsimè apparebunt. Quare, mi Eubule, non eſt quod hîc hæreas. In ſeparatis enim animabus omnes proprietates futuræ ſunt nobiliores, intellectus, memoriæ, & uoluntatis: & puriores, quæ nullo obſtaculo impedientur, nullas temporis partes recipient, ſed in ipſo inſtanti, ſiue gloriæ, ſiue pœnæ æternæ ſubiacebunt. Ac, ut uno dicam uerbo, anima æquè ſimplex eſt in corpore, ac extra corpus: ſed ſeparata liberior, ſiue ad bonum, ſiue ad malum exiſtit. EVB. Quomodo precor poteſt anima damnata eſſe liberior, & quæ inter beatas nullum ſortitur locum? mea quidem ſententia, magis ſerua, & quæ æternis tormentis ſubijcitur, dicēda eſt. EVL. Dum anima eſt coniuncta, dicitur minus libera: quia ſynderesis actus, nunc inſtinctu, nunc diſplicentia regitur. Sed cùm ſeparata fuerit, aut ille actus accēditur ad numerum beatorum, aut extinguitur ad numerum damnatorum. Nec hic diſplicentia, nec ille inſtinctu eget: ideo liberiores uel ad bonum uel ad malum dicuntur. EVB. Dicis, in dānatis omnino extingui ſynderesin: cùm tamen apud Patres legerim, etiam in diabolo non eſſe funditus extinctam. EVL. Synderesin, quo ad comparationem ipſius culpæ ad pœnam, in damnatis non dico extinctam: Vermis enim eorum non morietur, Eſa. 66. ſed quo ad inſtinctum & diſplicentiam, Patres non ponunt in damnatis ſynderesin: imò extinctam prorſus eſſe confirmant, ſicut in ipſo diabolo. EVB. Quomodo autem in malo uel bono ſunt liberiores, ediſſere oro. Ego quippe apud Dionyſium Areopagitam, nullam creaturam malam lego. Earum enim finis eſt ſolum bonum, & principiū. EVL. D. Dionyſius, gentem dæmonum non eſſe malam, qua parte ſecūdum naturam eſt, docet: ſed qua parte non eſt, neq; immutatum eſt, traditum illis totum bonum, ſed ipſi dato ſibi toto bono exciderunt. Ideo priuatione atq; effugio, prolapſioneq; conuenientium eis bonorum, mali dicūtur: & ſunt mali, in quo non ſunt, & (quod non eſt appetens) malum profectò deſiderāt. Itaq; neq; in dæmonibus, neq; in nobis eſt malum, quaſi exiſtēs, ſed ut defectus atq; deſertio conſummationis pro-

nis propriorum bonorum. EVB. Videris mihi aſſeuerare, damnatos non niſi in uacatione diuinorum bonorum, habitus atque operationis, malos, non ut natura ſunt, ſed ut non ſunt. At dic quæſo, quidnã eſt hoc, quòd non eſt, ſecundum quod dicuntur mali? EVL. Iſtud malum S. Dionyſius aſſerit furorem irrationabilem, dementem concupiſcentiam, imaginationem præcipitem atque proteruam. EVB. An non uides hæc ſecundum naturam eſſe? uideris mihi nunc oppoſitũ canere. EVL. D. Dionyſius inquit: Quanquã in dæmonibus iſta ſunt, non prorſus, neq; in omnibus, neq; ipſa ſecundum ſe mala ſunt: namq; in alijs animantibus, non iſta habere, ſed his carere potius, corruptio eſt animantis, & malum: ſed quatenus ſecundum hoc non ſunt, & eorum natura aduerſatur, ſecundum hoc mali ſunt. Non enim indulta illis angelica munera, immutata dicimus: uerùm ſunt & integra, & lucidiſsima perſtant, licet ipſi non uideant, occluſis ſcilicet uiribus, quibus bona ſua intueri poſsint. Itaque quod ſunt, & ex bono ſunt, & boni ſunt, & pulchrum bonumq; deſiderant, ut ſint & uiuant & intelligant, quæ ſubſiſtunt deſiderãtes. Sed illa mala dico, quatenus eos auertunt, ut abſtineãt à naturali bonorum operatione, & non uideant ſeu agnoſcant bonitatis ſuæ dotes: ideo furor, dementia atq; proteruitas, ea quę ſunt, faciunt non eſſe. Quo fit, ut illud malum in eis ſit, quatenus eorum naturæ non conuenit, nec ſecundũ ipſam eſt. EVB. Iamprimùm intellexi, nullas ſubſtantias malas ſecundum eſſe, ſed ratione non eſſe. Demum, perge modum paſsionis declarare. EVL. Si probè intellexiſti, quę narraui, utiq; & modum paſsionis accepiſti. Quemadmodum in ſenſibilibus fit paſsio per contactum, generationem & corruptionem, augmentationem & diminutionem: ſic in inſenſibilibus per memoriam, intellectum, & uoluntatem. Sicut enim ſe habet dimenſio in ſenſu, ita poteſtas & uirtus in intellectu: ut illa corruptibilis, ſic hęc incorruptibilis, habens perfectionem qua agit, quo ad potentias naturales, memorandi, intelligendi, atq; uolendi: & imperfectionem qua patitur, quo ad ſciẽtias & uirtutes.

uirtutes. Hoc itaq; pacto, animæ beatæ patiuntur, quando magis ac magis inſtinctus boni cognoſcibilis & intelligibilis in eis creſcit, qui & cibus earum dicitur: Animæ uerò damnatæ patiuntur, quando inſtinctũ & diſplicentiam amittunt, & in comparatione culpę ad pœnam magis ac magis hærent, bona naturalia percipere nequeũt, & in bonis qualitatibus & operationibus deficiunt, proueniẽte ex infirmitate propria, ut Diuus Dionyſius docet, priuatione ac prolapſione fruendi bonis ſuis. Sicut enim circumfuſum nobis aerem, offundi tenebris dicimus, defectu atque abſentia lucis, (ipſa uerò lux ſemper lux eſt, quæ etiam illuminat tenebras) ſic furore irrationabili, demente concupiſcentia, imaginatione præcipiti atq; proterua, bona naturalia occultantur, præſente propria infirmitate, quo minus, ſecundum quod ſumus, agere poſsimus. atq; in tali obduratione liberiores ſuperius damnatos dixi. EVB. Bene occurrit de obduratione quæſtio. Vellem Euloge, ut id quoque pertractares. Sed antequam id aſſumas, dic huius difficultatis fundamentum, unde animæ paſsio poſsit ſaltem à limine ſalutari. EVL. Arbitrabar me ſatisfeciſſe huic tuæ difficultati, quæ cùm ſublimis & ardua ſit, ac ſupra captum quaſi humanum, clarius uix dici poterit: ſed ne in hoc quoque tibi uidear defuiſſe, dicam ea qua potero facilitate. Fundamẽtum præſentis inſtituti eſt ſitum in potentijs animæ cognitiuis, ſecũdum differentiam naturæ, obiecti, dignitatis, comparationis ad actum, & ſecundũ maiorem & minorem perfectionem ipſius intellectus poſſibilis: qui formatus lumine intellectus agentis, eſt ſimilitudo primę lucis, in qua habet cognitionẽ luminis, quod eſt Deus. Hoc autem fundamentum clarè intelligere poteris ex Diui Gregorij ſententia, quæ ſic habet: Omnis creaturæ aliquid habet homo. habet namq; homo commune eſſe cum lapidibus, uiuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Quicquid enim uirtutis aut nobilitatis habent naturæ inferiores, habent & ſuperiores: ſed perfectiori modo, & nobiliori. Et quod poſſunt inferiores, poſſunt & ſuperiores: ſed nobiliori &

lioři & perfectiori modo. Hæc Gregorius ad uerbum. Hinc facilè uel mediocris eruditionis uir colligere poterit, modum paſsionis animæ ſeparatæ. Alia enim eſt paſſio eſſe, alia uitæ, alia ſenſus, alia uerò intellectus: ubi niſi cæcus quis ſit, uidet facilè paſsionem animę, ſed differentem à paſsione corporis. Quemadmodũ enim res in intellectum per cognitionem ueniens, opus habet adminiculo ſenſus: ſic in re iam intellecta, opus habet delectatione, ſine adminiculo ſenſus. Item quemadmodum per intellectum ſpeculatiuum coniunctũ intelligimus rectè, & per practicum rectè uiuimus: ſic per ſeparatum ſpeculatiuum cognoſcimus uerũ in ratione ueri: & per practicum, uerum in ratione boni. Vt præterea ratio inferior legibus humanis, ſic ſuperior diuinis eſt aſtricta: quæ etſi eadem ſit in eſſentia, differt tamen in officio. Pari ratione uis imperatiua, cõſiliatrix, affectiua, & hæc atq; illa ſimul, coniunctim & ſeparatim habentur. Sicut enim Theleſis dirigitur per ſyndereſin, ita Buleſis per rationem. Simili ratione uerſatus in proportionibus, omnes potẽtias animæ, & coniunctæ & ſeparatæ, tribuere poteſt: ſiquidem actus animæ tali ordine eſt præditus. Quod enim ſenſus percipit, imaginatio repræſentat, cognitio format, ingenium inueſtigat, ratio iudicat, memoria ſeruat, intelligentia apprehẽdit, & ad contẽplationem adducit. Et quemadmodum anima cognoſcit res præſentes per ſenſum: ſic abſentes per imaginationem, & immateriales per pręſentiam ſui in ſemetipſa, ac ſeipſam per reflexionẽ ſui ſupra ſe. Pręterea quemamodum cognoſcit uerum per intellectum ſpeculatiuum; ſic affectat bonum per intellectum practicum, & diſcernit conferẽdo inter bonũ & malum, uerum & falſum per rationẽ, atq; diſcernit ſimul & eligit per liberum arbitrium, conſentit per uolũtatem, inuenit medium per ingenium, ſtimulat ad bonũ per ſyndereſin. Eiuſmodi proportiones oportet perſpectas & in promptu habere, qui de rebus altis ſermonem facere cupiuerit. EVB. Intellexi quoſdam, inter quos & Aeſchyntilus cõnumeratur, quædam ſparſiſſe, te floſculis ſaltem addictum, Ariſtotelem euoluere potius oportere. Ego

uerò

uerò eius ſum ſententiæ, Aeſchyntilũ nempe longè magis hoc remedio egere. Quicquid enim loquitur, ficta quadam auctoritate atque propria maieſtate effert: & quod maius eſt, dicit ſe omnia legiſſe, cum omnia nec uiderit, nec habuerit. Magna certè iſta mihi in eo uidetur præſumptio & arrogantia. Video ſiquidem manifeſtè ex fontibus nedum Ariſtotelis, uerùm etiam aliorum philoſophorum & theologorũ, te ſatis præſentem quæſtionem deduxiſſe: quorum defectus ubi nam apud te narrari poſsit, ignoro. Et crediderim eum potiùs floſculis præditum, fundamentisq́ uacuum. Deinde facilè cõcedam, te floſculos habere: ſed iſtis ſanè ignotos, quos non facilè hortus eorum producit, imò ob ſterilitatem nec recipere poteſt. EVL. Aeſchyntilus, ut ſæpius teſtatus ſum, eſt uir prudẽs: non credo eum quid tale de me protuliſſe, quare mi Eubule, non decet inter amicos ſeminare diſcordias: hoc enim Deus & odit, & ſummopere deteſtatur. EVB. Laudo hanc in te animi cõſtantiam: uellem in omnibus rebus idipſum ſemper præ oculis tuis ſitum eſſe. Sed quandoquidem hanc materiã tractare cœpiſti, excutias ſingula oro. Superius quippe de induratione & excæcatione damnatorum feciſti mentionem, quod diligenter notaui, & conueniens eſt huic propoſito: de quo etiam olim quidam tui aduerſarij contendebant, nunc ſurſum, nunc deorſum, nũc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum flectendo. Obſecro digneris & illis nũc reſpondere, & præſenti inſtituto obtemperare. EVL. Optimè mones mi Eubule. Ego enim cõmoditatem & occaſionem meliorem tractandi eam materiam uix habere potui. Ideo libenter tibi in eam partem obſecundabo. Siquidem damnandorum & damnatorum, ſi rectè inſpicias, ipſa excæcatio ſeu obduratio cauſa eſt, quæ prima quoq; ratio nuncupari iuſtè poterit, cur & quomodo anima ſeparata patiatur. Quo fit, ut bene dixeris, hãc materiam non eſſe inconuenientem noſtro inſtituto: imò mancum & mutilum potius abſque ea remaneret. Tota enim paſsio damnatorum & beatorũ, in prædeſtinatione & obduratione conſiſtit. Singula igitur pertractare

cùm utile,

cùm utile, tum neceſſarium maximè eſt: ut & illis qui obtrectare olim, & nunc non deſiſtunt, reſpondeatur, & præſens negotium rectius intelligatur. EVB. Vellem, mi Euloge, ut rem ſic tractares, ne aduerſarij tui habeant, quod in te culpent. Superius enim conſtantiam tuam laudaui, quã & nunc obſeruare te decebit. EVL. Sæpius prouocatus ſum plurimorum ſententia ad certamen hoc ſcholaſticũ, ubi obtrectatoribus meis, famamq́ lædentibus, me aliquando opponerem. Ego autem facilè mihi uiſus ſum & odium poſſe negligere, & conuicia hominum improborum: potius in hoc ſitus propoſito, ut indignos illos exiſtimarem, quibus reſponderem. At in uno ſaltem obiecto mutandus mihi, non abſq; ratione, imò conſultò, animi conceptus, Hęreſeos nempe crimine: in quo ſi deliberationi meæ obtemperarem, uerendum eſt, ne quod non diluerem, uidear crimen agnoſcere. Quare mi Eubule, ab hac tractatione abſtinere non licet. Dabo quidem operam, ut id modeſtia qua potero exequar: ſi autem aliquãdo me impetus ſeduxerit, tuum erit reprehẽdere & obiurgare. EVB. Nunc primùm mihi placere incipis peroptumè, quòd non tuo dũtaxat ingenio inniteris, uerùm etiam aliorum conſilio pares. hoc, mihi crede, nemo non poterit laudare & probare. Quòd autem intẽdas, quo ad præſens, id tractare, quod dudum conceperas, & matura ſatis deliberatione, ego quoq; in ea ſum ſentẽtia. Nam & Ruffinus dicit, eſſe quidem glorioſum, Chriſti exemplo iniurias tolerare: ſed unam notam hæreſeos qui ferat, uel diſsimulet, non eſſe Chriſtianum. Et Hieronymus clariſsima exclamat uoce: Nolo in ſuſpicione hæreſeos quenquam eſſe patientem. Nemo itaque eſt, qui, ſi bene conſulat, te ab hoc propoſito arceat: quod ſi qui ſunt, qui te tacere uellent, ſciant ſibi non tecum, ſed cum Hieronymo eſſe controuerſiam: quem non audire (ut piè ſatis Mirandulanum decus monet) quis poteſt ſine flagitio? ipſo ergo ſuadente, imò cogente, dic quod ſentis. EVL. Hortaris, mi Eubule, fraternè ſanè, ut cęptum propoſitum proſequar: & id autoritate Ruffini & Hieronymi nedum ſuades, ſed etiam

cogis, mecꝫ nolentem eò trahis: quibus morem non gerere, ego quocꝫ impiũ, cenſeo. parebo itacꝫ, & breuibus me expediam, non ut quenquã lacerem aut accuſem: ſed maximè, ut quòd mihi iniuria obijcitur, impietatis crimine iure me excuſem. Hoc quæſo patiantur obtrectatores mei, eo animo, quo ego illorũ iniquam offenſam paſſus ſum ſemper: patiantur, inquã, ut qui pro alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusꝗ gratia (ut Pici uerbis utar) falſas ac nouas opiniones non gigno, nec ſequor, ſed uerbo Dei, traditioni Eccleſię, & ipſius Doctoribus acquieſco, nec noui erroris perfidiam pertinaciter unquam defendi, quemadmodũ (ut Auguſtino placet) hęretici ſolent, nec diuiſa ab his quæ catholica Eccleſia credit, opinatus ſum: ſed hanc ſemper cum Hieronymo eſſe fidem aſſerimus, quã in catholica diſcimus Eccleſia. Agam itacꝫ non friuolis nugis, & impræmeditatis atcꝫ inexcuſsis rationibus: ſed Chriſtianis & catholicis argumentis, inde mihi nihil arrogans. etſi cum Iob quidem afferre poſſem, Spiritum eſſe in omnibus: & audire cum Timotheo, Nemo contemnat adoleſcẽtiam tuam: tamen nihil in nobis eſſe magnũ aut ſingulare prętendo. Studioſum me fortè, Pici noſtri exemplo, & cupidum bonarum artium non inficiatus: docti uerò nomen mihi nec uendico, nec arrogo. Non poteſt enim, ut elegãter Hermolaus dicit, non indoctus eſſe, qui ſe doctum credit. Non igitur ex aliqua ſupereminenti doctrina, quã in me non inuenio, ſed ſimplici tenuicꝫ uirium mearum riuulo, doctorumꝗ uirorũ teſtimonio id tractare aggredior. Tuum uerò erit, ſingulorũ meminiſſe, ne quicquam intactum & indiſcuſſum prætermittatur. Quòd autem hoc exordium non initiò fecerim, ſcias eò factum, quòd hanc materiam tractãdi, non inſtitutum noſtrum ſaltem expoſcit, uerùm etiam magis ardua aduerſariorum occaſio, cuius potiſsimũ gratia hæc præmiſiſſe uolui. EVB. Non dubites de mea intelligentia. Adhibebo enim omnem curam & operam officioſiſsimè, ut ſingula ordine tibi proponantur: tu uerò accuratè ad quęcꝫ reſpondeas. Itacꝫ talis fuit poſitio: Qui ſemel cecidit, amplius reſurgere non

gere non poteſt. Quam exploſam eſſe & damnatam uoluerunt. nam hæreticam, quæ nec auctoritate Eccleſiæ, nec teſtimonio ſacræ Scripturæ, orthodoxæq́ꝫ fidei probari poſsit, concluſerunt, uelut indignam auribus catholicis, & mortem ac deſperationē populi. EVL. Recte proponis, mi Eubule: quoniam ea penè uerba interceſſerunt, dum cum iſtis patribus agerem. At ſi rem paulo altius cōſiderauerint, & poſtpoſito cortice medullam guſtauerint, non eſt dubium, quin manibus pedibusq́ꝫ in eam ſententiam ituros, mihi omnino perſuadeam: ſi alioquin ſacris literis fidem facere uoluerint. Non eſt ſiquidem uerborum contextus in mea poſitione omnino priuatus, & uſq́ꝫ adeò ſingularis, qui & uerbis ſcripturæ & patrum teſtimonio conſtare non poſsit. Hebræorum quippe 6 in hæc uerba legitur: Impoſsibile eſt enim, eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtaueruntq́ꝫ donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerūt nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutemq́ꝫ ſeculi uenturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiā, &c. Vnde patet, non modò ſemel, uerùm etiam impoſsibile: quod iſti negabant, & hæreſin ſapere garriebant. Hinc quoq́ꝫ apertè paſsio animæ & coniunctę & ſeparatę colligitur, quam ſuperius diſplicētiam appellauimus. Hanc Paulus pœnitentiam aſſerit, ac extinctā in obduratis tenet: non ſecus ac in damnatis ſyndereſis, quo ad inſtinctum & diſplicentiā. EVB. Placet mihi ſummopere, quòd hanc controuerſiam modò paſsionis animæ ſeparatæ accommodas, iuxta confutationem aduerſariorum: ſic in poſterum quoq́ꝫ facere pergas. Porrò ad auctoritatem D. Pauli reſpondebant illi, quod aliter hìc Paulus ſit intelligendus: tu ergo uideas. EVL. Si iſti dicūt, aliter Paulum eſſe intelligendum: & ego dicere potero, aliter meam poſitionem eſſe intelligendam. Ego ſiquidem, ut Paulus, abſolutè de prolapſis Theorema poſui, quod diuus Petrus ſecundo ſecundæ quoque exprimit his uerbis: A' quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Domini & ſaluatoris noſtri IESV Chriſti,

his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere uiam iuſticiæ, quàm poſt agnitionẽ retrorſum conuerti, ab eo quod illis traditũ eſt, ſancto mandato. Contigit enim eis illud ueri prouerbij, Canis reuerſus ad ſuum uomitum, & ſus lota in uolutabro luti, &c. Cui aſtipulatur Dominus, Ioan. 8. inquiens: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſeruus autem non manet in domo in æternum, &c. Et Matt. 12. Cùm autem immũdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. tunc dicit, Reuertar in domum meam unde exiui: & ueniens, inuenit eam uacantem, ſcopis mundatam & ornatã. tunc uadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus: ſic erit & generationi huic peſsimæ, &c. Similiter Paulus Rom. 6. An neſcitis, quoniam cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſticiam? Cum enim receſſerit iuſtus à iuſticia ſua, feceritq́ iniquitates, morietur in eis: ſecundum Ezech. 33. Si autem annunciante te ad impium, ut à uijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à uia ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur. Hiſce ſic diſcuſsis, facilè uel mediocriter eruditus modũ paſsionis animæ ſeparatæ cognoſcet: & colliget, quæ differentia aut concordantia inter meam theſin, & uerba Scripturæ eſſe poſsit. Abſolutè enim & ſimpliciter conferendo (de ſenſu quò ad præſens nil ſollicitis) iuxta uerborum tenorem, meam aſſertionẽ non aduerſari ſacræ Scripturæ, manifeſtè apparet. EVB. In cõfirmationem tui thematis adduxeras ex Ioan. 2. Epiſt. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet. Quod tuo propoſito minimè conuenire, quidã pater dicebat: imò te ideo deprauatorem Sacrarum literarũ aſſeruit. Siquidem in hoc Ioan. textu non eſt illa particula, ſemel, quam tuo themati inſeruiſti. EVL. Certum eſt: imò aliter ſentire Chriſtianum minimè decet, omnem certitudinem boni ueri non ab alio procedere,

procedere, quàm à Deo. Dicit enim Oſeæ 13. Ego autem Dominus Deus tuus in terra Aegypti, & Deum abſque me neſcies, & ſaluator non eſt præter me: quem ſi quis non amat, anathema ſit, 1. Corint. 16. Cum igitur Deum quis non habet, ſalutem non habet, nec eum nouit, nec amat: ſed filius iræ & mortis eſt, quæ in eo non tardabit: Eccleſ. 7. quæ inquã (Iob 27) non habet miſericordiam. Inter tales enim ſuperbia eſt, primum caſus diaboli fundamentũ: inter quos, Prouerb. 3, ſemper iurgia ſunt, cauſa iniquitatis malicię, penes quã neglecta diuina patientia, nulla intra hoc ſpacium facta ad Deum conuerſione, mittitur peccator in paſsiones ignominiæ, Rom. 1. Obſcuratum enim eſt inſipiens cor eorum. dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. non probauerũt ſiquidem Deum habere in noticia: ideo tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordia. Qui cum iuſticiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolum qui ea faciũt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Aduertant itaq; aduerſarij cõſequentiam diui Pauli, & ſentient Ioannis ſententiam non ineptè, ſed aptiſsimè ad propoſitum meum allegatam: in qua etſi aduerbium Semel non ſit explicitum, implicitũ tamen quis negabit? Sic enim in eo concordant Rom. 6. Hebr. 6. Matth. 12. Ioan. 8. tamen Semel non habetur explicitum niſi Hebr. Secũdum iſtos ergo non quadrabunt ad inuicem loca iſta? id negare, hominis rudis eſt: quandoquidem manifeſtum ſit, ſine Deo nihil poſsibile, ſed omnia impoſsibilia: cui enim Deus non adeſt, ei nec aliqua diuinæ bonitatis operatio. Quo fit, ut diuina abſentia impoſsibilitatem ad pœnitẽtiam pariat, relinquẽdo eum (ut D. Gregorius docet 2. Mor. cap. 5) in ſuorum operum tenebris. Hinc aperitur proportio

(ſi aliquando de ea audierunt) impoſsibilitatis & abſentiæ Dei. Quicunq; enim non permanet in doctrina Christi, prolabitur, abſentiam Dei conſequitur, impoſsibilem ſe reddit ad pœnitentiam: quomodo ergo pugnet prolapſus noſtræ ſententię, dijudicet infans, qui quoq; paſsionem animæ hîc nedum uidere, ſed & cõtrectare poterit, & diſcrimen paſsionum intelligere, atq; modum, quomodo beatæ, quomodo item damnatæ animæ patiũtur. EVB. Niſi ſuperius modum paſsionis patefeciſſes, hîc magna difficultate intelligeretur: cùm autem ſuperius declaraueris, non arbitror aliud requiri, quàm ut applicationem doceas: eam hîc, ut uideo, oſtendis ſatis abundè. Porrò cæteræ uerborum ſeries, & uarij ad inuicem contextus, quanquam eadem habitudine comparentur, tamen nonnihil uarietatis, etiam uerborum explicita conſtructio facilè, pręſertim iſtis, párere poterit: dum ſeruitutem, prolapſum ad inuicem, & iniquitatem, ex Ezechiele, Apoſtolo atque Euangeliſta comparamus: quæ niſi collata fuerint, fortè barbarus quiſpiam deprauatam uerborum cõſtructionem iudicabit. Quare Euloge, tu quid ad hęc? EVL. Facile eſt horum affinitatem manifeſtare. Dum etenim quiſpiã ſeruus peccati eſt, liber quoq; ſit oportet, ut Rom. 6. inquit: Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſticiæ: quæ quidem libertas atq; ſeruitus, non ſurgũt reſpectu unius, ſed reſpectu diuerſi, nempè iuſticiæ atq; peccati. Reſpectu enim utriuſq; dici poteſt ſeruitus, quemadmodum libertas: & quidem una ſeruitus alteri aduerſa. Hanc clarè Paulus patefecit Rom. 6. An neſcitis, cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortẽ, ſiue obeditionis ad iuſticiã. Vnde duplex ſeruitus elicitur: obeditionis, de qua non eſt principalis ſermo: & peccati, cuius ſenſum requirit pręſens tractatio, quẽ Ioan. 8. in hunc modum declarat: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. & ſubiungit: Seruus autem non manet in domo inæternùm. Eiuſmodi itaq; ſeruus, nunquid non ęquipollet prolapſo? Quemadmodum à ſeruitute finali peccati, non eſt ordo ad ſeruitutem obe-

tem obeditionis iuſticiæ, (in quo enim ſtatu & qualis quiſpiam deprehẽditur, talis iudicatur) ſic à prolapſo finaliter, ad prolapſum temporaliter. Reditus igitur prolapſi, idem eſt ad pœnitentiam, ſecundum proprietatem genuinam contextus: quod reditus ſerui peccati finalis mortis æternæ, ad obeditionẽ iuſticiæ. ut prolapſi & ſerui conuenientia, eſt in eodẽ obiecto & fine, nempe morte: ſic & iniqui. Expreſsè enim Apoſt. 1. Corint. 6. inquit: An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſsidebunt? Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neque rapaces, regnum Dei poſsidebunt. Apertum eſt ſatis ſuperq;, apud Apoſtolum, per modum inductionis, iniquum non poſsidere regnum cœlorũ: hos autem finaliter tales ſemper intelligo. Quare, cùm ſeruitus peccati excludatur à Dei regno: prolapſus finaliter ab agnitione ueritatis morti adſciſcat, iniquus ſimiliter moriatur: non eſt dubium, quin maximam, imò identificam habeãt affinitatem. At omnes illi Scripturę cõtextus, circa hęc uerſantur: prolapſum nempe, ſeruitutem atq; iniquitatẽ patefaciendi. Ergo omnes affinitatem habẽt maximam, alter alterum declarando: quorum collatione facta, diuerſitatem nullam meæ poſitionis circa cõtextum & ſeriem uerborum habebimus, niſi fortè in eo, quòd apud Apoſtolum, Impoſsibile, apud me, Non poteſt, ponatur: quę ſi ſciolus ille perpendat, deprehendat me longè circumſpectius de re locutũ fuiſſe, quàm ipſe opinatus eſt: imò ſtrictius, quàm uel Apoſtolus habet: cuius modum, Impoſsibile, etſi quidam pro difficili accipiant, non impedit tamen, me lõgè particularius locutum fuiſſe. Notum enim eſt omnibus uel tyronibus, modalium propoſitionum, Impoſsibile, æquipollere uniuerſali negatiuæ: ſicut neceſſe, uniuerſali affirmatiuæ: & poſsibile, ſeu contingens, particularibus. Quę autem ſine modo aut aliquo ſigno ponuntur, indefinita ſunt. Hæc uerò æquipollent tam uniuerſalibus, quàm particularibus: illis in materia neceſſaria atq; remota, his in contingenti. Hinc ſi perſpiciat.

ſpiciat rectè hanc propoſitionem, Qui ſemel cadit, non poteſt amplius reſurgere: & cognouerit materiam huius propoſitionis, iudicabit eam tam ex materia, quàm ex adiunctione negationis, eſſe particularem. quæ profundius rimanda Dialecticis relinquo: pro hac parte hęc dixiſſe ſufficiat, meamq́ concluſionem ſatis circumſpectam eſſe puto. etſi eo modo protuliſſem, quo uniuerſali negatiuæ correſpondet, rectè utiq́. Sic enim diuus Paulus me docet, & alij doctores orthodoxi, ut in ſequentibus patebit. EVB. Ne hęc pars indiſcuſſa uideatur, quendam ſcripturæ locum in aduerſam partem ab iſtis allatum, in medium proferam. quod enim ad uerborum ſtructurã attinet, nihil uideo prætermiſſum. Videtur autem ex directo pugnare Prouerb. 24. Septies enim cadit iuſtus, & reſurget. Vnde inferunt reditũ prolapſi ad pœnitentiam. EVL. Solutio ibidem annectitur, mi Eubule: Impij autem corruẽt in malum. Duplex autem hîc aduertitur caſus, abſolutus & reſpectiuus. Abſolutus caſus in eo eſt, qui corruit in malum: nempe in impio. & de hoc loquitur Apoſtolus, ac noſtra inſtituitur quęſtio. Reſpectiuus uerò eſt in iuſtis, qui niſi caderent, uirtutem operari non poſſent: in infirmitate enim perficitur uirtus, 1. Corint. 12. Et talis caſus non eſt in excæcatis, cuius gratia orta eſt diſputatio. Hic enim caſus iuſtorum, eſt ad perfectionem: eſt inquam ad interiorem & profundiorem cognitionem Dei in timore & charitate, quem gratia Dei ſuſtinet. Vnde ad D. Paulum Dominus 2. Corint. 12. Sufficit tibi gratia mea. Vnicuique enim noſtrûm, ut Apoſtolus Epheſ. 4. docet, data eſt gratia ſecundũ menſuram donationis Chriſti. Dat enim Deus 1. Pet. 5. humilibus gratiã, quemadmodum ſuperbis reſiſtit. Iuſti itaq́ quoniam humiles ſunt, etiamſi cadant, habent gratiam, & Dei miſericordiam: ſuperbi autem reſiſtentiam, non effectiuè, ſed permiſsiuè. At de ſenſu præſentis inſtituti diſputare, nondum relinquitur locus. Hæc obiter tãtum, quò ad præſens, attingere placuit, ut & uerborũ aptitudo perfectius intelligatur, & poſteriora eo faciliora reddantur. Porrò quod ad uerborum ſeriem attinet, in eo eſt difficultas,

difficultas, quod S. Paulus dicat: Impoſsibile eſt, qui ſemel, &c. Prouerb. uerò 24. Septies cadit, &c. Ibi ſemel, hîc ſepties. Huic reſurrectio, illi minimè, quantum ad ſeriem dico, & id ſæpius repeto. nam de ſenſu nondum inſtituta eſt tractatio. Sed hæc ſi bene apud Symbolicos & Orphicos theologos perpendantur, nulla erit difficultas. Manifeſtum enim eſt, omnem numerum eſſe unitatum reſpectum: principium autem numeri non item, ſed eſſe abſolutam quandam originem, reſpectũ habens impropriè, & ſecũdum dici: quemadmodum ille propriè, actu, & ſecundum eſſe. Duo enim reſpiciunt actu, duas unitates: & hic eſt numerus incompoſitus par. Tria, tres unitates: & hic eſt ſimiliter numerus cõpoſitus impar. Quatuor, quatuor unitates, & duorum numerorũ reſpectum habet: atq; hic eſt primus compoſiti numerus, &c. ubi aduertenda eſt præpoſitio unitatum. Qui ergo bis cecidit, præſupponit quòd bis reſurrexerit, aut ad minus ſemel: qui ter, præſupponit binariam reſurrectionem. Hæc harmonia numerorum, non deſignat caſum abſolutum, ſed reſpectum uiciſsitudinum, & gradationem ſiue coaceruationem quandam, in qua alterum ex altero dependet, ut ſenarius ex quinario condependenter, & partialiter, ex duobus imparibus, quinarius à quaternario oritur, &c. Simile quid non datur in unitate, præſertim aduerbialiter ſumpta. Nam ut talis, aliam longè habet ſignificationem apud Orphicos. Semel ergo hoc loci abſolutè ſumitur, & aduerbialiter: quaſi dicat, qui iam eò deuenit, ut uelle ei non adiaceat, talis non habet reditum ad pœnitentiam, & eſt fundamentum omnium paſsionum in damnatis. EVB. Pro prima huius quæſtionis parte ſatis & appoſitè dixiſti, Euloge. Quo fit, ut facta collatione uerborum, & ſtatuta eorum ſerie, cõmodè ad alteram partem tranſire liceat: quo cortici propoſito medullam aſsignare ualeas, & circa id uelut ſtatum tuas diſputationes texere. EVL. In eo proloquio quod à me fuit inſtitutum, nempe, Qui ſemel cecidit non poteſt amplius reſurgere, duo ſunt aduertẽda: numerus aduerbialis, & præteriti temporis uerbum: quorum alterum abſo-

lutum quid deſignat, alterum præteritæ gratiæ amiſſionem, non quidem ſimpliciter, ſed quatenus aduerbium congruè uerbo cohæret, ſecundum grammaticam Syntaxin, quam pueris committo. Hinc eſt, quòd per talem ſtructuram uerbi & aduerbij, ſignificetur abſolutus caſus, qui non habet reſpectum ad alterum caſum, niſi huius augmentum. Si enim haberet collationem ad alium caſum, ſequeretur à tali caſu reſurrectio, à qua tum demum degeneraret alia uice: talisq́ caſus diceretur alius, quia diſtinctus per intermediā reſurrectionem. Hic ordo non eſt in eo aduerbio Semel, ſed in binario, ternario, &c. Quare Semel abſolutè ſumitur: alioquin non ſemel, ſed pluries in ea ſententia intelligeretur, de quo non eſt noſtra tractatio. Qui ergo ſemel cecidit, modo poſito, is iam amiſit gratiam: cui non cōueniet illud Prouerbiorū, Iuſtus ſepties cadit & reſurgit: quin potius quod ſequitur, Impij autem corruent in malum. Talis mali continua perſeuerantia non parit numerum. Numerus enim ad diſcretæ quantitatis ſpeciem refertur: ſed ut homo à puero creſcens in uirum, non eſt alius ſubſtantialiter aut diuiſiuè, imò idem eſt, unica duntaxat augmentatione differens: ideo qui ſemel cecidit, hoc eſt, abſolutè amiſit gratiam, amplius reſurgere non poteſt. quæ quidem impotētia non datur ratione Dei, cuius manus non eſt abbreuiata: ſed ratione hominis, ſic relicti in ſuis tenebris, ut D. Gregorius in Moralibus habet, inquiens: Recludit itaq; hominem, quem in ſuorum operum tenebris relinquit. Talis autem impotentia, quomodo ſit intelligenda, ſic aduertant. Duplex eſt cuiuſuis rei potentia: alia materiæ ad propriam formā, quam appetit, ſicut mulier uirum, ſecundum Ariſtotelem: alia materiæ ad formā alienam, ſicut aſini ad mulam, in qua non eſt integra participatio aſini, quia equi quoque. Eodem modo impotentia alia eſt ut materia ad formam, materiæ remotæ diſcurſus: alia eſt eiuſdem, in contingenti tamen, quando æquiualet negatiuis propoſitionibus: quæ eſt eadem cum dicto Ariſtotelis, à priuatione non eſſe regreſſum ad habitum. Vbi enim habitus perfectè fuerit deſtructus, ab eo non eſt regreſ-

eſt regreſſus. Quemadmodum deſtructis totaliter neruis opticis, nulla ſpes recuperandi uiſum naturaliter datur: ſic totaliter amiſſa gratia Dei, eaq́ſ ſimpliciter ſpreta, nulla ſpes reſurrectionis: alioquin non eſt amiſsio, ſi reſurrexerit. Licet Deus omni petenti ſit inclinatus: ſed in obduratis & excæcatis extincta eſt illa petendi ſcintilla, quam ſuperius inſtinctum & diſplicentiam nominauimus. Cum igitur loquimur de impotentia reſurrectionis, intelligẽdum eſt de finali excęcatione: alioquin non eſt talis. Vnde D. Gregorius ſanctè & piè inquit: Omnis homo per id quod malè agit, quid ſibi aliud quàm conſciẽtiæ ſuæ carcerem facit? ut hunc animi reatus premat, etiamſi nemo exterius accuſet. qui cum, iudicante Deo, in maliciæ ſuæ cæcitate relinquitur, quaſi intra ſemetipſum clauditur, ne euadendi locum inueniat, quem inuenire minimè meretur. Nam ſępe nonnulli à prauis actibus exire cupiunt: ſed quia eorundem actuum pondere premuntur, in malæ conſuetudinis carcere incluſi, à ſemetipſis exire non poſſunt. Et quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod rectè ſe agere æſtimant, in grauiores culpas uertunt: fitq́ſ modo miſerabili, ut quod exitum putant, hoc incluſionem inueniant. Hæc D. Gregorius ad uerbum. Vnde & paſsio, quid, qualisq́ſ animę ſit, facilè patet: & colligitur, ſemel prolapſum, etiamſi uellet, non poſſe redire. At ego intelligo, uelle non naturale, nec ſimpliciter deliberatiuum: ſed ſecũdum quid, prout deliberatiua uolũtas declinat ad deſiderium: id eſt, uelle brutorum: uel ad appetitum, id eſt, uelle uegetatiuum, quæ non habet culpæ & pœnæ diſcretionem. Ideo inquit D. Gregorius, quod exitum putant, hoc incluſionem inueniunt. iuxta illud: Neſcitis, quid petitis. Ignorat ſimiliter induratus & excæcatus, quid illi fugiendum aut appetendum ſit: perinde ac furioſus, qui indifferẽter omnia ſub ſpecie boni agit, etiam turpia & ſceleſtiſsima facinora. Hæc collatio patet in Petro & Iuda. Petrus enim cùm cecidit, habuit quidẽ caſum, ſed non ſemel, non abſolutũ: nam ſtatim conuerſus, reſpexit miſericordiam. cui dicitur Ezech. 33. Et ſi, cui dixi, Morietur, conuerſus

fuerit ad me, iniquitatum ſuarum non ero amplius memor. Iudas uerò abſolutè & ſemel cecidit, de quo D. Gregorius hoc pacto ſcribit: Sic uidelicet reprobus Iudas, cùm mortem ſibi intulit, ad æternæ mortis ſupplicia peruenit, & peius de peccato pœnituit quàm peccauit. Ante hanc ſententiam reddit rationem inquiẽs: Et quidam culpas proprias punire cupiẽtes, hoc quod rectè ſe agere æſtimant, in grauiores culpas uertunt: fitq; modo miſerabili, ut quod exitum putant, hoc incluſionẽ inueniant, ut ſuprà dictum eſt. Quod & D. Thomas clarè oſtendit, dum ait: Excæcatio eſt quoddam præambulum ad peccatum. Peccatũ autem ad duo ordinatur: ad unum quod per ſe, ſcilicet ad damnationem: ad aliud autem ex diuina miſericordia, uel prouidentia, ſcilicet ad ſanationem, in quantum Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut ſuum peccatum agnoſcentes, humilientur & conuertantur: ſicut Auguſtinus dicit in libro de Natura & gratia. unde & excęcatio ex ſui natura ordinatur, ad damnationem eius qui excæcatur: (propter quod etiam ponitur reprobationis effectus,) ſed ex diuina miſericordia excæcatio ad tẽpus ordinatur medicinaliter, ad ſalutem eorum quæ excęcantur. ſed hæc miſericordia non omnibus impenditur excæcatis, ſed prædeſtinatis ſolùm, quibus omnia cooperantur in bonum, ſicut dicitur Rom. 8. unde quantum ad quoſdam, excæcatio ordinatur ad ſanationem: quantum ad alios, ad damnationem, ut Aug. dicit in 3. de Quæſt. euangel. Hæc Thomas ad uerbum, qui ſatis piè & catholicè excæcatorum ponit diſtinctionem. Vnde Petrum inter eos ex rationibus antedictis facilè cõnumerare licet, quibus Thomas miſericordiam impendi docet, nempè inter prædeſtinatos: Iudam uerò inter præſcitos. & id quidẽ ex finali reſurrectione & caſu, eo modo quo ſuperius declarauimus: nec ideo alteri gratia magis fuit aperta altero, ſed æqualiter utriq; oblata, at inæqualiter recepta. Hinc eſt quod Auguſt. dicit in Enchiridio: Sola ſiquidem gratia diſcernit redemptos à perditis, quos in unum coaceruat maſſa perditionis, ab origine ducta creationis: in quam, ut idem ſuper Epiſtolam ad

lam ad

iam ad Roman. recidit homo, & tunc peccatis uincitur, dum uiribus ſuis iuſtè uiuere conatur, ſine adiutorio liberantis gratiæ Dei. Perinde filij Iſrael, ut Gregorius in Moralibus, manna deſerentes, cum peponibus & carnibus porros cæpasq; deſiderauerunt: quia uidelicet peruerſæ mentes, gratiæ dona deſpiciunt, & pro carnalibus uoluptatibus, laborioſa huius uitæ itinera, & lachrymis plena concupiſcunt. Talis fuit Pharao, Iudas, & his ſimiles: qui dum uiribus proprijs ſine auxilio Dei inniterentur (ut Pſal. Illi in curribus & in equis, &c. nos autem in nomine Domini pugnabimus) peccatis uicti & conſumpti ſunt, adeò ut mutari non potuerint. Hinc eſt quòd Cain, ut diuus Gregorius dicit, & diuina uoce admoneri potuit, & mutari non potuit: quia exigente culpa maliciæ, iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad teſtimonium uerba faciebat: nec tamen Deus dicẽdus eſt cauſa huius excęcationis, quo ad mali inhęſionem, licet dicatur quo ad ſubtractionem gratiæ. Diuus enim Thomas clarè docet, excæcationem duo importare: quorum unum (inquit) eſt motus animi humani, inhærentis malo, & auerſi à diuino lumine: & quantum ad hoc, Deus non eſt cauſa excæcationis & obdurationis, ſicut non eſt cauſa peccati.

Aliud aũt eſt, ſubtractio gratiæ: ex qua ſequitur, quòd mens diuinitus non illuminetur ad rectè uiuendum, & cor hominis non emolliatur: & quantum ad hoc, Deus eſt cauſa excæcationis & obdurationis. quam quidẽ ſententiã D. Gregorius roborat, enucleando illud Hiob 12. (Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat) Omnipotens, inquit, Deus humanum cor deſtruit, cum relinquit: ædificat, dum replet. Neq; enim humanam mentem debellãdo deſtruit, ſed recedendo: quia ad perditionem ſufficit ſibi dimiſſa. Excæcatus igitur ſua, & non aliena culpa, meretur ſubtractionẽ gratiæ. quia, ut diuus Bernhardus ſcribit, Gratia puriſsimum balſamum eſt: ideo purum, ſolidũ, & profundum uas requirit. Excæcatus autem cum inquinatus ſit, quomodo gratiam capere poteſt? Meritò igitur gratiam ſubtrahit, dum eam homo conſeruare & amplecti

renuit. Quod diuus Thomas exemplo Solis oſtendit. Sol omnia illuminat. quòd autem quędam corpora opaca illuminari non poſsint, quodq; aliquis feneſtrã claudat, & obicem ponat, quo minus ſol domum illuminet: non eſt ſoli imputandũ, ſed corpori & obiecto, eiuſdem lumen renuẽti: ſola enim diaphana horum habent aptitudinem. Ad hunc modũ quoq; ſoli prędeſtinati ſunt ad iuſticiam electi, ut D. Thomas inquit, perinde ut alij ad damnationẽ præſciti. Quod autem Dominus aliquando delinquẽtes tardius percutit, ut D. Gregorius docet, non quia impiorum culpa non conſpicitur: ſed ut damnationis eorũ ſententia, quę pro agenda pœnitentia differtur, quaſi tarda ex conſilio prodire uideatur: & quem ille (Eccleſ. 7.) deſpexerit, nemo poteſt corrigere, nec à ſe exire: ut diuo Gregorio placet, in malæ conſuetudinis carcere incluſi à ſemetipſis exire non poſſunt, à Deo ſimiliter, quia non ſaluabit te, ſine te. Non enim cogit ad damnationem quenquam, ſicut nec ad ſalutem, cuius ineſt liberum arbitrium, quo gratiam aut acceptet, aut reijciat. EVB. Diffuſe tractaſti animę paſsionem, dum eius excæcationem determinares, quæ plurimùm cõfert ad agnitionem animæ ſeparatæ, & eſſentię eius. Sed perge diſſerere de gratia, qua excæcati damnãtur, & prædeſtinati iuſtificãtur. Hac enim ratione utriuſq; paſsionem patefacies. EVL. Diuus Bernhardus in tribus conſiſtere gratiam docet: in odio præteritorum, contemptu præſentium bonorum, & deſiderio futurorum. quibus ſi quis careat, quomodo gratia diuina dignus erit? profectò nec reſurrectione, nec aliqua bonorum operatione. Præoccupatum enim, ut idem docet, animũ ſecularibus deſiderijs, delectatio ſancta declinat: nec miſceri poterũt uana ueris, æterna caducis, ſpiritualia carnalibus, ſumma imis, ut pariter ſapias quæ ſurſum ſunt & ſuper terram. Operatio ergo ſecundum gratiam, non ſuperbiam, non tumiditatem efficit: ſed timorem, modeſtiam. ſicut idem ſuper Cantica inquit: In ueritate didici, nihil æquè efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam & recuperandam, quàm ſi omni tempore coram Deo inuenia-

ris non

ris non altum ſapere, ſed timere, ſicut ſcriptum eſt: Beatus eſt homo qui ſemper eſt pauidus. Tunc ergo cùm arriſerit gratia, time: cùm abierit, time: cùm denuò reuertetur, & hoc ſemper pauidum eſt. Sed quis, precor, dicere audet, unquam induratum & excæcatum, timere, expaueſcere, cùm ſit omnino in tenebris, lapide durior, inſenſibilis, cæcus, ſurdus, atque mutus? diſcurſu caret, iudicio priuatus eſt, nil omnino diſcernere ualet: imò, ut D. Gregorius ait, quod exitum putant, hoc incluſionem inueniũt: &, quod maius eſt, nec mundi uita ad gratiam habiles ſunt, ut Chryſoſtomus ſuper Epiſtolam ad Hebræos teſtatur. Aliquando, inquit, plerique etiam uitam habentes mundam, non accipiunt gratiam: quanto minus inquinati, indurati, ſeu excęcati, qui agnoſcũt Deum creatorem ſuum, nec illi ut deberent inſeruiunt? quin potius auerſi à creatore ſuo, agunt ea quæ agere non deberent. atque ideo mittuntur in reprobum ſenſum, traduntur in paſsiones ignominię, & in deſideria cordis eorum. ſiquidem obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, Rom. 1. facientes ea quæ non conueniunt, repleti omni iniquitate, dum plus ſuis uiribus quàm potentiæ diuinæ attribuunt. Tales, ſecundum Chryſoſtomum, eleuantur in ſuperbiam, inflantur uenenoſitate iactãtię: & altitudine muneris ſi quod confertur, negligentiores efficiuntur, nec pro eo (ut Auguſtinus dicit Deo ſuo, Sanctus ſum, quia ſanctificaſti me: quia accepi, non quia habui: ſed quia tu dediſti, quæ ego non merui) quicquam reddũt. Licet omnia peccata (ut inquit Auguſtinus) ſic habenda ſunt, tanquam dimittantur: ſubiungit tamen, A quibus Deus cuſtodit ne committantur, ijs uberior eſt gratia quàm precatio: ſemper enim Dominus plus tribuit, quàm rogatur. Dico autem, ijs. Alij enim non habent uenam rogandi, quare nec ubertatem gratiæ, ſicut nec conuerſionis. Quod Chryſoſtomus, de Herode ſermones faciens, ita attingit: Conſideras huius ſtultitię mixtum dolo tyranni. aut enim Herodes credidit ſcripturis, aut non. Si non credidit, ut quid ergo interrogabat ſcripturas, quas putabat

eſſe uaniloquas? Si credidit, æſtimans prophetiam eſſe immobilem, quomodo ergo ſperabat illum regem poſſe interficere, quem futurum eſſe dicebat ſcriptura? Nam ſi prophetiæ credidit, clarum erat ipſum aduerſus impoſsibilia conari. Sed non credidit, tūc nec ſibi timere debuit, nec puero inſidiari. Reſpondet Chryſoſtomus: Anima ſemel malignitate capta, ſtultior omnibus efficitur. Tale quippe eſt uicium malignitatis, ut à nullo plerunq; impulſa, ſeſe ita præcipitet, & ſæpe abſq; effectu operis ærumnoſa, impoſsibilia conatur efficere. Et ibidē: Coërceri (inquit) omnino nequit animus, praua ſemel uoluntate uitiatus: quia zelus ſapere neſcit, & ira conſiliū non habet. ideo Herodes non ſuo conſilio gubernatur, ſed uinculo diaboli trahebatur. Vbi ſunt aduerſarij Atlantes? en uideant Chryſoſtomi uerba ſatis aperta: Coërceri, inquit, omnino nequit praua ſemel uoluntate uitiatus. Videant, inquam, an hic modus loquendi contrarius ſit meæ poſitioni, quam hæreticā iudicarunt. Non mecum profectò uobis incumbit controuerſia, ſed cum Chryſoſtomo, & cæteris patribus. qui ſuper Matth. 22. non uulgariter eandem roborat ſententiam. Sicut, inquit, ignis quanto amplius ligna ſuſceperit, in maiorem flammam erigitur: ſic anima mala, quanto magis ueritatem audierit, eo amplius in maliciam excitatur. Dicitur enim Iob 21. Recede à nobis, ſciētiam uiarum tuarum nolumus. idem 24. Ipſi fuerūt rebelles lumini. Hæc cum ſint (ut D. Tho. lib. 3. con. Gen. cap. 159) in poteſtate liberi arbitrij, impedire nempe diuinæ gratiæ receptionē, uel non impedire: non immeritò in culpam imputatur ei, qui impedimentum præſtat gratiæ Dei. Deus enim, quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus gratiam dare: uult enim omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire, ut dicitur Timoth. 2. Sed illi ſoli gratia priuantur, qui in ſeipſis gratiæ impedimentum pręſtant: quales ſunt ſimpliciter excæcati & indurati: ſicut Sole mūdum illuminante, in culpam imputatur ei qui oculos claudit, ſi ex hoc aliquod malum ſequatur: licet uidere non poſsit, niſi lumine Solis præueniatur. Hactenus Thomas: cuius ſententiam

tentiam hic adducere uolumus, noſtrā porrò clarius infrà ſubnectemus. Volens autem Deus oſtendere iram, Rom.9.& notam facere potentiā ſuam, ſuſtinuit in multa patientia uaſa iræ, apta in interitum, ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Ibidem: An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uerò in contumeliam? per quod excludit Thomas cap. 161. con. Gen. lib. 3. errorem, qui Origeni adſcribitur, dicentem, hoc ad Deum conuerti, & non alios, propter aliqua opera quæ animę eorum fecerant, antequam corporibus unirentur: quæ quidem opinio, in 2. lib. cap. 82. per eūdem confutatur. EVB. Concluſionem tuam nemo ſanæ mentis dubitabit, teſtimonio Euāgelij, Apoſtolorum, & Patrum, eſſe Catholicam: & quæ nil omnipotentiæ Dei detrahat, in cuius manu omnia cōſiſtunt, qui & iuſtus eſt, & miſericors, & omnes ſaluos uult fieri.

Sed ediſſeras, quomodo, & cur propria uoluntate excæcatio naſcatur, quę ſumma animę paſsio nuncupatur? EVL. Malicia ipſa prima ab Adamo cōtracta, & pertinacia inſana: qua magis tenebras quàm lucem pergunt diligere, ad iracundiam Deum prouocāt, ut nec ipſi ſint ei in populum, nec ille ipſis in Deum. Simulatores enim, Iob 36. & callidi prouocant Deum: ideo morietur in tempeſtate anima eorum. Virum enim ſanguinum (Pſal.5) & doloſum abominabitur Dominus: atque diſperdet (Prouerb.3.) Dominus uniuerſa labia doloſa. Abominatio autem Domini eſt omnis illuſor: quorum ſepulchrum (Pſal.13) eſt patēs guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, uenenum aſpidum ſub labijs eorum: Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula: Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, propter quod induratum eſt iniquum & inſipiens cor eorum, ac prouocauerūt dominū Deum ad iram, in eo qui non eſt Deus. Quo fit, ut & ipſe prouocet eos in eo qui non eſt populus. Quare non omnem hominem (Eccleſ.11.) inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix du-

citur in caueam, & capra in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector uidens caſum proximi ſui. Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet uinculum. A' ſcintilla enim una augetur ignis, & ab uno doloſo augetur ſanguis: homo uerò peccator ſanguini inſidiatur. Attende tibi à peſtifero: fabricat enim mala, ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenã, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à uiris proprijs. Stultus enim (Eſa. 32) fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominũ fraudulenter, & uacuam faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferat. Fraudulenti uaſa peſsima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnabit, ad perdendos mites in ſermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium. Vnde patet non obſcurè, cur & quomodo excæcatus ſeipſum perdat, nempe propter iniquitatis amorem, cuius gratia ultro oblatam Dei gratiam contemnit, atque à ſeſe reijcit. Parturit enim (Pſal. 7.) iniuſticiã, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit: conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipſius: iniquitas eius deſcẽdet, quia maledictus doloſus, (Mal. 1.) propter ſuam iniquitatem. Deus autem mitis & pius eſt, uera & ſumma uita, ſicut Auguſt. in Soliloquijs dicit: in quo, & à quo, & per quem omnia bona ſunt, quę beata ſunt. Deus, à quo auerti cadere, in quem cõuerti reſurgere, in quo manere conſiſtere eſt: Deus, à quo exire mori, & in quem redire reuiuiſcere, & in quo habitare uiuere eſt: Deus, quem nemo amittit, niſi deceptus: quem nemo quærit, niſi admonitus: quem nemo inuenit, niſi purgatus. Itaque hac ratione non imminuitur Maieſtas Dei, quòd indurati ruãt in æterna ſupplicia, ubi erit fletus & ſtridor dentium: ſed iuſticiæ potius rigor obſeruatur, quo remuneratur iniquitas, ſicut miſericordiæ æquitas. EVB. Accepi, meo quidem iudicio, ſufficienter modum & rationẽ paſſionis animæ ſeparatæ: ſed reſtat adhuc cognoſcere, an id ſit ratione liberi arbitrij, uel extra illud. Si hoc modo,

Deus

Deus proculdubio erit cauſa damnationis: ſi illo, uellem ex te cognoſcere, quomodo? EVL. Ad effectum ſiue ſalutis æternæ, ſiue pœnæ, noſtrum requiri arbitrium, manifeſtum eſſe poteſt. & omnia, ſiue mala, ſiue bona opera, noſtro arbitrio regi: mala quidem per ſe, bona uerò per accidens. Noſtro enim arbitrio, ut Gregorius aſſerit, ad ipſa mala per ſe ducimur: per accidēs uerò ad ſalutem, quod eſt ipſa gratia. Quippe non debellando humana mens deſtruitur, ſed recedendo: quia ad perditionē ſufficit, ſibi dimiſſa. Vnde manifeſtè apparet, arbitrium hominis eſſe ſufficiens ad perditionem. Quemadmodū enim, ut idem habet, omnipotens Deus humanū cor deſtruit, cùm relinquit: ſic ædificat, dum replet. Dum ergo ædificat, non ex noſtro arbitrio ſimpliciter, ſed per annexam gratiam, quę mollificat cor, & aptius reddit ad accipiendam Dei miſericordiam, quæ noſtro arbitrio accedit per accidens. Accedit enim aliunde, & non promanat ex ſe ipſo: quo fit ut malè iſti ſapientes aſtruxerint, arbitrium auferri, concluſione ipſa ſtante. Quod facile ex ipſa liberi arbitrij ab obiecto ſumpta diſtinctione apparet. Circa duo enim uerſatur: quorum alterum eſt per ſe, alterum per accidēs. Quod per ſe dicitur, in noſtra poteſtate eſt, de quo Epictetus in ſuo Enchiridio doctiſsimè diſſerit: quodq́ nobis ſubiacet, in id liberrimè agere poſſumus: qualia ſunt omnia noſtra opera, & ea quorum ſumus uillici, ut corpus, anima, &c. eiuſmodi obiecta quibus naturaliter tractare poterit. Quod uerò per accidens eſt, id quo ad originem & fundamentum, in noſtra poteſtate non eſt, ſed concurrenter & per collationem. Hinc eſt, quòd gratia Dei non ſit ex nobis, quare nec ex noſtro arbitrio: ſed quoniam eſt aliunde, nempe ex Deo, ideo nobis non adhæret, niſi per accidēs. Gratia igitur per ſe non eſt, quia eſt puriſsimum balſamum, ut ſuperius dictū eſt, quod puriſsimo eget ſubiecto. Homo autem prauus & iniquus ac impurus cum ſit, in eo eſſe locus per ſe gratiæ non poteſt: ideo nec hominis libero arbitrio conuenit per ſe. Hac igitur liberi arbitrij collatione habita, facilè eſt dijudicare, quomodo in nobis ad bonum, & gratiam

diuinam eſſe poſsit liberum arbitrium: nec eſt difficultas in obiecto. Nam gratia diuina reſpicit hominem in libero arbitrio ut obiectum, ſed non ut organũ. Quapropter liberè poteſt apprehendere, ſed non ſecũdum ſcientiam, quæ in eo aptitudinem impedit appetendi. Requiritur enim diſcretio horum obiectorũ, quæ parit occaſionem uidendi, & iudicium diſcernendi, ab eo quod fugiẽdum, tùm quod appetendum eſt. Porrò qui habet hanc uitæ ſcintillam, ut ualeat diſcernere bonum à malo, non eſt induratus: quòd ſi fuerit induratus, ab eo aufertur quod conceſſum eſt, & relinquitur qualis inuentus eſt. Nemo ſiquidẽ cadit cum gratia, ſed permittitur in ſuo arbitrio, ablata gratia, quæ aliũde eſt: ad quam hoc modo non habetur liberum arbitrium, ſed ſpes in fide atq; charitate, alioquin non eſſet donum, ſi cuiuis eſſet innatum, & in libera cuiuſuis poteſtate. Domini enim eſt hæc libertas: ille quem uult indurat, cuius uult miſeretur. Nobis quippe mediatè duntaxat conuenit, fide, ſpe atque charitate. Immediatè uerò ſoli Deo, cuius eſt, omnia à ſe, per ſe, & nullius indigens adminiculo diſponere. Quantum igitur attinet ad hominis arbitrium, ſimpliciter ad gratiam Dei apprehendendam non ſufficit: ſed requiritur cõcurrentia diuinæ diſpoſitionis, ut habentes oculos, uideamus: aures, audiamus: os, loquamur: intellectum, intelligamus, &c. alioquin omne quod perſuaſum nobis habemus, inane, ſine fructu, cõtra bonum, uerum & naturale quoq; eſt. Hoc ſiquidem, modo oppoſito acquiritur: illud, quia non quo ad ędificationem, quemadmodum dimiſſum ad damnationem ſufficit. Liberũ ergo arbitrium hominis per ſe nullo modo gratuitum eſſe poteſt. Lex enim ſpiritus (Rom. 8) uitę in Chriſto IESV, liberauit nos à lege peccati & mortis: ubi quoniam ſpiritus Domini (2. Corinth. 3) ibi libertas. Qui ergo (Iac. 1) in lege perfectæ libertatis perſpexerit, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit, hic inquam gratuitũ conſequetur bonum: quia ſi liberauerit uos filius, uerè liberi eritis: Ioan. 8. à quo ſolo bonum, is enim eſt qui dicitur deſuper, unde omne

omne bonum, à qua omnis gratia, omne meritum, per quem ſolum recipimur in filios adoptionis, non ut id noſtro conſequamur arbitrio: ſed cum noſtrum arbitrium ipſius gratię ſubiecerimus, & nullum obicem diſpoſitioni poſuerimus, tùm demum participes reddimur gratiæ Dei, & uelle ea mediãte iungimus Deo: & arbitrium ſic diſponimus, ut & ipſa in nobis, & nos in ipſa ſimus. Per quod (ſecundum D. Tho. lib. 3. con. Gen. cap. 15.) excluditur error Pelagianorum, qui dixerunt hominem poſſe â peccato reſurgere per liberum arbitrium. Hîc uideant ſapientes iſti, & ruminent Pharaonis arbitriũ ad bonum efficiendum. iſte enim eſt modus intelligẽdi qualitatem liberi arbitrij, unde facilè inueſtigatur Pharaonis arbitrium. Iſtorum itaq; eſt, ut quod iniuſtè damnãt, nunc iuſtè perpendant, ſuamq; conſcientiam altiùs examinent, ne graue pondus ferentes ruant in profundum, unde uix tandem erui poſsint. Agnoſcãt oro ſuum potiùs quàm meum errorem, ſuam ignorãtiam & cæcitatem: nec tantum ſuæ ſenectuti attribuant, quantũ meæ iuuentuti detrahunt. Permittant me eſſe cum Chriſto precor, permittant quæſo alumnũ catholicæ Eccleſię: patiantur quoq; ſe non omnia ſcire, quemadmodũ & ego patior me non omnia uidere: dent cuiuis, iuſticia ſuadente, quod ſuum eſt, & ab iniquis calumnijs & ſubſannationibus in poſterum abſtineant: ita fiet, ut utroſque facti haud pœniteat.
EVB. Multa cumulari poſſunt aduerſus tuam determinationem, ô Euloge. quare meo quidem cõſilio, ſi uoles multorum praua & iniqua iudicia & obtrectationes euadere, diluas ea oro. EVL. Non dubites Eubule amantiſsime, ſi contraria ipſa utrinq; diligentius fuerint examinata, omnem ambiguitatem cadere: ſicut de ſeptenario caſu crebra admodum oppoſitio ſuperius diſcuſſa eſt. Non enim oppugnat Eſa. 43. noſtrum propoſitũ, inquiens: Ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me. ſiquidem non eſt diſputatio de ſua poteſtate, ſed de noſtra infirmitate. Nec pſal. 84. Remiſiſti iniquitatẽ plebis tuæ, aperuiſti omnia peccata eorum: id de omnibus qui conuertuntur intelligitur. Ego uerò non de illis, ſed

dimiſsis inſtitui ſermonem, an nimirum tales etiam uolentes poſſent redire, quos exemplo Petri & Iudæ ſuperius oſtendimus. Ad horum quoque ſimilitudinem de Pharaone atq; Nabuchodonozore legitur, induratio & miſericordia. Vterq; enim fuit rex, afflictus, perſecutor, inobediens, &c. eandem habentes monitionem. quòd uerò alter conuerſus ſit, alter ruinam paſſus, non Dei, ſed cõplexionum eſt culpa. Nam (teſte Auguſtino de Prædeſtinatione & gratia) una & eadẽ medicina poteſt eſſe, alij quidem in detrimentum, alij in augmentum: huic in morbũ, illi in ſanitatem. Nec illud Eſaię. 1 aduerſatur, ut iſti putant: Si fuerint peccata ueſtra ut coccinũ, quaſi nix dealbabũtur: & Prouerb. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. ea enim, ſecũdum D. Tho. ut ſuprà, de prædeſtinatis dicuntur. Pręterea hic ſermo non quadrat huic inſtituto, cùm non ſit excæcatorum, & qui ſemel ceciderunt: ſed eorum qui mollefacti ſunt, & bis, ter, pluries'ue cadunt, ut habere poſsint infirmitatem, in qua uirtutẽ perficiant. Quippe ex incredulitate & pertinacia, qui ſimpliciter & abſolutè cadit, lapſus eſt: qui (Ioan. 3.) non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. EVB. Videris innuere, quòd manus Domini nonnullis ſit abbreuiata. EVL. Non, ſiquidem omnibus eſt expoſita: perinde ac ſol, qui ſuper bonos & malos æquè ſplendet. Dominus enim ex ſua ineffabili pietate, nedum ſe exponit omnibus, uerùm etiã monet: ſicut Iudam, dum ſignificaret ſe per eum tradendum, dum eum exciperet, &c. ſimiliter Pharaonem, quem pluribus plagis & remiſsionibus monuit. At neuter horum monitioni paruit. ideo in reprobũ ſenſum miſsi ſunt, ut ea facerent, quæ non conuenirent. EVB. Dic quęſo, inter prędeſtinationem & reprobationem, differentiam: ut ea quę hactenus tractaſti, magis luceant. EVL. Diuus Thomas in hunc modum eam differentiam oſtendit l. 1. diſt. 40. q. 4. Sicut prouidentia diuina reſpectu ipſius boni, quod eſt per conſecutionem gratiæ & gloriæ, cum præſcientia euentus, dicitur prædeſtinatio: ita prouidẽtia diuina reſpectu mali oppoſiti, cum præſentia defectus, dicitur reprobati o. Et

tio. Et quia bonum ſubiacet prouidentiæ, ut cauſatum & ordinatum: ideo dicitur, quòd prædeſtinatio eſt cauſa gratiæ & gloriæ, ad quam ordinatur. ſed quia malũ non ſubiacet prouidentiæ, ut intentum uel cauſatum, ſed ſolùm ut præſcitum & ordinatum, ideo reprobatio eſt tantum præſcientia culpę, & non cauſa: ſed pœnæ, per quam culpa ordinatur, eſt præſcientia & cauſa. hactenus Thomas. Vnde manifeſtum eſt, quòd excæcatus quemadmodum non cauſatur à Deo, ſic nec Dei eſt: qui aũt Dei non eſt, ad Deum non conuertitur. Conuerſio enim pręſupponit amorem. amor autem & fides in Deum, eſt ipſa amoris uia, & iter ardoris in eum: ſiquidem credere in Deum, eſt in ipſum amando ire. Qui talis eſt, is uerè habet Deum, cauſam omnis boni. Porrò excæcatus, ſiquidem contemnit monita diuina, & plus ſuis uiribus confidit quàm Deo, ſicut in Pharaone uidetur, proculdubio eum non amat. Amor enim & contemptus ex diametro pugnant. Quare ab ipſo non cauſatur, ſed permittitur in ſuo arbitrio, & remanet induratus, atque ſine propoſito. Prædeſtinatus autem præſupponit amorem, quo mediante propitiationem diuinæ uirtutis conſequitur: ſicut reprobatus pertinaciam, qua iram ipſius incurrit. Quem ſi Deus traxerit, utique finaliter ad indurationem non eſt præſcitus, imò propior eſt prędeſtinationi quàm reprobationi. Qui enim finaliter in reprobum ſenſum cadit, actus ſuæ uoluntatis (ſecundum Thomam) pertinaciter in malum & obſtinatè uergens cauſatur ex nobis: perinde priuatio gratiæ ex Deo, quæ eſt lumen quoddam animæ, & perfectio quædam habilitans ipſam ad bonum, ut Thomas docet: qua carere, eſt oppoſitum operari: hoc eſt, labi in æternam damnationem. Hæc inquam per ſemetipſum loquitur Deus, ſine uerbis & ſyllabis, ut Greg. 1. Moral. inquit: quia uirtus eius intima quadam ſubleuatione cognoſcitur, ad quam mens plena ſuſpenditur, uacua grauatur: pōdus quoddã eſt, quod omnem animam quam tangit replet. Talis inſuper eſt gratia Spiritus ſancti, ſecundum Aug. ut ſi in corde triſticiã inuenerit, conſumat & diſſoluat: ſi deſideriũ, permanſiuum

faciat:

faciat: ſi trepidationẽ, etiam abijciat. Qui ergo talem gratiam ſpiritus ſancti, hoc donum altiſsimi cordibus ſuis inſertũ habent: ijs gratia uehementior eſt ad diligendum quàm natura. Reddẽdo uacuatur pecunia: gratia autem & habendo ſoluitur, & ſoluendo retinetur, ſecundũ Ambroſ. Cur autem Dei gratia (ſecundum Auguſt. de bapt. paruul.) ad iſtũ ueniat, ad illum non ueniat, occulta cauſa eſſe poteſt, iniuſta non poteſt. Cui enim brachiũ Domini reuelatum eſt? ut Eſa. inquit: & quis credidit auditui noſtro? Quare itaq; hic prædeſtinatus ſit, uel ille reprobatus, cauſa in rem cadens non facilè aſsignatur, niſi ex nobis & Deo: hic prędeſtinationis per ſe, reprobationis per accidens, ille contrà cauſa exiſtit. quo fit, ut in eis adimpleatur, quod dicitur per Eſa. Excęcauit oculos eorum, & indurauit cor eorũ, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & cõuertantur, & ſanem eos. Hac paſſione, quę maior dari poſsit animę, non inuenio. EVB. Dixiſti quidem ſatis, & confutaſti aduerſariorum falſam opinionem de te: uellem ut nunc exponeres iſtis, an iure te hæreticum appellarint. EVL. Hęc me potiſsimùm mouit affectio ad ſcribendum, mi Eubule: & ſuperius ſatis, ut arbitror, oſtendi, me Chriſtianũ eſſe: ſed nollem talis Chriſtianus appellari, quales ſe eſſe concionantur. Chriſtiani certè nomen, (ut Auguſt. de uita Chriſt. docet) ille fruſtra ſortitur, qui Chriſtum minimè imitatur. tales ſunt omnes qui lupi exiſtunt, & miſeras deuorant ouiculas. hos uitare potius ſemper uolui, & quo ad uixero uitabo: ſed oro iſtos ſapientes, patiantur me Chriſtianum eſſe, non iudicent hæreticum. Etſi enim omnino hæc mea propoſitio aliena fuiſſet ab Eccleſia catholica, non tamen propterea hæreticus eſſem. Dicit quippe D. Aug. contra Fauſtum: Si qui ſententiam ſuam, quamuis falſam atque peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærũt autem tanta ſollicitudine ueritatem, corrigi parati cùm adinuenerint, hæretici non ſunt cenſendi. Igitur quicunq; (ut Hieronymo placet) me culpare uoluerit, ſe imperitum & maleuolũ, uel etiam non catholicum, ſeu hæreticum comprobabit. Nihil enim difficilius eſt,

cilius eſt (ſecundum Auguſt. de Hęreſ.) quàm definire, hoc eſſe hæreticum, aut non hęreticum. Vnde & propter hoc dicit ipſe contigiſſe, quòd cum duo ſcriptores ambo celeberrimi, Epiphanius & Philaſtrius, de hęreſibus ſcripſiſſent, in numerandis illis multum diſcordent: non ob aliam cauſam, quàm propterea, quòd illud quod uni uidebatur hęreticum, alteri non uidebatur. Videant iſti ergo quid agant, & in poſterum cautius loquantur. De intelligẽtia enim hęreſis, (ut Hilar. 2. de Trin. inquit) non de ſcriptura eſt: ſenſus, & non ſermo, fit crimen. Ac potius aliàs de euentu pugnæ, & non de iuuentute ipſa iudicium ferant. EVB. Sic ſolet imperitum hominum genus, ſemper de his quę ſunt ad uirtutem, peius ſentire, quàm quæ ad uitium. Tu uerò eius animi eſto, mi Euloge, ut omnia alienis perferas auribus, patientiaq́ ipſam uincas maliciam. Vna ſiquidem eſt Lactantio uirtus, ac bonorum uita, quæ fert non in Elyſios campos, ut Poetę loquuntur: ſed ad ipſam mundi arcem. At læua, malorum exercet pœnas, & ad impia tartara mittit. Porrò tu, quoniam liber es, beatitudinis & felicitatis ambroſiam, non ſecus ac populus leges, quibus regitur, appetas. Viris enim ſapientibus dictata rationis, ex quibus ceu fonte leges naſcuntur, ſufficiũt, liberum facturæ omnem qui aduerſus eius imperata interdictaq́ non eſt cõtumax. itaq́ rationem ſequere ſenſum, ac eius obiecta, uelut Sireneos ſcopulos fuge: quod & tuo propoſito conuenire arbitror. Hæc ſiquidem libertas in ſeparatis animabus eſt redundans quædam δύναμις, quæ ut in hac uita boni cupida, ueriq́ imitatrix fuit: ſic in uita contemplatiua bona & uera felicitatis Roſcia, paſsionibus eius ſubiacet, uiuendo & intelligendo ac percipiẽdo. ibi non imago uirtutis colitur aliquo thure, ſacrificio, aut precatione ſolenni: ſed ipſa uirtus uolũtate ſolenni atq́ propoſito. Aliud enim præmium uirtutis non eſt, ipſa immortalitate. Itaq́ ſeparata anima huic immortalitati meritò ſubiecta eſt, non ut primus aut ſecundus gradus naturæ, ſed ut intellectus ipſe. Cæterùm ô Euloge, memini te ſuperius hac de re ſatis explicitam feciſſe mentionem, & paſsionem

animæ uarijs argumentis cõcluſiſſe, cur, & quomodo patiatur: quæ dum Ariſtus, uir ſanè nobilis & ingenij & uitæ, legiſſet, non parùm fuit commotus, quòd paſsionem animæ dixeris ex D. Dionyſio Areopag. eſſe bonorum conceſſorum impotẽtiam, & eorũdem fruitionem: hanc in prędeſtinatis, illam in damnatis. Iſtius aũt uiri exemplo, aliorum quoq; mentes non mediocriter turbabuntur. Quare incũbit tibi narrare pœnas inferni, & eorum cruciatus. EVL. Eubule amãtiſsime, ſperabam me colophonem huius inſtituti facturum: ſed uideo me calcem præſentis negotij nondum attingere poſſe. Itaque, licet plurimi Theologi hac de re diffuſe & prolixè ſatis tractarunt, ego tamen ne uidear æmulorum tricis uinci, hac in parte tibi quoque parendum eſſe cenſeo. Dicam igitur ea qua potero breuitate, & ſingula quæ indagaueris diſcutiam. Quęris autem pœnas inferni, & cruciatus animarum ſeparatarum. Hanc materiam & antè Enthuſiaſmus attigit, ubi ſermo fuit non de anima iuncta corpori corruptibili uel incorruptibili, ſeu glorificato, ſed de anima dũtaxat ſeparata à corpore. At cùm (ibidem) glorificatum corpus poſt reſurrectionem ſit futurum, perinde ac angelorum ſubſtantia, Domino atteſtante (neque enim edent, aut bibent, neque nubent, &c.) ſit inquam æquè ſimplex ac anima ipſa; imò ſic unita, ut longè aliud ſit, & infinitam recipiat diſtãtiam, compoſitione temporali: poterimus ſalua conſcientia eodem modo diſſerere de utriſq;. Nam non corpus, ut in hac uita, torquebitur: ſed potius animus ipſe malè meritus, ut patebit. Ergo de iuſticia diuina diſſerturis, aduertenda eſt ratio puniendi: ſicut in potentia ratio creandi, in ſapientia gubernandi, in clementia remunerandi, ſeu reparandi. Ratio autem puniendi eſt, dedecus culpæ, quę requirit decorem iuſticiæ, pœnam nimirum ęternam & infinitam: non quidem acerbitate, ut aiunt, ſed duratione, ob peccatũ in æterno, ob torturam & materiam ignis æternam, ob delictum in id quod eſt infinitum, ob amiſsionem ęterni boni, ob reproborum malam uoluntatem æternam: ob prauum iudicium rationalis, in præponendo finitum infinito: con-

cupiſcibilis,

cupiſcibilis, in appetendo: iraſcibilis, in adhærendo: ob nullam ueram potentiam pœnitendi, ut ſuperius de extincta ſynderesi ſermocinati ſumus: ob ſeparationẽ peccati à uita perpetua, ratione emptionis, uulnerationis, caſus, criminis læſæ Maieſtatis, plagæ: quæ licet momentanea ſint, patiũtur tamen ius poſsidendi perpetuũ (Theologorum conſenſu) mortem, detentionem, ſeruitutem, & liuorem perpetuũ. Quæ cùm ſint ratione delectationis cum ipſo contemptu Dei, datur locus inferni, ubi hæ pœnæ operari debeant, & infligi fæcibus corporũ mundanorum: quæ proprie in mundi innouatione in unum congeſtæ, & ignobiles à nobili ſeparatæ, ad locum pœnarum defluent, & horrorem carceris augebunt. Deus enim, ſecundum Baſil. facta mundi purgatione, diuidet à calore ſplendorẽ, & totum calorem mittet ad regionem damnatorum, ut amplius crucientur: & totum ſplendorem ad regionem beatorum, ut amplius iucũdentur. Ex iſta itaq; Baſilij ſplendoris & caloris diſtinctione, apertè quiuis intelligere poterit, quæ & qualis ſit paſsio beatarum & damnatarũ animarum. In damnatis quidem, propter auerſionem à creatore, carentia ſeu abſentia uiſionis diuinæ: propter conuerſionem ad bonum cõmutabile, pœna materialis incendij: propter deordinationem rationis & uolũtatis, pœna uniuerſalis, quæ conſiſtit in afflictione uaria, acerba, & æterna. Vnde ſcrupulus ille Ariſti, uiri ſanè eminentiſsimi, clarè diluitur. EVB. Bene mehercule cœpiſti: ſed perge, magno quippe deſiderio afficior, hanc materiam ad finem uſque audire, licet tu petitioni meæ ſatisfeciſti. Dixiſti enim pœnas inferni, & earum cruciatum: excuſsiſti quoque dubiũ Ariſti. At denuò, rogo, dic, ea quę enumeraſti, an ſic erunt materialiter, & eodem modo atq; uerba ipſa deſignant? EVL. Sententia patrum dicam, quid ſentiam. Infernum aiunt locum tenebroſum, ratione iuſticię: & licet lumen ſit delectabile, inferno tamen ingerit triſticiam per accidens. Oſtendit enim aliquid triſte, per lumen obſcurum, quod recipit infernus: ut damnati uidere poſsint, unde doleãt, & non lætentur. Vident ſiquidem uſque ad diem iudicij

gloriam beatorum in uniuerſali (ut textus Theologicus docet) non autem in particulari: quia uident quidē eos in magna gloria, ſed non in quali. De qua meritò triſtantur, tum propter inuidiam alienę fœlicitatis, tum propter carentiam propriæ beatitudinis. quod etiam eis poſt iuſtum & ultimum iudiciū in pœnam eorum ſubtrahetur, cum uidebunt etiam hoc aſpectu indignos ſe reputari. Porrò ignis infernalis eſt corporeus, nec agit in ſpiritum ipſum calefaciendo, ſicut Aeſchyntilus per contactum defendebat: ſed ut textus habetur, agit in ipſum ut instrumentum diuinæ iuſticiæ, ipſum lædendo. & ille dolor eſt maximus, tum propter potentiam diuinæ manus ignem mouētis, tum propter ſenſibilitatem patientis, tum propter immediationem cōiunctionis. Non autem æqualiter omnibus ineſt: quia datur maius & minus, ratione maiorum & minorum delictorum. quod (ut textus inquit) manifeſtatur in ligno atq; palea: hoc enim aliter & remiſsius ardet illo. Itaq; ut tandem dicam, quod dudum uolui, & hîc ſatis expoſui, nempe de ſpiritu ſeu anima ſeparata: dixi enim, quomodo patiatur ante iudiciū extremum, quomodo item poſt ipſum: ſed iſta paſsio etiam poſt ultimum iudiciū magis eſt ſpiritualis, quàm corporalis. Fletus ſiquidem in damnatis, eſt ipſe dolor interior, ut textus habet: & non fletus corporalis, qui eſt cum reſolutione lachrymarum. quia ceſſante motu cœli, nulla iam erit generatio uel corruptio: tamē erunt ibi illa, quæ non ſunt corporaliter inſpicienda, ſcilicet comprehenſio cerebri, & formatio faciei, & huiuſmodi. Item uermis, quem Dominus in Eſaia cōminatur, nequaquam materialis eſt: quia inquit textus, nullum animal præter hominem remanebit. Erit autem ibi uermis conſcientiæ, rodens animam, & non corpus. Vnde facilè patet modus paſsionis animæ ſeparatæ. Quemadmodū enim in ſummo loco ſola eſt lætitia, ſic in infimo ſola triſticia, quæ in medio mixta cōtinentur. Infernus autem bifariam conſideratur, uel pro pœna, & ſic dæmones infernum ſecum perpetuò portant. uel pro loco pœnę, & ſic accipitur uel pro pœna ſenſus & damni, ubi ſunt tenebræ interiores

& exteriores, id eſt abſentia gratiæ: (iſte ſemper habet luctum, ut textus continet) uel pro pœna damni & non ſenſus, & ibi ſunt tenebræ exteriores & interiores: uel pro pœna ſenſus & dãni ad tempus, & ſunt ibi tenebræ exteriores & non interiores: uel pro pœna dãni & non ſenſus, & fuerunt ibi tenebræ exteriores, & non tenebrę priuationis gratiæ. His diſtinctionibus accommodat textus ipſe octo genera pœnarũ, quę Tullius in Legibus ſcripſit: ſcilicet, damnum, uincula, uerba, talionem, ignominiam, exilium, mortẽ, ſeruitutem. Primò Iſa. 30. Non remanebit teſta, ut hauriatur parum aquæ de fouea, ſcilicet diuinę miſericordiæ: aut deportetur igniculus de incendio, ſcilicet charitatis. Nam ſecundum Ierem. 8. Finita eſt æſtas, conſummata eſt meſsis. Secũdò, Ligatis manibus & pedibus, &c. Tertiò, Prouerb. 19. Mallei percutientes impiorum corporibus. Iſtud aũt intelligitur, non de malleis materialibus (inquit) ſed de diuerſitate pœnarum, quibus impij uelut malleis torquẽtur. Quartò, Apoc. 18. Quantũ glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum dato ei tormentum & luctum. Quintò, Iſa. 13. Facies combuſtæ uultus eorũ. Sextò, Matth. 22. Proijcite eum in tenebras exteriores. Septimò, Greg. Ibi mors ſemper uiuit: & hęc (ſicut dicitur Apoc.) erit mors ſecũda. Octauò, Thren. 1. Princeps prouinciarum factus eſt ſub tributo. Sic enim damnati ſub tributo pœnarum ſemper ſeruiẽt, & tamen nunquam perſoluent. Vnde infert textus, in inferno fore calorem ignis, ſtridorem rigoris, tenebras, fumum, lachrymas, mœrores, aſpectus dæmonum, clamorem improperij, ariditatem, ſitim, fœtorem ſulphureũ, uermem conſcientię, uincula, carcerem, timorem, dolorem, pudorem, inuidiam, rancorem, carentiam uiſionis diuinæ, ablationem ſpei omnis ſalutis, & (ut ſuperius meminimus ex Dionyſio) proteruam phantaſiam, dementem concupiſcentiam, & furorem iraſcibilem. EVB. Dicas quoq; eadem ratione de beatorũ paſsione, licet ſuperius abundè diſſerueris. EVL. Animarum ſanctarũ paſsio ex fine poteſt colligi. unumquodque enim tanto perfectius eſt, quanto magis coniungitur eſſendi principio. Paſsio

itaq; earum eſt ratione beatitudinis creatæ, qua in patria formaliter recipient beatitudinem: & reſpectu beatitudinis increatæ, qua recipimus beatitudinem effectiuè: hac quieſcunt, illa ſperant. Vnde patet, & Stoicos erraſſe, ponentes beatitudinem in uirtute animi: & Peripateticos, ponentes eam in cognitione ueritatis: & Epicureos, aſſerentes in uoluptate. Patiũtur ergo animæ beatæ, remuneratione meritorum. 1. Corint. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet, ſecundum laborem ſuum. Ioan. 1. Gratiam pro gratia. Matt. 20. Ite & uos in uineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo uobis. Lucæ 6. Menſuram bonam & confertam, &c. Patiuntur etiam, quo ad intellectum, ratione cognitionis: quo ad uoluntatem, ratione dilectionis: quo ad memoriam, ratione comprehenſionis, quibus diuinam eſſentiam conſpicient totam, ſed non totaliter, prout eſt infinita: & differẽter, quia alter altero limpidius uidebit, non ratione uiſi, ſed ratione uidentis, quia idem erit uiſum, nec ex parte obiecti, cùm ſit unum ſimpliciſsimum: ſed potentiæ, cuius perfectione diſtincta opera cauſantur, circa unum & idem obiectum. Et quemadmodũ etiam mali patiuntur ſecundum cognitionem Dei, ſicut eſt: ſic boni tantùm ſecundũ cognitionem Dei, quid eſt, ratione ſimilitudinis. 1. Ioan. 3. Similes ei erimus, quia uidebimus eum ſicuti eſt: id eſt, ſuam maieſtatem, claritatem, & bonitatem. Prout autem nec à malis, nec à bonis uidebitur: nec in uia, nec in patria, quia finitum nunquam capiet infinitum: erit ſanè paſsio potiſsima. Videbimus tamen Deũ in ſe, & Deum in nobis, & nos in Deo: & Deum in creaturis, & creaturas in Deo. Viſione meridiana, Deum in ſua eſſentia cognoſcemus: uiſione matutina, creaturas in uerbo: uiſione ueſpertina, creaturas in ſe, hoc eſt, in proprio genere. Videbit enim unuſquiſque cogitationes alterius, prout uult ipſe cogitans manifeſtare, ut textus habet. Vnde & Greg. Vniuſcuiuſq; mentem ab alterius oculis corpulentia non abſcõdet. Videbitur inquã Deus ipſe ſine medio differẽte, quia non per diſtantiã: ſine medio obnubilante, quia non per ſpeculum & ænigma, quæ ambo ſunt in uia. Vi-

uia. Videbitur ſine medio ſimilari: quia cognoſcetur in ſeipſo, & nõ per aliquã abſtractam ſimilitudinẽ. Sed non uidebitur ſine medio diſponente, quod eſt gratia & gloria. In patria preterea fides & ſpes euacuabuntur: charitas uerò neq; ſecundũ rem, neq; ſecundũ actũ euacuabitur, ſed ſolùm ſecundũ modũ: quia imperfectio eius tolletur, quod ex ſucceſsione patet. Dicit enim Aug. quòd fidei ſuccedit ſpes, quã uidebimus: ſpei uerò ſuccedit beatitudo, ad quam peruenturi ſumus: ſed charitati nihil ſuccedet, ſed potius augebitur. Anima quoq; cõprehendit & tenet in patria uiſum & amatũ, uerũ & bonũ, atq; præmiũ ea ratione qua attingit: ſed nõ qua circũplecti diuinã Maieſtatẽ intelligitur. Vnde abũdè ſatis colligitur, quid ſit paſsio animæ beatæ, qualis, & quomodo patiatur. EVB. Dixiſti quæ dicẽda erant, fateor: ſed antequã finem huic colloquio imponamus, oro ſolue hoc dubium, utrum peccatũ temporis finiti pœnam finitã recipiat, an infinitam tantũ, ut Theologorũ multitudo ſentit. EVL. Quæris appoſitè, ſed rem (meo quidẽ iudicio) arduam. Dicam tamen quod ſentio. In iſta quæſtione duo potiſſimum aduertẽda, Peccatum & Tempus. Quod ad peccatum attinet, conſideranda eſt conuerſio ad bonũ creatum, & auerſio à bono incõmutabili & increato: illud eſt malum finitum, ſecundum omnes Doctores: hoc quoq; malum finitum, ſed ſecundum uiam cõmunem. Conuerſio itaq; ad bonum creatum, eſt de ratione intrinſeca peccati: Auerſio uerò à bono increato, eſt extrinſeca ratio peccati. Hæc quemadmodum eſt infinita, ſic illa finita. Quæ quidem differentia ab obiecto ſumitur utriuſque. Peccatum autem bifariam conſideratur. Primò, ut actus prohibitus, uel actus omiſsionis præcepti à Deo. Secundò, ut reatus derelictus ex prædicto actu prohibito, uel dicta omiſsione actus. Porrò quod ad tempus attinet, ſimiliter duo ſunt animaduertenda. Primò, ſolum tempus uiæ. Secundò, tempus uiæ & termini. Hoc modo poteſt aliquid durare in anima per tempus infinitum. Illo uerò, nec peccatum, nec quicquam pertinens ad hominem, poteſt eſſe infinitum, ſecundũ tempus: cum tem-

pus uiæ

pus uię cuiuslibet uiatoris ſit non ſolùm duratione, & finitum, ſed etiam breue, ſecundum Picum. Hinc licet in ipſo damnato aliquando finiatur ipſum peccatum pro quo damnatur, quo ad entitatem intrinſecã ipſius actus: non finitur tamen quo ad reatum. Itaq; peccatum finiti temporis dignum eſt æterna pœna, niſi fuerit ante mortem dimiſſum: tamen ſi peccatum mortale eſt finitum ſecundum tempus, (ut Pici uerbis utar) non ſolum quantum ad entitatem intrinſecam poſitiuam actus prohibiti à Deo, uel priuatiuam omiſsionis actus à Deo præcepti, ſed etiam quantum ad imputationem, uel deacceptationem. Reatum quoq; & maculã, quæ in multis locis Scripturæ, & in cõmuni modo loquendi Doctorum, ſæpe dicitur peccatum, & quæ ſic eſt de ratione peccati æternaliter puniendi. Quòd ſi non maneat dicta imputatio uel macula, nunquam peccato debebitur, & aliquando perſoluetur pœna æterna. De tali igitur peccato, quantũ ad omnia prædicta, finito, quæ quidem finitio fit per pœnitentiam, ſaltem de mortali actuali dico, quòd ei non debetur pœna ęterna pro peccato mortali, illi ſine fine fuerunt in iſto peccato modo dicto. Hactenus Picus. Et hoc eſt, quod intendit Gregorius dicere, peccatorem puniri pœna æterna, quia peccauit in ſuo æterno: hoc eſt, ſine fine. Et ſic nos dicimus, omnem hominem qui damnatur, mori in peccato pro quo damnatur. Conſentit & Thomas 4. Sent. dicens, ideo durare pœnam dãnatorum in æternum, quia culpa durat in æternũ. Dicit propterea Picus, quòd in omni iſto qui damnatur, eſt unum peccatum infiniti temporis, tam loquendo de tempore uiæ, quàm termini: ſcilicet omiſsio pœnitendi, quæ in damnato nunquam habet finem. Et ita patet, quòd infinitas durationis peccati iſtius qui damnatur, infinitas dicitur, quantum ad imputationis reatum, uel maculã, & impœnitentiam uel omiſsionem pœnitendi. De iſto eſt cauſa quòd ei debebitur, & aliquando perſoluetur pœna æterna. EVB. Sed penitius introſpiciendo, addã & hoc: Peccatum intrinſecum ſui actus, reſpicit peccatũ extrinſecum eiuſdem actus, Conuerſio enim ad bonum creatum, reſpicit

tum,reſpicit auerſionem à bono incõmutabili & increato. Hic reſpectus eſt duorum extremorum, finiti nempe & infiniti. Si itaq; conuerſio non poteſt eſſe ſine auerſione, hæc erit eſſe illius. nam id ſi eſt, alterius eſſe dicetur, modò ad aliquid. uel igitur cõuerſio auerſionis naturam habebit, & ſic omne peccatum infinitũ: uel auerſio conuerſionis, & ſic omne peccatum finitum. Sed nullum horum eſſe poteſt. dixiſti enim ſuperius utrunque finitũ: ſed alterum more Doctorum, alterum uia cõmuni. Si itaque utrunq; finitum, ipſum non poteſt cõſequi pœna infinita. quemadmodum enim pręmium iuxta opera, ſic pœna iuxta delictũ retribuitur: nõ plus, nec minus: quia iuſticię diuinæ rigor cuilibet tribuitur, prout meretur. Sed non uideo mereri finitã culpam, infinitã pœnã: ergo peccato finiti tẽporis non debetur pœna infinita. EVL. Acutè ſanè argumẽtaris, ſed paucis accipe. Confundis in tua argumentatione terminũ à quo, & terminũ ad quem. Cum enim dicitur auerſio finita, & conuerſio, intelligendũ eſt quoad actũ peccati. Cum aũt dicitur auerſio infinita, & conuerſio finita, intelligenda eſt quoad obiecta: ratione quorum dicitur altera intrinſeca, altera extrinſeca. hæc, quoad æternorũ deſpectum: illa, quoad temporaliũ amplexum. Quo fit, ut hęc finita quidẽ ſit, quoad obiectum finitũ, bonũ nempe mutabile: ſed infinita dicitur, quo ad repugnantiã incõmutabilis. Hæc igitur quamdiu ſunt ad aliquid, tamdiu quoq; infinitã pœnam reſpiciũt. Finis enim hominis non eſt bonũ cõmutabile, ſed incõmutabile. Si igitur deficit à ſuo fine, & aliũ arripit, quoad effectũ habet ſemper pœnam ętern ã, ſecundũ finem ęternum: ea aũt ratione qua amplectitur bonũ finitum, ſequitur quidẽ pœna finita, ſed reſpectu alterius fit infinita. Quemadmodum enim bonũ æternum cõmutatur in bonũ temporis, ſic malum tẽporale in malum æternum. Si ergo bonum incõmutabile deſpicitur, & cõmutatur in temporale, pro bono incõmutabili redditur malũ incõmutabile: non ideo, quòd cõuertatur peccator ad bonũ cõmutabile abſolutè: ſed quia finem propoſitũ, bonum nẽpe æternum, ex deſpectu & negligẽtia mutauit in bonũ tempo-

rale. Iuſtũ igitur eſt, ut & pœna finita mutetur in pœnam ęternã. Si enim culpa ſimpliciter conuerſionẽ reſpiceret, utiq; pœnã finitã includeret: ſed quia culpa reſpicit conuerſionem tanquã intrinſecũ actum peccati, dependens ab auerſione, potiſsima peccati ratione, ſine qua cõuerſio non eſſet peccatũ, ideo debetur ei iuſtè pœna ęterna. Hæc ſunt, mi Eubule, quæ de ſeparata anima, eiusq; paſſione, quo ad præſens, tractãda eſſe exiſtimaui. Tuũ eſt, ea æqui boniq; cõſulere. ſi quid in poſterũ per occaſionẽ oblatũ fuerit, quod huic propoſito deſeruire ſenſero, id te latêre non patiar, mihi crede. EVB. Animo meo te ſatisfeciſſe fateor. Nam quæcunq; dici poterant in huius propoſiti robur, omnia diligẽter excuſsiſti, tam philoſophico, potiſsimũ tamen Peripatetico, quàm theologico modo. Quid enim eſt, quod circa animã ſeparatã, eiusq; paſsionẽ uerſatur, quod non pertractaſti? Si profectò ipſum uelut centrũ circũſcribas, non poteris alia reperire, quàm hominis dignitatẽ, incorruptionẽ, medium, ſeparationem, paſsionẽ, unitatem & pluralitatẽ intelligẽtiarum, harmoniã, ordinem, intellectũ, cognitionẽ, motum primi mobilis & planetarũ, ſpiritũ, uentum, ſanguinem, uirtutes animales, uitales & naturales, uenas, arterias, humores, proportiones, liberũ arbitrium, gratiã, prædeſtinationem & reprobationem, ſeruitutẽ, libertatem, infernum, culpã, pœnas, præmia, cœleſtem patriã, peccatum, iuſticiã, miſericordiã, mortem, & reſurrectionẽ. De quibus diſſeruiſti ſatis: & omnia animæ ſeparatę paſsionem, non ſecus ac coniũctę, licet diuerſo modo, tueri oſtendiſti. Quo fit, ut Enthuſiaſmus unà cum cęteris meritò poſſit inſcitiã depellere, morbum animi: & ſcientiam in eius locum ſurrogare, rem omnium precioſiſsimam, ac in poſterum à iudicijs uanis abſtinere. Ita enim, ut ſuperius dictum eſt, conſueuerunt non pauciores, ne dicam plures habere oblatratores, quæ bene ſancteq; aguntur ad uirtutem, quàm quæ iniquè ac perperam ad uitium. Ego pro mea parte tibi pares reddere gratias non poſſum, ago tamen immenſas.

FINIS.

IOHANNES SOLSIGNATVS BOZnenſis candido Lectori S.

QVemadmodum Poetæ ſua ænigmata, ſiue myſteria & uiuendi leges fabularum inuolucris, ludicriſq́; rerum umbris circumuinciunt, & exornant: itidem Tragici, Comœdiographi, per perſonas fictas in theatrum ſcenámue productas, res neceſſarias cõmuni uitæ, negotiorumq́; humanorum contractus ob oculos auditorum ſtatuunt, quò hac induſtria eorum animos cum uoluptate bonis moribus, & recta uitæ ratione inſtituant. Ac uelut Poetarũ, ſimiliq́; in arena uerſantium officium eſt delectare ſimul, & eadẽ opera rectè uiuendi normas præſcribere, & idonea dicere uitæ (teſte enim Horatio, Et prodeſſe uolũt & delectare poetæ) ſic boni doctoris & ſcriptoris eſt, ſublimia & altè eruta, occultáq; philoſophiæ, per ſe proprio ſucco auſtera & aſpera, dulci perſonarũ colloquentiũ condimento ritè uelare, & delicatioribus amariora mitigare: illud enim diuinus ille Plato, & Latinæ linguæ parens Cicero, ſummi philoſophi, principeſq́; uiri, longè cõſultiſsimum eſſe ſunt arbitrati: quorũ ueſtigia (utpote optima) imitatus noſter Scalichius, diſſertationem habitã ut rem geſtam inter cœnandum à clariſsimis uiris, ut obiter aliquando fieri ſolet, ſtyli penicillo beneuolo lectori exhibuit, & proprijs maximeq́; accõmodatis coloribus depinxit: imò enarrans eadem illis ipſis uerbis, quibus in eo cõuiuio uſi fuerũt, perſonis fictis nominibus impoſitis. Quare operæpreciũ me facturum exiſtimaui, ſi in lectoris gratiã breuiter perſtringerem, quis ſingulatim interlocutorũ nomine intelligendus ueniat. qua in re hoc uel maximè operã dedit author, ut quàm proxime cuiuſuis ingenio nomen accõmodaret, & decorũ quod uel primo loco curandũ eſt obſeruaret. Iupiter itaq; hic ſuſtinet uices S. Ferdinandi Imperatoris: Enthuſiaſmus perſonã D. S. à Peruſtain ſenioris gerit. Tagus eſt D. Magnus ab Eck. Amymi nomine denotatur R. Georg. Draſcouitius Præpoſitus Poſonienſis. D. Iulium Alexandrinũ per Aeſchyntilũ intellige. Alogo Iacobus Nogueras Arragonius Decanus Viennenſis denotatur. Stephanus à Laureburgo medicus Ariſto, Scalichius Eulogi nomine, & Eubuli perſona ipſius Genius ſignificatur. Horum lector amice diſceptatio perdurat uſq; ad alterum atq; tertium argumentũ, & eius explicationem. unde digrediens Eulogus, ad Eubulum ſe conuertit, ad fabulæ quaſi cataſtrophen pergens, ubi totius quæſtionis propoſitæ obſcuritatem diſcutit & declarat. Cuius utilitas quanta ſit, legenti plus ſatis conſtabit. Hoc itaq; quicquid eſt laboris, Lector candide, cum ſtudiorum iuuandorum gratia ſit ſuſceptum, benignè interpretabere. Vale & fruere.

AD SERENISS. ET CHRISTIANISSIMVM BOEMORVM REgem, Diuum MAXIMILIANVM, Archiducem Auſtriæ, &c.

DE IVSTICIA AETERNA, SEV VERA PROMISSIONE GRADATIO, PAVLI SCALICHII de Lika, &c.

MAGNVS ille ſator & parens generis humani, Chriſtianiſsime rex, dum naſceretur, à Deo ſe creari cernebat: ab eoq; paulo antè omnia condita perſpiciebat, cœlum, terram & mare, è nihilo parta, animalia, ſidera, cãporumq; uiriditates: colloquio Dei & præſentia fruebatur: & quicquid temporis à creatione ad eum pulſum è paradiſo exactum eſt, mirabilium rerum fuit cognitio, quod multiplex & irrefragabilis ratio demonſtrat. Edocuit enim, ut in paradiſo creatus, ut moratus, ut pulſus fuiſſet: qua cœlum ac terrę animalia ratione creata: quid primum, quid poſtremum cõditum: quam arbores illæ, altera uitæ, altera ſciendi boni & mali, uim haberent: quę fuerit ante caſum fœlicitas, quis ortus & habitus, quę angelorum & dæmonũ formæ. Is Deum ſuis oculis aſpexit, pulchritudinem mundi naſcentis ac nati uidit, nomina beſtijs fecit, cæteraq; plurima cognouit: ex quibus in eo cumulatã abſolutamq; ſcientiam fuiſſe, ſatis conſtat.

Ab hac prima origine hominum ad poſteros deuoluta eſt uera rerum omnium intelligentia, ac ex multiplici conſideratione parta: ideoq; ut unum principium omnium rerum, ſic unam & eandem ſcientiam apud omnes fuiſſe, ratio, multarumq; gentium ac literarum monimenta teſtantur.

Sacra ſcriptura non obſcurè docet, principẽ hunc & ſeminatorẽ generis humani, à creatione ſua ad mortem mille annos, demptis ſeptuaginta, uixiſſe: quo temporis ſpacio infiniti (licet pauci cõmemorentur) fuerunt procreati, qui primũ illum generis ſui ducem diuinitùs creatum contemplati, & cum eo locuti ſunt, quiq; totã creati mundi rationem ab eo didicerunt.

Ex numero eorum plurimi erant, circa terrenas cupiditates curasq; mortales minus occupati: qui & ea, & alia quæ ſeculorum ordo ætatisq; ſucceſsio afferebant cognoſcentes, poſteris, quorum mentes ad cultũ diuinum tantarum rerum ſcientia inflãmare cupiebant, prodiderunt: qua Noe, cuius poſt diluuium plus trecentis annis uita proceſsit, plus quingentis anteceſsit, imbutum fuiſſe, inſtinctus ipſe docet.

Vidit enim optimus iuſtiſsimusq; uir, eos qui primũ parentem uidiſſe potuerũt: ac præter alios, quorum nec memoriam nec numerum annorũ Theologiæ uiſum eſt referre, ipſum Mathuſalem, qui ducentos quadraginta tres annos uixit, uerſatusq; eſt cum Adam, à quo omnia diſcere potuit. Noe quippe cum Mathuſalem commercium conſuetudinemq; habuit plus quingẽtis annis ante diluuium: ac in medio temporum conſtitutus & diluuium aſpexit, & prædicare trecentos annos & ultrà pòſt omnibus omnia potuit, prȩcipuè filijs: à quib. ceu tribus fontibus, natum omne genus humanum, fecit diuortia.

Antequam uerò deceſsiſſet Noe, natus eſt Abraham plus quinquaginta annis: quem ſiquidem ſanctiſsimum, piæq; nationis principem fore proſpexit, nil memoratu dignum preſsit: imò ad pietatem iuſticiamq;, tum originem eorum à Deo, tum pœnam, quæ ſeculũ flagitioſum deleuiſſet, commemorando inflammauit.

Ab hac ueriſsima cauſa, magnam rerum diuinarũ humanarumq; ſcientiam deductã eſſe par eſt: ſeculis poſtea barbarie ſolitudineq; primorũ hominum plurimum labefactatam, factamq; ſemper uetuſtate deteriorem.

Quo fit, ut nationes priores, apud quas natæ & geſtæ res antiquorũ ſunt, earum rerum clariora ac plura, quàm

cæteræ, monumenta retinuerint: ut Chaldæi, Armenij, Babylonij, Aſſyrij, Aegyptij, Phœnices: penes quos partim aperta & detecta, partim fabuloſa & ſcirpis ac latebris abſconſa atq; diſsimulata: partim impijs figmentis uiolata, theologia maiorum reſedit: & ut hominum tota ſeries, ſic deinceps ſapientiæ inter ſe implicata uſque ad Moſen fuit.

Fuerunt coætanei poſt Noe, Abraham & Hiob, alter in Armenia, alter in terra Hus (quæ eſt pars Arabiæ deſerta, adiacẽs Meſopotamiæ, ſiue Armenię minori) pietate & ſapientia refertiſsimi, uterq; uidẽtes & audientes Noe. Fuit & Sibylla, pręſertim Sambethe, etiam in his ipſis locis, Perſide nimirum, uel Chaldęa, nata de genere Noe: cuius extabant uigintiquatuor libri, ubi plurima de Chriſto, plurima item de origine ſuæ gentis, & de creatione ſcripſit: ſolaq; ex familia Hebræorum ut præſtantior numeratur, & ſola ad texendã continuandamq; hiſtoriam neceſſaria.

Abraham anno à condito orbe milleſimo octingenteſimo, primus fuit qui legem accepit, ſe ſuosq; circumcidit, & ad tempora Moſis traditionibus poſteritati conſuluit. Moſes primus fuit qui legem ſcriptis mãdauit, ac in mõte Synai à Deo didicit. Tandem ſubſecuti ſunt Iehoſua filius Nun, Iudas, & Symeon frater, Samuel: Reges, Saul, Dauid, Nathan prophetæ libri, Achiæ Silonitæ, & uiſio Abdo uidentis, in quibus ſcripta ſunt contra Ieroboam filium Nabat, opera Salomonis filij Dauid, priorum & nouiſsimorum. Is diſputauit ſuper lignis à cedro quę eſt in Libano, uſq; ad hyſopum quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis, & uolucribus, & piſcibus, (dederat enim ei Dominus ſapientiam & ſcientiam uberiorem, quàm omnibus Regibus qui eum aut præceſſerant, aut ſequerentur) & ueniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiã Salomonis, & ab uniuerſis Regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius.

Regina quoq; Saba, cùm audiſſet famam Salomonis, uenit ut tentaret eum in ænigmatibus in Hieruſalẽ, cum magnis opibus & camelis, qui portabãt aromata, & auri plurimum,

plurimum, gemmasq́ꝫ precioſas. Cumq́ꝫ ueniſſet ad Salomonem, locuta eſt ei quæcunq́ꝫ erant in corde ſuo. Et expoſuit ei Salomon omnia quæ propoſuerat, nec quidquam fuit quod non perſpicuum ei fecerit.

Eſdra primus eſt qui ſecreta temporũ, & finem Moſi, in monte Syna enarrata, literis mandauit: & præparatis buxis multis, acceptisq́ꝫ ſecum Sarea, Dabria, Salemia, Echano, & Aſiel, prõptiſsimis hiſce quinq́ꝫ ſcriptoribus, profectus eſt in campum: ac diuinitùs illuminatus, per quadraginta dies libros ducentos & quatuor cõſcripſit. quorũ priores ex mãdato altiſsimi, palàm fecit dignis & indignis: nouiſsimos aũt ſeptuaginta conſeruauit ſapientibus de populo, quòd in his eſſet uena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen.

Eo tempore quo Moſes natus eſt, floruit Atlas aſtrologus, Promethei phyſici frater, ac maternus auus maioris Mercurij, cuius nepos fuit Mercurius Triſmegiſtus. hunc aſſerũt occidiſſe Argum, Aegyptijs præfuiſſe, eisq́ꝫ leges ac literas tradidiſſe. Triſmegiſtũ uerò ter maximum nuncuparunt: quoniam & philoſophus maximus, & ſacerdos maximus, & Rex maximus extitit. Hic in tãta hominum ueneratione fuit, ut in deorum numerum relatus ſit. hic enim ruinam præuidit priſcę religionis, hic ortum nouæ fidei, hic aduentum Chriſti, hic futurum iudicium, reſurrectionem ſeculi, beatorum gloriam, ſupplicia peccatorum. Quo factum, ut Aurelius Auguſtinus dubitauerit, peritiáne ſiderum, an reuelatione dæmonũ, multa protulerint. Lactantius autem, illum inter Sibyllas ac Prophetas cõnumerare non dubitat, quem Iamblichus ad centum & decem millia librorũ, id eſt chartarũ è papyro, de rebus diuinis & naturalibus cõſcripſiſſe memorat: cuius eſt, quicquid de mundi creatione, de rebus diuinis in Platone admiramur. Hic inter philoſophos primus à phyſicis ac mathematicis ad diuinorũ contẽplationem ſe contulit: primus de maieſtate Dei, dęmonum ordine, animarũ mutationibus ſapientiſsimè diſputauit. Primus igitur theologiæ appellatus eſt autor. Eum ſecutus Orpheus, ſecundas antiquæ theologię partes obtinuit. Orphei ſacris

pheí ſacrís ínitiatus eſt Aglaophemus, Aglaophemo ſucceſsit in theologia Pythagoras : quem Philolaus ſecutus eſt, Platonis præceptor.

Itaq; quemadmodum una díuiní ſermonis undiq; ſibi cõſona traditio, ex diuinis hominibus ſex, miro quodam ordine ad poſteros deuoluta eſt, exordia ſumens à principe generis humani ipſo Adam, ab Eſdra reſtituta: ſic una priſcæ theologiæ undiq; ſibi conſona ſecta, ex theologis ſex, miro quodam ordine conflata eſt, exordia ſumens à Mercurio, à Platone penitus abſoluta.

Si rem diligentius expendamus, quantumuis ſapientiſsimi utrinq; fuerint, & ſapientia inſcrutabili humana mente præditi, neutrã tamen partem de uerbo hoc æterno propriè ſecundum ſubſtantiam ſuam dixiſſe deprehendo. adeò ſiquidem occultum eſt, adeoq; captum noſtrum excedit, ut nec angelis ipſis detectum ſit: quod ſoli patri æterno, & cui ille reuelat, conſtat. Etenim ne animæ quidem Chriſti, patres ſancti docent, id patefactum fuiſſe: dum ſolùm numerum ſcitorũ, etiam ſine poteſtate operandi, ante unionem uerbi æterni ei adſcribunt.

Inſtituere ergo ſermonem de iuſticia, ſeu uerbo æterno, haud exigui laboris foret. Requiritur quippe animi quies & libertas: quodq; maius eſt, ſingularis ſpiritus diuini affectus, poſtpoſita omni præſumptione, ſynceritas mentis ac ſimplicitas: ne, ut plurimis cõtigit, rationis minus participes reddamur. Mundus enim (ut Apoſtolus loquitur) non cognouit in ſapiẽtia Dei, per ſapientiam Deum. Quare placuit Deo, per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Quod etenim ſtultum eſt Dei, ſapientius hominibus: & quod infirmum Dei, firmius hominibus. Nunquid ſtultam reddit Deus ſapiẽtiam huius mundi? ſcriptum enim eſt: Perdam ſapientiã ſapientium, & prudẽtiam prudentiũ reprobabo. Dum minatur Scriptura, horreat natura, pareat rectę rationi, & quęrat uias Domini, quoniam ipſe demonſtrabit eas.

Quapropter reijciẽda eſt illa Peripatetica examinandi methodus, qua per cauſarum cognitionẽ ipſam ſcientiam uenamur, & conſequimur fidem: ac oppoſitã planè ineamus,

ineamus, ſtatuẽdo cauſas abſolutè in ipſa fide, ueluti fundamento, in quo uerè ſitum eſt uerbum hoc æternũ, cuius ſpiritus arguet mundũ de peccato, iuſticia & iudicio, incipiendo à fide motuq; orbiculari, remeãdo in fidem, cui ſuperædificatum eſt iudiciũ & iuſticia noſtra. Hæc quo ad executionem uoluntatis, qua liberè ex mera ſua & ineffabili clementia pro nobis paſſus, ſuſtulit omnia debita noſtra, ut ſolus eſſet iuſticia: quemadmodum ſapientia perfecta, qua ut omnia condidit, ſic iuſticia cuncta redemit. Illa uerò quoad obedientiã, qua iudicio paruit, cùm in cognitione cauſæ, ut unus pro omnibus moriatur, tum in pronũciatione ut crucifigatur, rurſus reuertendo ad iuſticiam, qua unicuiq; quod ſuum eſt reddet.

Hæc iuſticia eſt ipſum uerbum æternũ, ipſa ſalus omni credẽti, ipſe nempe ordo perpetuus diuinæ memoriæ & uoluntatis in eadem natura & numero, trium ſimpliciſsimarum deitatis notionum כתר חכמה בינה differẽtium.

Naturæ concordia uerò in ipſa Dei cõſideratur eſſentia, ſicut conuenientia numeri in nobis: & utraq; in eodem medio, excepta ordinis proprietate. quod manifeſtè apparet in quinque gradibus naturæ, eſſe, uita, ſenſu, imaginatione, & intellectione. Hinc differentiæ proueniunt partim extra ſubiectum, ut accidentia communia: partim extra eſſe, ut propriæ paſsiones: partim intra ſubſtantiam, ut notiones diuinæ, corona, ſapientia, & intellectio amoris eiuſdem naturæ, quia eiuſdẽ eſſentiæ: eiuſdem numeri, quia ſub unitate eadẽ. Numerus enim conſideratur, aut ut ad aliquid, & dicitur diuerſitas numeri: aut ut aliquid, & nũcupatur ipſa unitas. Et ut alterum ab altero plus non differt, ſic alterum cum altero non eſt magis unum: non enim ſucceſsiuè recipit ſimilitudines rerum, ſicut homo: nec in inſtanti, ſicut angeli: hic per ſuam ipſiuſmet ſubſtantiam, & per connata media: ille per multa media, & ſæpe iteratos actus. Sed iuſticia, ſeu uerbum æternũ ex ſua ſubſtãtia cognoſcit ſe, & creatas ſubſtãtias abſq; ullo medio: & ut Philo ait, τόδε γεννητικώτατόν ἐστιν ὁ θεὸς, καὶ δεύτερος ὁ θεοῦ λόγος: generandi potẽtiſsima maximeq; genitalis res eſt Deus: & ſecundus, uerbum Dei,

in quo uelut libro, quod Moſes allegoricè uerbum Dei uocat, deſcriptæ & impreſſæ ſunt uniuerſarum rerũ exiſtentiæ. βιβλίον δὲ εἴρηκε τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ᾧ συμβέβηκεν ἐγγράφεσθαι καὶ ἐγχαράττεσθαι τὰς τῶν ὅλων συστάσεις.

Quod autem uarios ſenſus in nobis uerbi diuini myſteriũ producat, fit eò, quia uarios admittit ordines, atq; reſpectus. alius nanq; in cognoſcendo, alius in operando conſiſtit. quia ſecũdum alium modum, inquit Philo, Diuinum uerbum locus eſt, quem repleuit totum per omnia in incorporeis poteſtatibus ipſe Deus. κατὰ δεύτερον δὲ τρόπον ὁ θεῖος λόγος τόπος ἐστὶν, ὃν ἐκπεπλήρωκεν ὅλον, δι' ὅλων, ἀσωμάτοις δυνάμεσιν αὐτὸς ὁ θεός. Quorum alterũ quidem eſt diuinum uerbum, alterum autem Deus ante uerbum. Is uerò, id eſt intellectus, homoq; ipſe ductus à ſapientia, in primum peruenit locum, inuento lubentiæ capite & fine, uerbo diuino: in quo poſitus, non attingit ut perueniat, ut ſit Deus, ſed ipſum procul aſpicit. ὧν τὸ μὲν ἕτερον θεῖος ἐστὶ λόγος: τὸ δὲ ἕτερον ὁ πρὸ τοῦ λόγου θεός, ὁ δὴ ξεναγηθεὶς ὑπὸ σοφίας, εἰς τὸν πρότερον ἀφικνεῖται τόπον, εὑράμενος τῆς ἀρεσκείας κεφαλὴν καὶ τέλος τὸν θεῖον λόγον, ἐν ᾧ γενόμενος οὐ φθάνει πρὸς τὸν κατὰ τὸ εἶναι θεὸν ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτὸν ὁρᾷ μακρόθεν.

Hoc quoq; loco Philo & uerbum diuinum, & Deum qui ſit ante uerbum, cõmemorat: appellãs Deum ipſum patrem, ſicut Ioannes, Verbũ erat apud Deum. Deinde dicit, uerbum diuinum eſſe principiũ & finem uoluptatis, fœlicitatis finem, cõtemplandi amorem & deſideriũ, gaudiumq;, ut canunt noſtræ literę. Hoc omne Grecè dicitur, ἀρέσκεια. Per hoc ipſum uerbũ, ait homines Deum procul aſpicere, ducem ad Deum eſſe uerbum eius: ſicut ille in mundo ſe oſtium uocabat, quo perueniatur ad patrem. priusq; ait, per ſapientiam attingi ad filium, inde uideri Deũ procul. Eſtq; profundiſsima theologia, quam puto Philonem in antiquorum ſuorum monumentis reperiſſe: celebrem item apud Chaldęos, Aegyptiosq;. eodem libro ſcribit, τὸ μὲν παράδειγμα ὁ πληρέστατος ἦν αὐτοῦ λόγος: Exemplar, inquit, erat pleniſsimum, uerbum eius. Sic & in iſto loco denotat originem mundi Philo eſſe filium Dei: exemplar autem, propter res creatas: pleniſsimum, propter

mum, propter fœcunditatē, infinitamq; rerum creandarum poteſtatem: formam rerum infinitam, genitricē omnium rerum ſapientiam. Hinc eſt apud Hebręos traditio conſtans de mundo intellectuali, qui uocatur עולם הבא, id eſt mundus ille uenturus, quo ad nos: & de mundo ſenſibili, qui dicitur עולם הזה, id eſt, mūdus iſte præſens. eſt enim apud eos, אהוב למעלה ונחמד למטה ונוחל שני עולמים העולם הזה והעולם הבא id eſt, Dilectus surſum, & deſideratus deorſum, & hereditans duos mūdos, mundum præſentem, & mundum futurum: qui abundè declarant & originem mundi, & ipſum exemplar.

Porrò origo iſta Mundi, ſeu uerbum ęternum, tres recipit (ſecundum Ioannem) ordines, dum ait, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θέον, καὶ ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος.

Primus ordo eſt infiniti, ſeu ipſum poſſe. Nihil enim quis unquam ne cogitauerit quidem, prius ipſo poſſe, quod maximè infinitum in Deo eſt: imò ipſum infinitus Deus eſt, in quo non ſeparantur eſſe & poſſe, quod omnium producibilium & ſingulorū quorunq; cōtinet eſſentias, uirtutes & operationes, cum omnibus proprietatum & accidentium connexilibus, differentijs & unionibus. atq; hoc ipſum infinitum eſt, primum omnium rerum principium: nempe uerbum æternum, quod Ioannes docet, In principio (inquit) erat uerbū. in quo non confuſè, non in chao, non in erebo, nec obſcura nocte, ſed diſcretè ac ordinatè, in pleno lumine ſcilicet, in ipſa luminoſa & omnium fulgētiſsimorum radiorum ſplendidiſsima claritate, ac illuſtris & illuſtrantis eſſentię diuinæ intuitu, noticia, cognitione ait uerſari, quæ optimo iure ab antiquiſsimis philoſophorum idea nominatur, ἐκ τοῦ ἴδω, τὸ γινώσκω. Quod quidem uerbum cum omnia complectatur mentalia, rationalia, intelligibilia, ſenſibilia, uitalia, ſubſtantialia, adhæſibilia & adhæſiua, non tantum eorum quæ ſunt, uerumetiam eorum quæ non ſunt: tum uerè illud appellatur infinitum, quod & à ſapientiſsimis dictum erat ἀπειροδύναμαι, id eſt infinitè poſſe, quoniam & ipſum eſt infinitum, & una eademq; infinita & eſſentiali idea complectitur res infinitas. Nihil enim uel fuit,

uel eſt, uel erit, in ſupercœleſtibus, cœleſtibus, terrenis, corporeis aut incorporeis, in angelis, in hominibus, in brutis, in plantis, in tota uniuerſi natura, quod non inde proueniat, & cuius ipſum uerbum non ſit principium. Eſt enim ἀπειροδύναμος, καὶ παντοδύναμος, δυναμοποιὸς δύναμις: id eſt, infinitè potens, & omnipotẽs, & potentifica potẽtia: quæ nihil aliud eſt quàm diuina eſſentia, intra quam ante omnia, ut Philolaus inquit, unum producit duo.

Secundus ordo eſt unius Verbi, nimirum ęterni apud Deum, per quod omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, per quod omnia ſunt concepta in mente æterna.

Tertius ordo eſt numeri: Deus, inquit, erat uerbum. Vnum enim ſecundi ordinis ipſe Deus eſt: & cùm intra eſſentiam diuinam productio duorum mãſerit, (numerus enim ſeipſo conſtituitur, Boetio Peripatetico autore, iuxtaq; unum ſolus binarius naturaliter eſt) tum neceſſariò, duo quoq; illa, Deus ſunt: quoniam intra Deum nihil niſi Deus eſt. Tres igitur hæ res, principium & primum cùm ſint, & unam Dei eſſentiam non exeant, tum Deus planè unus eſt. Non enim eſſentia eo ſcinditur, quòd ex uno duo producta numerantur: ſicut in rebus quoq; corporeis ſæpe fit, ut unitas mota in duitatem (ſit uenia cõparationi) uſq; ad terna progrediatur, manente rerum ſubſtantia, ut ſtipitis & ſurculorum: uel æquius, ut hominis corpus, brachium & digitus. Ex uno itaq; in diuinis producẽte, & duobus productis, trinitas oritur: quibus rebus ſi addatur eſſentia, ab eis formaliter diſtincta, erit formalis quaternitas, quę eſt infinitum unum, & numerus duorum: omnis numeri ſubſtantia, perfectio & finis, quæ collectiuo progreſſu decem cõſtituunt, extra quę nihil eſt: incipit quippe ab uno, & remeat ad unũ: ut meritò in principio fuerit uerbum, & uerbum apud Deum, & Deus uerbum, & omnia unum uerbum, & ſolum diuinũ, homini extrinſecus accedens, à cuius lumine recepto uirtutes inferiores dirigũtur & gubernantur. ות מוי שבל אחך עד השבל והמשביל. Id eſt, quouſq; intellectus, intelligens, & intellectum, ſint unum & idem. In

lumine

lumine enim tuo (ut ait Propheta) uidebimus lumen. כי אתו השכל בשפע נשכיל ממך שפע ונתישר. Hoc eſt, quod influentia mentis, quæ influit ex te, intelligimus & rectificamur.

Hoc ipſum lumen & diuinum uerbum, ſolem Philo aſſeuerat. κατὰ τὸ τρίτον συμαινόμενον ἥλιον καλεῖ τὸν θεῖον λόγον, τὸν τοῦ κατ᾽ οὐρανὸν περιπολοῦντος: Secundũ tertium ſignificatiuum, ſolem uocat diuinum uerbum, eius qui per cœlum circũambulat. Quid admirabilius Philo dicere poterat, de uerbo Dei? appellari eum ſolem, qui de ſe dicebat: Ego ſum lux mũdi. & Eccleſia canit: Ex te enim ortus eſt ſol iuſticiæ, Chriſtus Deus noſter. Hæc nuncupatio ad magnam uerbi diuinitatem, uniuerſalemq; & incorporeum nitorem, inuiſibilemq; oculis humanis claritatem reſpicit: quæ claritas non poſsit alio, quàm ſolis nomine, uerius deſignari. Eodem ſignificatu Ioannes dixit de cœleſti ciuitate: Et ciuitas non eget ſole, neq; luna, ut luceant in ea. nam gloria Dei illuminat eam, & lucerna eius eſt agnus: & non egent lumine lucernæ, neq; lumine ſolis, quoniam Deus illuminat illos. Sic & idem Ioannes: Erat lux uera, quæ illuminat omnem mundum.

Inambulantem autem per cœlum dicit, aut ipſum patrem, cuius maieſtas ſit in cœlo, totũ implens intra & extra mũdum: aut certè ſolem ipſum, eius qui per omne inambulet cœlũ. quod Plato de Ioue. Pſalmus quoq;: Qui aſcendit cœlum cœli ad orientẽ. Quod Hebraicè ארבות, Qui equitat orbes cœleſtes, aut cœlum ſupremum.

Quemadmodum Hebræis duo mũdi, ſic Philoni duo Dei templa ſunt. δύο γάρ, ὡς ἔοικεν, ἱερὰ θεοῦ. ἓν μὲν ὅδε ὁ κόσμος, ἐν ᾧ καὶ ἀρχιερεὺς ὁ πρωτόγονος αὐτοῦ θεῖος λόγος. ἕτερον δὲ, λογικὴ ψυχή, ἧς ἱερεὺς ὁ πρὸς ἀλήθειαν ἄνθρωπος. Duo ſunt, ut apparet, templa Dei: unum quidẽ mundus iſte, in quo & pontifex primogenitus eius, diuinum uerbũ: alterum uerò rationalis anima, cuius ſacerdos eſt uerus homo. Quid apertius, diuinius, mirabilius? Pontificem templi, qui eſt totus mundus, eſſe diuinum uerbum, primogenitum? mũdum, templum Dei? Huius templi diuinũ ſummumq; ſacerdotem, primogenitum Dei, uerbum eius.

Quia ſcilicet ille rex eſt & dominus mundi, omnia regens & ſuſtinens, creator, altor. Pontificem quoq; uocat eum Paulus, qui pro peccatis hoſtiam obtulerit, inter homines Deumq; ſequeſter & mediator. Qua ratione Dionyſius item uocat eum τελέταρχον μυστάγωγον, initiationum myſteriorumq; principem: primusq; ipſe initiator & ſacrator, qui ſuis myſterijs, præcipuè cognitione & cultu patris ſui, nos initiauit. Hoc maximus ipſe in toto mundo ſacerdos egit & agit: ipſe enim eſt uerbum diuinum, ſummus ſacerdos, & primogenitus.

Hoc uerbum æternum, cum caro factum eſt, attulit nobis plenitudinem gratiæ, uia, ueritate, & uita, inquiens: Amen amen dico uobis, qui uerbum meum audit, & credit ei qui miſit me, uiuet in æternum: & in iudicium non uenit, ſed tranſit à morte ad uitam. Et paulo pòſt: Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc eſt, quando mortui audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. Vltimò, Quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia uenit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Primò docet, ſecundò reducit, tertiò iudicat: ubi licet uerbum omnibus uitam tribuat, ſed nox eſt alijs ad reſurrectionem uitæ, alijs ad reſurrectionem iudicij: Beati ergo qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Et ſi uerbum diuinum maximè diſtet quoad notiones & proprietates, ut ſuperius dictum eſt, & diuerſitates ac ordinum collationes recipiat: nihilominus unum ſunt, quia una eſſentia & prorſus inſecabilis, quę non includitur rebus, ſed ut artifex præeſt artificiatis.

Quod uerò ad incarnationem attinet, non quia uerbum, ſed quia unio animæ corporiſq; cum uerbo, omnino differebat, nunc uerò conuenit abſolutè: tunc finitus, nunc infinitus eſt: tunc mortalis, nunc immortalis, à dextris ſui patris in gloria ſedet, qui ab æterno omne opus concœpit, eorumq; ipſe imago extitit. Qua ratione, ſi rem penitius introſpiciamus, non ineptè dicere poterimus,

terimus, etiam ipſam incarnationem ab æterno conceptam eandem fuiſſe. Ideatum enim cum ſua idea conuertitur, antequam ideatum fuerit in eſſe ſubiecti. Hæc oratio ſanè occultiſsima, à creatore mundi, cum beatis angelis in ſuæ diuinitatis penetralibus eſt habita. Dixit nanque Deus: Ecce Adam ſicut unus ex nobis. Non ex uobis inquit, ſed unus ex nobis. Nam in uobis angelis numerus eſt, & alteritas: in nobis, id eſt Deo, unitas infinita, æterna, ſimpliciſsima & abſolutiſsima. Nec ipſum unum in angelis, ſi quid ſit, eſſe poteſt, ſicut in Deo. Non igitur connumerauit ſibi angelos Deus, cùm de unitate loqueretur: quoniam repugnat, idem aliquid eſſe unum in natura cum Deo & angelis: tanta eſt creatoris & creaturæ diſtantia.

Quid igitur eſt quod ait, Ecce Adam ſicut unus ex nobis? Hic ſanè, ut Capnion ediſſerit, coniicimus, alterum quendam eſſe Adam cœleſtem, angelis in cœlo demonſtratum: unum ex Deo, quem uerbo fecerat: & alterum eſſe Adam terrenum, repulſum à Deo, quem ex luto manibus ſuis finxerat, & horto exegerat. Iſte unus eſt cum Deo: hic non modò alter eſt, uerumetiam alius, & aliud à Deo.

Poſt miſerabilem generis humani caſum, docuit angelos ſuos Deus, quantum eorum conditio capere poterat, quis eſſet humanum genus redempturus: tunc enim prædeſtinata planè fuerat ſalus hominum. Ecce, inquit, hic eſt ille Adam, qui non tantum poſt orbis & ueſtri ortum eſſentialiter eſt, ſed etiam ante omnem creationem in æternitate fuit unus ex nobis, antequam tempus fieret. Quod Onkelus Chaldaicè ſic interpretatur, הא אדם הוה יחידי בעלמא מני: id eſt, Ecce Adam fuit unigenitus meus, ſiue unicus meus, in æternitate ex meipſo. Vnde facilè patet, incarnationem, antequam eſſet in eſſe ſubiecti, eandem fuiſſe cum Deo, & eſſe. Quare uerbum ipſum proculdubio ab æterno fuit prædeſtinatum, & cooperatio eius, ſed non ut eſſe ſubiecti: & Sol enim radios extendit, at non niſi tempore conuenienti generat. Sic cooperatio incarnationis, fuit quidem ab

dem ab æterno, ſed in tempore plenitudinis gratiæ eſ-
ſe ſubiecti ſubijt, & fructum fecit. hoc enim erat tempus
conueniens natiuitati Chriſti. Quod facilè patet ex o-
raculis Heliæ, apud Hebræos citra omnem figuram, ci-
tra uelamen ex profeſſo dicentibus: Quarto millena-
rio uenturum Meſsiam, in particula quæ inſcribitur:
מסכך עבודה זרת capite בפרק חלק in hæc uerba תנא
רבי אליהו שיתא אלפא שנה הוי עלמא שני אלפים תוהו.
שני אלפים תורה. שני אלפים ימות המשיח ובעונו׳ תינו׳
שרבו יבאו מהן מ׳ה שיבאו Hoc eſt: Dixerunt filij ſiue
diſcipuli Heliæ: Sex mille annorum mundus, duo mille
inane, duo mille lex, duo mille dies Meſsiæ: & propter
peccata noſtra, quæ ſunt multa, præterierunt de eis, quæ
præterierunt. Hinc manifeſtum eſt tempus, quónam fue
rit conueniens Meſsiam aduenire. Ideo uerbum quidem
ab æterno prædeſtinatũ, at in tempore opportuno miſ-
ſum, ſine potentia, quia ſemper eſt actu, & omni menſu-
ra temporis aut motus, ex inuiſibili uiſibilis incarnatio-
nis effectus docet. Egreſſus eius æqualis diuinis, ſitus in-
ferior quoad carnem, regreſſus uerò præeminens admi-
rabili modo omnibus terreſtribus & cœleſtibus, coeter-
nus ſecundum totam incarnationem, obediẽtia & chari-
tate inenarrabili, qua ſe obtulit, ac una oblatione in ęter-
num ſanctificatos conſummauit.

Quo fit, ut altiſsima theologia Apoſtolorum maximè
diuinũ eſſe cõfirmet, quòd mũdus factus ſit tẽplum Dei,
in quo colitur, adoratur, cognoſcitur, laudatur Deus
inuiſibilis. Sed & animum eſſe templũ Dei, noſtra theo-
logia eſt: Templũ Dei, inquit Paulus, eſtis uos, Dei ædi-
ficatio. Philo quoque inquit, τὴν τοῦ θεοῦ εἰκόνα, τὸν ἄγγελον
αὐτοῦ, λόγον. Imaginem Dei, angelum ipſius, uerbũ. Ima-
ginem Paulus etiam characterem appellat: & Eſaias, ma-
gni conſilij angelum. Eoq; dicitur λόγος, ſermo Dei, lo-
cutio Dei, nũcius Dei, loquẽs & agens omnia pro Deo,
tãquam ſequeſter inter nos & illum. In quibus eſt omnis
theologia. ipſe enim eſt paſtor, nobis rectã uiam demon-
ſtrans. quod apprimè Philo in libro de Agricultura ex-
preſsit: ποιμὴν καὶ βασιλεὺς θεὸς ἄγει κατὰ δίκην καὶ νόμον,
προστησάμενος.

Paul. 2. Corynth. 4. & Coloss. 1º Hebr. 1º

προστησάμενος τὸν ὀρθὸν αὐτοῦ λόγον, πρωτόγονον υἱόν, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης, οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος διαδέξεται. hoc eſt: Paſtor & rex Deus, ducit rectè & legitimè, perfectè, lege recta, uerbo ſuo, primogenito filio, qui curam ſacri iſtius gregis, tanquam magni regis quidam magiſtratus, ſuſcipit. ubi Philo apertè dicit, Primogenitum filium uerbum proſpicere gregi ſuo, omni mundo, præcipuè generi humano. Idem etiam filius dixit, appellans homines ouile ſuum, ouesq; à patre ſibi creditas. Deniq; omnem generis humani adminiſtrationem, redemptionem, curam, traditam ſibi à patre dicebat: ſeq; ab eo miſſum in hunc mundum, agentem quæ pater ſuus imperaſſet. Eamq; ob cauſam uocat eum Philo ὕπαρχον, magiſtratum, miniſtrum ſubimperantem, ut ſic loquar, alterius imperio parentem, imperãtem quidem, ſed ſub altero imperatore & patre, qui mittat eũ ad omnia. Eaq; eſt ratio appellationis λόγος, quod rectius uertitur ſermo, locutio, quàm uerbum: ſonat enim id nomen locutorem, internuncium: non natiuitatem, ut reor, ſpiritualem. In libro quoq;, Quòd diuinitas ſit immutabilis, χορεύει γὰρ ἐν κύκλῳ λόγος ὁ θεῖος, ὃν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὀνομάζουσι τύχην. εἶτα, ἀεὶ ῥέων κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη, καὶ χώρας τὰ ἄλλων, ἄλλοις καὶ πᾶσι τὰ πάντων ἐπινέμει, χρόνοις αὐτονόμοις ἀλλάττων τὰ παρ' ἑκάστοις: Inambulat enim circum uerbum, quod appellant pleriq; fortunam. Deinde ſemper per urbes cõmeans, & gentes, ac regiones quæ ſunt aliorum, alijs & omnibus res omnium diſtribuit temporibus liberis, mutans quæ ſinguli habent. Vbi manifeſtè apparet, Philonem oſtendere, filium Dei uerbum eſſe rectorem, gubernatorem, moderatoremq; uniuerſi: ſicut ſuperius, datam curam gregis à Patre, Filio dixit. Quæ quidem omnia indefeſſe concinunt ſacræ literæ. Eum dicit inuiſibiliter perambulare mundum: eadem cauſa ſuperius uocabat eum hyparchum magiſtratum. Eum ait omnia diſtribuere, uertere, uerſareq; regna, cõmutare, diuitias, opes: quod totum eſt mundum moderantis. Portans omnia, inquit ille, uerbo uirtutis ſuæ: Et: In quo omnia, ex quo omnia, per quem omnia.

Philo passim πρωτόγονον υἱόν, πρωτόγονον θεῖον λόγον, ἄγγελον τοῦ θεοῦ, λόγον, [illegible] dicit

Tria autem ſunt attributa, quoad nos, uerbi diuini: menſura, bonitas, & ipſa uirtus. Primum conſideratur penes magnitudinem molis & uirtutis. illa ſecundum quid uerbo diuino conuenit, quia ratione temporis: hæc ſimpliciter, quia infinitè, & ſecundum diſpoſitionem, & ſecundum habitum. iſta quoad nos conſideratur, ut profectus ſcientiæ & ætatis: illa perfectione, tam prima quæ fuit ab æterno, quàm ſecunda quæ fuit per unionem ad animam & corpus. Prima fuit abſque omni ſucceſsione, quia æterna: ſecunda ſucceſsiuè procedit ex prima. Quo fit, ut perfectio ſecũdum habitum, omnia uirtute ſua regat, & cœleſtia & terreſtria: ſecundum diſpoſitionẽ uerò cõregnat, propter innocentiã & obedientiã perfectam.

Secundum partim permanẽs, quæ in ſuo principio radicaliter & in æternum permanet, & eſt fons omnis boni, à quo omnia bona deriuantur propter ſe, cum hoc ipſum ſit ipſamet bonitas: partim fluens, quæ nil aliud eſt quàm hęc ipſa boni deriuatio. Vt enim riuuli ab ipſo fonte, ſic bonum fluens à permanente originem trahit. Itaque uerbi diuini bonitas, partim in ſuo, partim extra ſuũ eſſe conſideratur: illa permanens, hæc fluens propriè nuncupari poteſt.

Tertia: alia naturalis, alia ſupernaturalis. illa quoad incarnationem ratione animæ & corporis: hæc reſpectu ſuijpſius. Quia omnes uirtutes propheticæ & perfectiones in ſemetipſo abſolutiſsimæ fuere: & quoad cooperationem unitiſsimam ſuijpſius, atque exemplarem Apoſtolorum infuſam, propheticam & naturalem.

Id Philo in libro de Flammeo gladio, appoſitiſsimè & paucis manifeſtat: μετελθὼν οὖν ἀπὸ τῶν ἐν μέρει κατασκευῶν, ἴδε τὴν μεγίστην οἰκίαν, τὴν πόλιν, τόνδε τὸν κόσμον. εὑρήσεις γὰρ αἴτιον μὲν αὐτοῦ τὸν θεὸν, ὑφ' οὗ γέγονεν. ὕλην δὲ, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνεκράθη. ὄργανον δὲ, λόγον θεοῦ δι' οὗ κατεσκευάσθη. τῆς δὲ κατασκευῆς αἰτίαν τὴν ἀγαθότητα τοῦ δημιουργοῦ: Digreſſus igitur à particularibus opificijs, aſpice maximam domũ, aut urbem, hunc mundũ. inuenies enim eius cauſam Deum, à quo factus eſt: materiã, quatuor elemẽta, è quibus conſtitit: organum aũt, uerbũ Dei, per quod conſtructus eſt.

constru-

conſtructionis autem cauſam, bonitatē opificis. Videamus obſecro mirandam theologiā. Vrbem dicit, aut domum, totum mundū: eius opificē & cauſam, Deum: materiam, quatuor elementa: organicā ſiue motricē, ſeruientem primo, finalem bonitatē, uel etiam efficientem. Noſtræ theologiæ myſteria, prædicantis Deum creatorem cœli & terræ, uti cauſam principalem: Filium autem, per quem omnia facta ſunt, Græcè, ſicut & Philo διὰ. præpoſitio enim Græca διὰ, deſignat mediū. Et quod expreſsit Philo, organū, id eſt, motorem, eum qui ab alio mouebatur. mouebatur à patre filius ad creationē, eo uti artifice utebatur: eum imperauit creare. dederat poteſtatē creandi: itaq; mūdus à patre & filio eſt creatus: à patre, uti prima cauſa uolente, dictante, iubente: à filio, parēnte, iuſſo motoq; à patre. Sicq; fuit creator unus: & quia creauit uterq;, uterq; Deus. Sed quoniā bonus niſi unus, neceſſariò una diuinitas, ut ſupra patet, & ratio declarat, & theologia demōſtrat. Non enim tanquā à duob. diuerſis autoribus creatus eſt mūdus, ſed à duob. uelut uno: à principali cauſa Deo: à cauſa mota, ab ipſo Deo filio. Neq; enim filius creaſſet, ſi pater noluiſſet, & ſi poteſtatē non dediſſet. Paruit igitur patri, accepta ab eo æterna poteſtate in creādo & incarnando. quæ res exēplis humanis eſt clara.

Mercurius & Philo, λόγον, id eſt Verbum, non ſolum filium Dei dicunt eſſe, ſed etiam opificem. Verbumq; eſt opifex propter mundanum opificium, in quo opificium cœli eſt præcipuum. Plato autem in Epinomide ſic ait: Quælibet ſtella proprium curſum conficit, συναποτελῶν κόσμον, ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειότατος, ὁρατόν: Abſoluēs, inquit, ac peragens eum ordinem & decorem, quem ut uideri poſſet, fecit diuiniſsimum uerbum.

Audiuerat ſanè Plato ex Mercurio, mentem, uerbum, opificem condidiſſe mundū. Quocirca in Phædone clamat, & affirmat, mētem omnium creatricem. in Timæo, uocat creatorem mundi opificē. in Epinomide, uerbū diuiniſsimum cœleſtes ordines excogitaſſe.

Hinc non obſcurè patet, eadē ut ſentiāt Ariſtoteles & Plato. Ariſtoteles uocat mentem θειότατον, diuiniſsimam,

 in libris

in libris diuinæ philoſophiæ. Plato, Verbum dicit eſſe diuiniſsimum. Profectò non poſſunt duo eſſe diuiniſsima. Sunt igitur omnia nomina filij Dei, quibus eadem res apud inclytos duos philoſophos, totamq́ priſcorũ theologiam ſignificatur.

Patet igitur profundiſsimum myſterium, etiam apud Ariſtotelem, Platonẽ, Orphea, Mercuriũ Triſmegiſtum: diuiniſsimeq́ ſecũ omnes cõſentire, prædicareq́ reuelatam nouiſsimis ſeculis radiantiſsimè theologiam. Sed audiamus luculentũ teſtimoniũ ſuper & theologia Mercurij, & ipſa ueritate, de patre inquam & filio, apud Platonem: ac conſideremus, quantum ex Chriſtiana theologia priſcis innotuerit: tum ex eo intelligamus, quæ de Magis, Sibyllis, Aegyptijsq́ prolata ſunt, ſine cõtrouerſia non eſſe adulterina & cõmenticia. Filius non ſolum à Chriſtianis, ſed his etiã omnibus quorum uſi ſumus teſtimonijs, uocatur totius orbis, cœli ac terræ princeps, ut Sibylla canebat: Princeps ait, noſter, regum terræ, dominus dominantium. Vocatur etiã cauſa, & opifex. ubiq́ enim nunc ſcimus celebrari ac commemorari, quòd omnium rerũ cauſa ſit filius Dei. Idem etiam ualet opifex ac cauſa: ut qui dicat opificiũ, neceſſariò id deſignet quod fit à cauſa. His ergo nominibus clariſsimè uſus eſt Plato pro ipſo filio. Ibiq́ patrẽ iſtius cauſæ & principis commemorat: eamq́ cõmemorationem myſticam, arcanam, ſacerrimamq́ aſſerit. In epiſtola ad tres amicos, Hermiã, Eraſtũ, Coriſcũ, de amicitia & charitate locutus, poſtea epiſtolam claudens, hæc adiecit: Hanc epiſtolã uos tres ſimul oportet legere: ſin minus, duos certè in commune. idq́ quoad eius fieri poſsit creberrimè, fœdere & lege firma ac ſancta, quæ iuſticia eſt, adiuuãtes omni animi contentione diſciplinam, quæ ſoror & comes eſt ſtudiorum, καὶ τὸν τῶν πάντων θεῶν ἡγεμόνα, τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνυῦντας. ὃν, ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων. hoc eſt: Adiurãtes etiam rerum omnium principem Deum, rerum inquam præſentium ac futurarum, tum principis huius & cauſæ patrem. de quo ſi uerè fuerimus

rimus philoſophati, dilucidè ac clarè cognoſcemus, quãtum poteſt concedi hominibus beatis.

Hæc meherclè dum penitius introſpicio, præ gaudio lachrymas cõtinere non poſſum. Video ſiquidem, generis humani ſeruatorem ſemper cognitum, nũquam ſe ab aſpectu humano adeò ſubduxiſſe, ut eo ueniente, prorſus noua res diuinitas eius, & auguſtiſsima quæ dicitur Trinitas uideretur. Videtur quippe ignaris admirabile, in Deo eſſe patrem & filium: idq; præcipuè cæcutientibus diſplicet Hebræis, quorũ ſunt animi ſemper ineptiſſimarum cognitionum pleni, nec ſinit eos unquam imperitia uidere ueritatem.

Habemus apud Platonem, philoſophiæ profanæ antiſtitem, hominem ante Chriſtum multos annos natum, nudam atq; apertam patris ac filij cõmemorationem. Filium dicit eſſe omnium rerum principem, præſentium ac futurarum. Quæ ſunt autem res futuræ, niſi futurum ſeculum? Siquidem & Paulus regem ſeculorum, & præſentis ac futuri ſeculi principem, eum appellat. Vtriuſq; principem dicit Plato, cuius paulo pòſt nominat patrẽ. Tum Plato uocat eundem cauſam, eam uidelicet quæ creauit omnia, omnium cauſarum princeps ac magiſtra. Ideaq; per excellentiam uocatur: à Philone exemplar & organum, & umbra Dei dicitur, in ſecũdo Allegoriarũ libro: σκιὰ δὲ θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστιν, ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ προσχρησάμενος ἐκοσμοποίει· αὕτη δὲ ἡ σκιὰ, καὶ ὡσανεὶ ἀπεικόνισμα, ἑτέρων ἐστὶν ἀρχέτυπον. ὥσπερ γὰρ ὁ θεὸς παράδειγμα τῆς εἰκόνος, ἣν σκιὰν νυνὶ κεκλήκαμεν, οὕτως ἡ εἰκὼν ἄλλο γίνεται παράδειγμα, ὡς καὶ ἐναρχόμενος τῆς νομοθεσίας, ἐδήλωσεν εἰπὼν, καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα θεοῦ, ὡς τῆς μὲν εἰκόνος κατὰ τὸν θεὸν ἀπεικονισθείσης, τοῦ δὲ ἀνθρώπου κατὰ τὴν εἰκόνα λαβοῦσαν δύναμιν παραδείγματος. Quæ ſunt: Vmbra Dei, eſt uerbum eius, quo tanquã organo uſus creabat mundum. Hæc autem umbra, & quaſi aſsimilatio, aliorum eſt exemplar: ſicut Deus exemplar imaginis, quam umbram nunc uocauimus: ſic imago alteri fit exemplar. Sicut inchoans libros legis expreſsit Moſes, dicens, Et creauit Deus hominem ad imaginem Dei. Quaſi ipſa quidem imago ſecundum Deum ſimu-

lata ſit, homo autem ſecundum imaginem, quæ acceperit uim exẽplaris. Vnde facilis eſt reſpectus creatoris & creaturæ. Imago enim ſecũdum Deum ſimilata eſt, creatoris infinita, quemadmodum hominis finita.

Infinitum aũt creatoris aliud productionis, aliud proprietatis. Productionis eſt, ipſe ordo in diuinis, ad ſingularum perſonarum diſtinctas hypoſtaſes tendens, idq; modo infinito: cum ab æterno ſic agant, & in æternum. Proportio enim horum eſt adeò æqualis, ut cui conuenit æternum, ei de neceſsitate quoque infinitum conueniat oportet.

Sed quoniam productionẽ ſuperius habuimus unius & duorum, illius hic particularis requiritur ſermo, huius uerò cõmunis. Omnibus quippe notionibus diuinis infiniti & æterni natura æqualiter conuenit, quia ſimpliciter eorum proportio & attributum eſt. Itaq; productionis unius obiectum eſt uerbum, ſeu iuſticia ęterna, genita conſideratione primæ productionis à ſolo & uno patre una: quorum actus eſt æternus amor, reciprocationes duorũ quoad ſpirationes & exiſtentias, trium quoad hypoſtaſes pandens. Duæ enim hypoſtaſes emittunt duas ſpirationes, & naſcuntur bini proceſſus quoad terminum à quo: utrunq; tamen terminus ad quem recipit unus. quo fit, ut unus ſpiritus ab utroq; procedat: quod & fides docet, & diligens proceſſuum conſideratio, & proportionis ac numerorum modus.

Porrò infinitum proprietatis eſt ternarij ordinis, & diuerſiſsimi reſpectus. Proprietas autem iuſticiæ æternæ eſt, ipſum uerbum Dei, tam abſolutum (ut, In principio erat uerbum: quod eſt abſolutè infinitum, quia ſine principio, in quãtum principium: quàm reſpectiuum) ut, Et uerbum erat apud Deum, Iuſticia enim æterna eſt, Et Deus erat uerbũ. Id & Laertius teſtatur ex Platonis ſententia, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει, καὶ αἴτιον: quem Deum, inquit, & mentem appellat, & cauſam.

Cuncta igitur hæc ſunt nomina filij Dei: cauſa, mens, opifex, uerbum. Generatio cauſæ, eſt ipſe pater. Creatio mundi, eſt per filium. Cauſa eſt ipſe rex, uel princeps rerum, præ-

rum, præſentium & futurarum. Sibylla enim Regem, ſeu ἡγητῆρα, Principem deorum appellat. Sunt autem dij, res futuræ reſpectu noſtri. nam Paulus: Omne, inquit, nomen quod nominatur in hoc ſeculo, & in futuro. Horum Sibylla principem filium dicebat à patre conſtitutum, ſimiliter & Plato. Sibylla ἡγητῆρα, Plato ἡγεμόνα. Non obſcurum, ſed euidentiſsimum eſt, Platonem hanc ipſam cauſam appellaſſe Deum. Apertè enim loquitur in epiſtola, filium eſſe, & patrem: filiumq́ eſſe cauſam, eſſe regem uiſibilium & inuiſibilium, eſſe Deum. Quid ſupereſt in theologia? Poſtremò ait, quod nemo ſatis & ſumma cum admiratione amplecti poterit, de patre eſſe philoſophandum uerè. Hic Plato acutè & abſconditè, more Prophetarum loquitur. Quid enim eſt, uerè de patre philoſophari? (ut antiſtes ille Kiſamus, uir omni ſcientiarum genere refertiſsimus, inquirit.) cur id de patre potiſſimum? nempe ea de cauſa, quoniam ex ſententia Philonis, Numenij, & Plotini, non erat hominibus notus pater, ſed filius tantum, creator ſcilicet mundi. Sciebãt omnes, & prędicabant, mundum à Deo creatum. Solum ergo norant creatorem, patrem non norant. Quare bene admonet, oportere de patre uerè philoſophari: Græcè ὄντως, id eſt realiter & eſſentialiter. digna ſcilicet de eo cogitare & loqui, quæ illius ſunt: & facere, quod faciebat filius eius, qui reuelauit hanc de patre ſuo philoſophiam, omnia illi aſcribens, diuinitatem, eſſentiã, poteſtatemq́ ſuam: dicens ſe ab eo miſſum, ab eo cõſtitutum iudicem uiuorum & mortuorum, omnia ſibi ab eo tradita: appellans eum patrem ſuum, Deum ſuum: affirmans eum eſſe ſe maiorem: nunquam patrem agnoſcendum, & ad conſpectum eius iucundiſsimum ueniendum, niſi filio reuelante & perducente.

Hæc eſt philoſophia de patre, reuelata à filio, non nouiſsimis ſeculis modò, ſed etiã (ut apparet) iam inde ab origine mũdi filius eam reuelauit, redditurus hac cognitione nos beatos, & ad uoluptates paternas, paternũ regnũ additurus. Hic eſſe beatitudinẽ prædicãte Platone, quis erit tam tardus ac ſaxeus, quẽ non hæc cõmoueant

in admi-

in admiratione, ſemper hodiernam ſapiētiam, quæ nunc eſt ubiq; uulgatiſsima, fuiſſe prioribus ſeculis notam, prædicatam licet paucis? Quòd aūt Plato in Epiſtola de filio Dei ſit locutus, & quòd non mihi primo ueritas hęc affulſerit, ut Kiſamus loquitur, ſunt doctiſsimi Græcorū theologi, iĳdemq; maximi philoſophi, teſtes: Clemens Alexandrinus, Origenes, Euſebius, Cyrillus: qui fatētur, ea Epiſtola de filio Dei ſcripſiſſe Platonem: idq;, contra philoſophos prophanos differentes, & eos ſcriptis ſuorum reuincētes. E quibus Origenes cōtra Celſum lib. 6. ὁ δὲ πάντα ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι κέλσος, καὶ πολλὰ τῶν τοῦ πλάτωνος παρατιθέμενος, ἑκὼν οἶμαι σιωπᾷ τὸν περὶ υἱοῦ θεοῦ λόγον, τὸν παρὰ πλάτωνι λεγόμενον ἐν τῇ πρὸς ἑρμείαν καὶ κορίσκον ἐπιστολῇ. οὕτω δὲ ἔχει ἡ τοῦ πλάτωνος λέξις. Celſus autem qui ſe omnia ſcire profitetur, multaq; ex Platone profert teſtimonia, ultrò (ut quidem ipſe arbitror) reticet, quę de filio Dei loquitur Plato, in Epiſtola ad Hermiam & Coriſcum. ſic enim ſcribit ibi, &c. Hæc Origenes. Eadem Euſebius & Cyrillus, & Clemēs in Stromatis. Sed unus Origenes ſufficit. Hoc idem uidit & protulit Hugo ſenior, ualde bonus theologus.

Itaq; tria ſunt genera cōmuniter, quibus cognita eſt ſapientia. Primum fuit illud totum, quod ab origine mundi quaſi per manus, & famam ſuccedente fama, in multas gentes ſe diffudit: quod niſi uiolatum poſtea fuiſſet, magna rebus humanis ea lux extitiſſet. Alterū genus, à philoſophis naturas cauſasq; rerum ſpeculātibus habuit ortum: quod à primo quidem plurimū receſsit, iudicĳs humanis ſæpenumero labentibus, & quam quęrunt ueritatem non inuenientibus. Tertium illuxit omnes claritate ſui, prioris tenebras depellens, non uno ſe loco continens, ſed radĳs replens uniuerſa. Hæc errores philoſophiæ & plagas & uulnera, quæ temporibus fuerant illata, prioris illius ſanauit, mediæ præpoſtera iudicia retexit: ab omnibus expetita, omnium hominum iudicio, uel ipſorum philoſophorum, mundo neceſſaria: ſola digna ſapiētiæ nomine. Vt in omni lingua & doctrina fraudes & fabulæ multę: ſic ſolū hic dulcis & optata requies animorum,

morum, per incertas hominũ coniecturas antea negantium, ſemper aliqua luce refulſit in mundo: primùm omnium in Chaldæis, tandẽ Hebræis, Aegyptijs, Phœnicibus, nouiſsimè in Græcis, poſtea in Romanis. Ii omnes, è quibus quidam clariores extiterunt, partim per illam à primo homine deſcendentem theologiam, partim toto mũdo reſonantibus oraculis, notam habuerunt Dei immenſam, immutabilemq́ naturam, alterã ab ęterno mentem genuiſſe. eiſdem eam etiam nominibus, quibus extrema poſtea maiorq́ theologia, uocantes nunc filium Dei, nunc uocem Dei, nunc uerbũ, nunc mentem, ſapientiamq́: eamq́ fuiſſe omnium rerũ creatricem aſſeruerũt.

Hoc omne antiquiſsima Chaldæorũ, tum Aegyptiorum, demum theologia Græcorum, cognouit. Principes Chaldaicæ theologiæ fuerunt, quos patria lingua Magos, quaſi ſapientes, ſiue philoſophos appellabant. Anteſignanus ac princeps Aegyptiæ theologiæ, extra controuerſiam fuit Mercurius Triſmegiſtus. Græcam theologiam ex antiquis rexit ac celebrauit, quorum nomen peruenit ad poſteros, præcipuè Orpheus: deinceps Homerus & Heſiodus, quos theologos dixerunt. E' philoſophis Thales, Pythagoras, Anaxagoras, Empedocles, Parmenides & Plato: nouiſsimi, ſed ſuperioribus nonnihil diſpares, Ariſtoteles & Theophraſtus.

Omnibus enim, tam Chaldæis quàm Aegyptijs & Græcis, communis eſt ordo in collocandis rerum principijs: Bonũ primo loco, deinceps mentẽ conſtituentibus. Si quidem ijdem ipſi Chaldęi, genitorem Deum non ſolùm patrem, ſed etiam bonum appellant. quod & Plato & cæteri omnes uſurparunt. Mentem quoque, Græcè νοῦν, ſecundo loco, ſicut & Hebræi חכ מוח ſtatuerũt. & licet apud eos ipſos Hebræos חסד quartum locum obtineat, hoc eſt bonitatem, tamen clemẽtiam rectius ſonat. atq́ כתר hoc eſt corona ipſa, bonum illud Chaldæorum potius eſt intelligenda. primùm Sephiroth, quod rectẽ ſequitur חכמה, id eſt ſapientia, correſpondens Græcorum menti, quam νοῦν appellant. Mentem ab æterno à patre primogenitam, & unigenitam, rerumq́ principiũ ab

eo conſtitutum. Idem Anaxagoras ſenſit, dum pronunciaret omnium rerum principium νοῦν, id eſt mentem, nequaquam ab illa Chaldæorum diſsimilem. hanc ipſam enim & ſapientiſsimam cenſuit, & uocauit (teſte Ariſtotele) ἀμιγῆ καὶ ἀπαθῆ, ſine cōplexu, ſine alterius rei commixtione: quod propriũ ac ſolum Dei eſt. Idem ait, Anaxagoram dixiſſe, πάντων ἠρεμούντων κίνησιν ἐμποιῆσαι τὸν νοῦν, καὶ διακρῖναι: omnibus quondam quieſcentibus motum Mentem dediſſe, ab inuicemq́ ſeparaſſe.

Eadem hæc canit & Moſes de Deo, aſſerens prius tenebras fuiſſe, & aquã cum terra cõmixtam. Deum autem lucem tenebris diſiectis intuliſſe, aquasq́ à terra ſeparaſſe. Hunc autem fuiſſe, facilè dicere poterimus ab Anaxagora νοῦν: cui præferebant τὸ ἀγαθὸν, more Hebræorum & Chaldæorum, ipſum nimirum bonum: & id quoad nos, aliàs in Deo æqualia ſunt. Hanc eandem mentem alacri uoce pronũciauit Ariſtoteles, τῶν φαινομένων θειότατον, omnium quę cogitari poſſunt diuiniſsimum. quam licet patrem habere neſcierat, ueriſsima tamen dixit. nam Mens intelligendo patrem, intelligit etiam ipſam.

Hanc præter alios theologos, etiam Plato ipſe in Cratylo, prolem Dei æternam, omnipotentem ſapientiã patris ſui, clarè oſtendit. εἶναι δὲ τὸ δίκαιον, ὅ λέγει ἀναξαγόρας νοῦν εἶναι, τοῦτο. αὐτοκράτορα γὰρ ὄντα αὐτὸν, καὶ οὐδενὶ μεμιγμένον, πάντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ πράγματα, διὰ πάντων ἰόντα: Eſſe, inquit, iuſticiam, quam Anaxagoras mentem dixit, aſſerit Cratylus. quæ cum ſit imperatrix, & regina, & princeps, nulliq́ commixta, eam tradit omnia creare, per omnia commeantem. Et, ut Laertius perhibet, ὁ πλάτων τὴν δικαιοσύνην θεοῦ νόμον ὑπελάμβανεν: id eſt, Iuſticiã Dei legem ſuſpicatus eſt Plato. Et quod Marcus noſter apertius: Orta aũt ſimul eſt, inquit, cum mente diuina, quãobrem lux uera & princeps apta ad iubendũ & ad uetandũ ratio eſt recta ſummi Iouis. Quod Plato in Philæbo ſic exprimit: πάντες συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ἑαυτοὺς ὄντω σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ ἴσως εὖ λέγουσι. Conſentiunt, inquit, omnes ſapientes, ſeipſos in eo iactãtes, quòd Mens ſit regina nobis cœli & terræ, & fortè rectè loquuntur.

Sapientes

Sapientes autem, non ſolùm Anaxagorã, ſed & Chaldæos, Triſmegiſtum, Orphea, pluresq́ alios, quos legerat, Plato intelligit. Et ante omnes fuit Moſes, qui hunc quem ſua lingua Græci intelligentiam, ſiue mentem appellarunt, uocauit ipſe ſua, Spiritum qui ferebatur ſuper aquas. Hunc ſpiritum Plato proſequitur: Scimus, inquit, in uniuerſo infinitum quiddam, & aliquem terminũ eſſe, quibus præſit cauſa: κοσμοῦσά τε καὶ συντάττουσα ἐνιαυτούς τε καὶ μῆνας, σοφία καὶ νοῦς λεγομένη δικαιότατα ἄν: Exornans & coordinans annos, & tempeſtates, & menſes, quæ Sapientia & mens uocetur ſapientiſsimè. Hæc eſt illa ſapientia, de qua Salomon ſcribit: Dominus ſapiẽtia fundauit terram, ſtabiliuit cœlos prudentia. Et de qua Salomon idem, ſimiliter prorſus atque Plato, τί σοφίας πλουσιώτερον, τῆς τὰ πάντα ἐργαζομένης; τίς αὐτῆς τῶν ὄντων μᾶλλον ἐστὶ τεχνίτης; ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σου, καὶ σοφίᾳ σου κατασκευάσας τὸν ἄνθρωπον. Quid ſapientia opulentius, quæ operatur omnia? quis rerum magis artifex ipſa? qui creaſti omnia uerbo ſiue ratione tua, & ſapientia tua hominem molitus es?

Hanc eandem ſapientiam apud Hebræos חכמה ſuperius ſecundum Sephiroth eſſe conſtat: quam etiam Platonem inter principia connumeraſſe, teſtatur Laertius: qui ſcribit, duo mũdi creati principia ſtatuiſſe Platonem, materiam & Deum, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει, καὶ αἴτιον, quam & mentem appellat, & autorem ſiue cauſam.

Mentem autem ex Macrobio quoq; filiam ſummi boni, ſummum bonum ipſum, ſupremũ genitorem eſſe conſtat, qui in ſomnio Scipionis ſic inquit: Cæterum cum ad ſummum & principem omnium Deum, qui apud Græcos τὸ ἀγαθὸν πρῶτον ἁπάντων nuncupatur, tractatus ſe audet attollere, uel ad mentem quam Græci νοῦν appellant, originales rerum ſpecies, quæ εἴδη ſunt, continentem, ex ſummo natã & profectã Deo: cum de his inquã loquuntur, ſummo Deo & mẽte, nihil fabuloſum penitus attingũt: ſed ſi quid de his aſsignare conantur, quæ non ſermonem tantũmodo, ſed cogitationem quoq; humanam ſuperant, ad ſimilitudines & exempla confugiunt. Sic Pla-

to, cum περὶ ἀγαθοῦ loqui eſſet animatus, dicere quid ſit non eſt auſus: hoc ſolùm de eo ſciẽs, quòd ſciri, quale ſit, ab homine non poſsit. Solum uerò ei ſimilimum de uiſibilibus ſolem reperit, & per eius ſimilitudinem uiam ſermoni ſuo attollendi ſe ad cõprehenſibilia patefecit. Ideo & cum nullum ei ſimulachrum cum dijs alijs conſtitueret, finxit antiquitas, quia ſummus Deus, nataq́ ex eo mens, ſicut ultra animam, ita ſupra naturam ſunt, quò nihil eſt de fabulis peruenire.

De hoc autore mundi prorſus ſimilia, per quem omnia facta ſunt, noſtræ Theologiæ princeps diuus Paulus docet, ut utramq́ philoſophiam conferam: ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt omnia, cœleſtia & terreſtria, uiſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſum creata ſunt: & ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo conſiſtunt.

Conferamus omnia, & gratias agamus æternæ Menti, cuius tanta clementia fuit, ut ſeſe mundo ſemper declarauerit, & ne gentibus quidẽ ſe abſconderit. quem diuus Paulus uocat Deum inuiſibilem, Macrobius ex philoſophis ſummum bonum: idem etiam Mentem, ſiue intelligentiam aut ſapientiã, natã ex ſummo Deo: Paulus imaginem Dei, quoniam filius eſt imago patris: quem ſuperare cogitationem & ſermonem dixit Macrobius, hunc Paulus inuiſibilem. Et cui ſpecies tribuere], ſiue ideas origineſq́ rerum dixit antiquitatem Macrobius: hunc Paulus prædicauit fuiſſe, per quem uiſibilia & inuiſibilia ſunt creata.

Huius imago meritò eſt animus humanus, quod etiã in ſententijs Zoroaſtræorum iuxta Moſen traditur, σύμβολα πατρικὸς νοῦς ἔσπειρε ταῖς ψυχαῖς: Signa uel indicia paterna mens inſeruit animis. Hoc & Philo Iudæus multis in locis

in locis fatetur, aſſerens ipſum uerbum eſſe archetypum, exemplarq́ꝫ animi noſtri: nos, ſimulachrũ eius, ſicut ipſe ſit imago patris ſui. Haud aliter oraculum appellans ſymbolum, quod Philo ſimulachrum, imaginẽ: & quod Moſes dicit בצלמנו כדמותנו. Eadem hæc ſenſit & expoſuit Pſellus, philoſophus Chriſtianus, declarans ſupradictum locum: ὥσπερ ἡ μωσαϊκὴ βίβλος κατ' εἰκόνα θεοῦ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, οὕτω δὴ καὶ χαλδαῖος τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ κόσμου φησὶν σύμβολα ἐγκατασπεῖραι ταῖς ψυχαῖς τῆς ἑαυτοῦ ἰδιότητος· καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν πατρικῶν σπερμάτων οὐχ αἱ ψυχαὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπερκείμεναι πᾶσαι τάξεις ἐβλάστησαν. καὶ ἄλλα μὲν τὰ ἐν αὐτοῖς ἀσωμάτοις ὑπάρξεσι συνθήματα, ἀσωμάτως ὄντα καὶ ἑνοειδῶς, ἄλλα δὲ ἐν τοῖς κόσμοις συνθήματα καὶ σύμβολα εἰσὶν, αἱ ἄρρητοι τοῦ θεοῦ ἰδιότητες, αἳ καὶ τῶν ἀρετῶν ὑπερκείμεναι. Sicut, inquit, Moſaicus liber, ad imaginem Dei fingit hominem, ſic planè Chaldæus creatorem ac patrẽ mundi dicit ſymbola inſeruiſſe animis proprietatis ſuę: ſiquidem à paternis ſeminibus non animę ſolùm, ſed & ſuperni omnes ordines pullularunt. Atq́ꝫ alia quidem ſigna quæ ſunt in ipſis incorporeis ſubſtantijs, incorporaliter & unificè exiſtunt: alia uerò in mundo ſigna & ſymbola ſunt ſecretæ Dei proprietates, quę & uirtutes ſupereminent. Hinc patet, non modò animos noſtros, ſed & ſupernos omnes ordines à ſeminibus paternis natos eſſe. quod appoſitiſſimè Philo Iudæus explicat, πᾶς ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν ᾠκείωται θείῳ λόγῳ, τῆς μακαρίας φύσεως, ἐκμαγεῖον ἢ ἀπόσπασμα, ἢ ἀπαύγασμα γεγονός: Omnis homo ſecundum rationem habet cum uerbo diuino ſocietatem, factus naturæ beatæ ſimulachrum, aut abſciſio, aut radius. Vnde manifeſtè apparet origo & qualitas humana, item proportio utiliſsima. Nam Philo tria illa habet aptiſsima nomina, quibus ſymbola multa numero declarat: nẽpe, imago aut ſimulachrũ, abſciſio, uel eradiatio. Eadem tamen ſunt & illa tria apud Philonem, & ſymbolum apud Chaldæum, & apud Salomonẽ proprietas, apud Moſen imago, ſimilitudo: apud M. Tullium delibatio, hauſtus, cum ait, Animos noſtros hauſtos & delibatos ex diuinitate. Et in Tuſculanis eodẽ prorſus modo atq́ꝫ Chaldæus, ut

ſit mirum: Humanus, inquit, animus decerptus ex mente diuina. mentem diuinā faciens animi noſtri originem, ut Chaldæus nobilis apud omnes, implēs omnes, ſed ſapientum præcipuè mentes claritate ſua.

Similia fatetur Mercurius, clara, aperta, expoſita, & luculentiſsima: ὁ δὲ πάντων πατὴρ ὁ νοῦς, ὢν ζωὴ καὶ φύσις, ἀπεκύησε τὸν ἄνθρωπον αὐτῷ ἴσον, οὗ ἠράσθη ὡς ἰδίου τόκου. paulo pòſt: ἐγὼ δὲ ἀναστήσας αὐτοὺς, μεθοδηγὸς ἐγενόμην τοῦ γένους, τοὺς λόγους διδάσκων, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ σωθήσονται. καὶ ἔσπειρα αὐτοῖς τοὺς τῆς σοφίας λόγους, καὶ ἐτρόφησα ἐκ τοῦ ἀμβροσίου ὕδατος. Mens autem omnium pater cum ſit, uita & natura, peperit hominem ſibi ſimilem, quem dilexit tāquam propriam prolem: Ego, inquit eadem Mens, excitatis eis dux ſum generis, docens uerba, quomodo & qua ratione ſeruentur: & inſerui eis rationes ſapientię, & nutriui ex immortali aqua.

De hac ipſa Mente extat apud Chaldęos mirabile myſterium & oraculum, quod profertur à Proclo, licet ab eo non tam propriè explicatum: πολὺ γὰρ μόνος ἐκ πατρὸς ἀλκῆς δρεψάμενος νόου ἄνθος, ἔχει τὸ νοεῖν πατρικὸν νοῦν ἐνδιδόναι πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς· καὶ τὸ νοεῖν ἀεί τε μένειν ἀόκνῳ στροφάλιγγι. Quæ ſunt: Solus decerpens ex uirtute paterna, flos mentis, poſsidet ipſum intelligere, paternamq́ mentē indere omnibus fontibus & principijs aut principiatibus, & ipſum intelligere, ſeq́ manere impigra conuerſione. Hoc oraculum, licet obſcurius (qui oraculorum myſteriorumq́ mos eſt) ſciendum, Florem mentis uocare principem, egregiam, eximiam, præcellentem Mentem. & ἀόκνου στροφάλιγγα, impigram conuerſionem, uehementem, accenſam, ardentem. Proinde dicuntur Seraphim ardentes, amore flagrantes. Explicantur quoque hoc oraculo, quæ prædicauit ſublimis Paulus, quòd per ipſum cōdita ſint omnia, uiſibilia & inuiſibilia, omne deorum genus, throni, dominationes, principatus.

Hanc ob cauſam, autore Philone, ſunt duo λόγοι, duæ rationes, duæ mentes: altera ſuper nos, exemplar rationis noſtrę: altera, noſtra ipſa. Idem refert Proclus, Theodorum Platonicum apud Porphyrium inueniſſe opinionem quaſi

nem quaſi allatam ex Perſide: δύο νόας πρὸ αὐτῆς θέντες, τὸν μὲν τῶν ὅλων τὰς ἰδέας ἔχοντα, τὸν δὲ τῶν μερικῶν: Duas mentes ante animam eos ſtatuiſſe, quarum altera cõtineat ideas uniuerſorum, altera particularium. Dabant autem magnæ Menti, ut creatrici, ideas uniuerſales: quod Plato in Timæo, & Mercurius in Pimandro, & Timęus Locrenſis. Minorem autem mentem, quæ noſtra eſt, particularium rerum dicebant tenere ideas. Longè autem clarius, & uerbis plenioribus, aureaq; prorſus & cœleſti oratione locutus eſt in ſermone tertio ad Aſclepium Mercurius de hac mente. uidebimus claram theologię Græcæ & omnium Platonicorum originem. profertur etiam à diuo Cyrillo: οὐ γὰρ ἐφικτόν ἐστιν εἰς ἀμυήτους τοιαῦτα μυστήρια παρέχεσθαι, ἀλλὰ τῷ νοΐ ἀκούσατε. ἓν μόνον ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἔστιν ἀεὶ νοῦς φωτεινός, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἑνότης ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοΐ καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. ἐκτὸς τούτου οὐ θεός, οὐκ ἄγγελος, οὐ δαίμων, οὐκ οὐσία τὶς ἄλλη. πάντων γάρ ἐστι κύριος, καὶ πατὴρ, καὶ θεός, καὶ πηγὴ, καὶ ζωὴ, καὶ δύναμις, καὶ φῶς, καὶ νοῦς, καὶ πνεῦμα, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτόν ἐστιν. Quæ ſunt: Neq; fieri poteſt, ut eiuſmodi myſteria tradas apud profanos, necdum initiatos, ſed animo audite: Vnum ſolum erat lumen mentale, ante lumen mentale: & eſt ſemper mens illuminata, aut luminaris. & nihil aliud erat, quàm iſtius unitas, ſemper in ſeipſo exiſtens, ſemper ſua mente & lumine & ſpiritu omnia continet. Poſt pauca addit Mercurius: Extra hunc, non Deus, non angelus, non dæmon, non ſubſtantia, nulla alia: omnium enim eſt dominus, & pater, & Deus, & fons, & uita, & poteſtas, & lumen, & mens, & ſpiritus, & omnia in ipſo & ſub ipſum ſunt. Item alijs in locis dè eadem locutus eſt Triſmegiſtus in Pimandro, ubi uiſionem, qualem uidit Moſes in rubo, expoſuiſſet: emiſſamq; uocem eiuſmodi item audiuit Moſes, & ut apud Moſen, ille idem dixit: Ego ſum Deus patrum tuorum, Ego ſum qui ſum: ſic apud Triſmegiſtũ ſeipſum declarans dixit: ἐγὼ μὲν, φησὶν, εἰμὶ ποιμάνδρης, ὁ τῆς αὐθεντίας νοῦς. paulo pòſt: τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγὼ νοῦς ὁ σὸς θεὸς πρὸ φύσεως ὑγρᾶς τῆς ἐκ σκότους φανείσης: Ego,

Ego, inquit, ſum Pimander, id eſt, paſtor humani generis (id enim uidetur deſignare) mens autoritatis. Illud lumen, inquit, ſum ego mens, Deus tuus, qui eram ante humentem naturam, quæ ex tenebris apparuit.

Cuncti ſanè mentem nuncupantes, creationem ſentiebant, partaq; omnia eius ſapientia monſtrabãt. Eoq; eſt apud Platonicos oraculum ex antiqua theologia, νῦ μὲν γὰρ μίμημα πέλει τόδε πᾶν. Hoc uniuerſum eſt, inquit, mentis imitatio. Mirabile uerò argumentum & indicium, Mercurium Aegyptiosq; de mente uerboq; Dei, conditore mũdi, hæc myſteria prodidiſſe, ex Plutarcho cõſtat, in eo quem inſcripſit de Iſide & Oſiride, ſiue de theologia Aegyptiorum libello. ait enim, in eorum arcanis fuiſſe fabulam, (mos enim priſcæ theologiæ fuit, fabulis inuoluere ueritatẽ) ὅτι καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῦ θεοῦ νοῦς καὶ λόγος, ἐν τῷ ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ βεβηκὼς εἰς γένεσιν ὑπὸ κινήσεως προῆλθεν: quòd mens & uerbũ Dei, cum eſſet per ſe in inuiſibili & in abdito, proceſsit mota ad creationem, uel mouit ſe ad creandum. Hinc patet, omnes ex uno fonte per omnẽ mundum ſparſos ueritatis riuos. ὁ δὲ ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος υἱὸς θεοῦ: Ex mente uerò radians uerbum filius Dei. quæ quidẽ mens eſt à Platonicis appellata ὁ ἐπέκεινα νοῦς, mens ultramũdana, ante omnia. de qua Porphyrius ait in propoſitionibus, περὶ τοῦ ἐπέκεινα νοῦ κατὰ μὲν νόησιν πολλὰ λέγονται. θεωρεῖται δὲ ἀνοησία, κρείττονι νοήσεως ὡς περὶ τοῦ καθεύδοντος διὰ μὲν ἐγρηγορσέως πολλὰ λέγεται, διὰ δὲ τοῦ καθεύδειν ἡ γνῶσις καὶ ἡ κατάληψις. τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γιγνώσκεται, ὅτι πᾶσα γνῶσις τοῦ γνωστοῦ ὁμοίωσις: De mente, inquit, ultramundana, aut ſuperna, ſecũdum intellectionem multa dicuntur. Cognoſcitur autem & conſideratur ignorantia, quæ eſt omni cognitione melior: ſicut de dormiente. nam per uigiliam multa dicuntur, per dormitionem uerò fit notio & apprehenſio. ſimili enim ſimile noſcitur, quia omnis notio rei notæ eſt ſimilitudo. His innuit Porphyrius, quę ſępe noſter Dionyſius de negationibus in theologia: Meliorem ſæpe eſſe ignorantiam in altiſsimis rebus, quàm ſcientiam: negationem, quàm affirmationem: ſacrum item ſilentium, quo colitur ineffabilis diuinitas.

tumq́ue recte theologiã explicamus, cum dicimus, Deum inſcrutabilem, inueſtigabilem, incomprehenſibilem, ineffabilem. Hoc à Porphyrio dicitur ἀνοησία, omni notione melior inſcitia. Similiter per affirmationem multa de eo prædicantur, ut quòd ſit omnipotens, creator, opifex omnium. Sed eſt rurſus negatio (quæ ſi in animo ſit, dicitur ἀνοησία) omni affirmatione melior.

Sic patet diſcrimen æternæ mentis, ac cæterarũ. Sæpe enim & apud Mercurium, & apud alios philoſophos de mente noſtra, & mente in cõmune, fit ſermo: ſed ſeparat ubiq́ue ipſa ratio, principẽ mẽtem, genitricemq́ue aliarũ, ab omni alia. Hæc princeps præcipue dicitur ὁ ἐπέκεινα νοῦς: & hæc eſt, à qua omnia procedũt. Omnis enim (ut idem loquitur) proceſſus eſt ab eo, ad quem naturalis fit conuerſio: & hæc ipſa eſt Deus, opifexq́ue mundi, de qua Plutarchus Socratem & Platonem ait ſimiliter atq́ue Triſmegiſtum ſenſiſſe: τὸ ἓν τὸ μονοφυὲς καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μονοδικὸν, τὸ ὄντως ἀγαθὸν, πάντα δὲ ταῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸν νοῦν σπεύδει. νοῦς οὖν ὁ θεὸς, χωριστὸν εἶδος, τουτέστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης μηδ' ἐν ἐν τῷ παθητῷ συμπεπλεγμένον: Ipſum unum ſingularis naturæ, per ſe natum, ſingulare uerũ bonũ eſſe Deum: hæcq́ue nomina ſpectare ad ipſam mentem. Mens igitur Deus, forma ſeparata, hoc eſt, nulla materia cõtaminata & concreta, nulli rei paſsibili admiſta. Hanc & Stoici τὸν ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι, altiſsimum ac ſupremũ omnium deorum ipſam dixere mentem: ſuamq́ue ideam in ſe continere, Plutarchus perhibet & Socratem & Platonem ſenſiſſe, ἐν τοῖς νοήμασι καὶ ἐν ταῖς φαντασίαις τοῦ θεοῦ, τουτέστι τοῦ νοῦ, ὑφεστώσας, in cogitationibus ſenſiſq́ue Dei, hoc eſt, mentis ſubſiſtentes. Sic Deus eſt mens creatrix mundi, cuius ideam in ſe contineret, æterna quidem, cõtinens tamen aliquid præęterni. quod manifeſtè Proclus ex Porphyrio patefacit. ἐν τῇ πατριαρχῶν πραγματείᾳ, τὸν νοῦν εἶναι μὲν αἰώνιον ἐν πολλοῖς καὶ καλοῖς ἀποδείκνυσι λόγοις. ἔχειν δὲ ὅμως ἐν ἑαυτῷ καὶ προαιώνιον τοῦ νοῦ, τῷ ἑνὶ συνάπτειν. ἐκεῖνο μὲν ἦν ἐπέκεινα παντός. τὸ δὲ αἰώνιον δευτέραν ἔχειν, μᾶλλον δὲ τρίτην ἐκείνου τάξιν. δεῖ γὰρ οἶμαι τοῦ προαιωνίου καὶ αἰωνίου τὸν αἰῶνα μέσον ἱδρῦσθαι. Porphyrius inquit, in libro quo agit de Patriarchis, id

eſt primis rerum autoribus, Mentem eſſe æternam, multis & præclaris probat rationibus: habere tamen in ſe quod ſit menti prææternum, unitati connectere. Illud quidem erat ultra omne æuum, æternũ autem ſecundum habere: imò uerò tertium ordinem ab eo. Oportet enim, ut reor, prææterni & æterni mediam ipſam collocare æternitatem. Tum addit Proclus (ſed de hoc ſermo nobis ne ſit) τοσόνδε δὲ ὅμως ἐκ τῶν εἰρημένων λάβωμεν, ὅτι καὶ ὁ νοῦς ἔχει τὶ κρεῖττον ἐν ἑαυτῷ τοῦ αἰωνίου. Tantum, inquit, ex dictis accipiamus, quòd etiam mens habet aliquid melius in ſeipſa, quàm æternitatem. Ex his, etſi dicuntur obſcurè, & more Platonicorum, is tamen efficitur ſenſus ſecundum doctrinam Kiſami, uiri undequaq; doctiſsimi: Mentem eſſe ſempiternam, habere autem quod eam accedat, non tempore aut æternitate (nam æterna ſunt æqualia) ſed natura: ut cum ſint duo æterna, ſed alterum alterius genitor, neceſſariò gignens uerè ſit æternum, & aliud magis quàm alterum. Nam primus ipſe eſt ante omnem ęternitatem, non tempore, ſed natura: æternus autem ipſe filius habet ſecundum locum. imò uerò quoniam inter æternum & prææternum interiacet æuum uel æternitas, neceſſariò tertio in loco eſt æuum. Sed iſta dici uult de ſumma Patris excellentia: quia cum mentem ęternam genuerit, non poteſt eſſe prææternus ipſe, id eſt, ipſam æternitatem antecedens: ſed ipſa mens ſit proles Dei, patri ſuo coæterna. Illud idem etiam Dominus teſtatur, cum patrem ſuum maiorem ſe prædicabat, referebatq; illi accepta cũcta bona, & eum ſolum bonum aſſeuerabat. Eſt tamẽ ipſa mens diuina, mens Dei, mẽs paterna (ut Chaldæus dicebat) ἀγαθοειδὴς, ſimilis ſummo bono, gerens ſimilitudinẽ formamq; ſummi boni, patris ſui. Propterea dicebat: Qui uidet me, uidet & patrem meũ. Ecce Deus ipſe pater, ipſa prima diuinitas. Denique ecce quod ait diuus Ioannes: Et uerbum erat apud Deum. qui quidem ſermo ſonat, quod Proclus συνήνωται πρὸς αὐτὸ, Coniunctus erat cum ipſo bono. Ioannes, ἦν πρὸς τὸν θεόν: Proclus, πρὸς αὐτὸ ἀγαθόν. Et Ioannes, Erat apud Deũ: Proclus, Cõiunctus unitus cum ipſo, Cum Ioannes ait, Erat apud

Deum:

Deum: deſignat, coniunctus erat, cohærebat cum Deo, erat à Deo inſeparabilis, coæternus. Quem Ioannes uocat Deum: Proclus ipſum bonũ etiam Deum. Quod Ioannes item λόγον, rationem, uerbũ: Proclus νοῦν, mentem. Idem eſt aũt ratio & mens. Ratio, ſapientia ſummi Dei.

Notemus obſecro, inuramus menti, infigamus uerbũ illud συνήνωται, cõiuncta eſt, unifacta, ut ſic loquar: erũpens uerbũ philoſophis cõtra Arrianos, & alios qui diſiungebant mentẽ à ſummo bono. Coniuncta eſt, ait, unita cum ſummo bono Mens. Hæc Proclus ex Platone, hoc omnes. Quòd ſi Proclus dicat, excellentiã ſummi boni etiã à mẽte ἐξῃρημένην, ſeparatã, ſciamus eam maieſtatẽ illã altiſſimamq́ diuinitatis arcem eo, non diſiunctionẽ innuere. Quòd ſi ſecus ſentiat, ecce ſeipſo refellitur: συνήνωται, unita, unifacta, copulata, cõnexa eſt, Mens cũ ſummo bono.

Hęc Proclus, ac ſi cœleſtis angelus eum docuiſſet, nũc locutus eſt, & propoſuit. At ſuperiores Platonici hęc eadem, & quidẽ diuinius & auguſtius, tradiderunt. Quod uel ex unico Porphyrio patet, qui in quarto de Hiſtoria Philoſophi (quem locũ totũ Cyrillus contra Iulianũ imperatorem, quem cæca dementia & odium ueritatis non ſinebat cernere uerũ, nec, quam cõtemneret, religionem illã eſſe perſpicere, quam ſecula philoſophiaq́ omnis arcana coluiſſet, quamq́ ipſe neſcius inſectaretur, profert) de ſummo bono ex opinione Platonis ſtupẽda miracula ſcripſit: ἀχρὶ ἢ τούτου τρόπου τινὰ ἀνθρώποις ἀνεπινόητον νοῦν γενέσθαι
τὸ ὅλον καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑφεστῶτα, ἐν ᾧ δὴ τὰ ὄντα, καὶ ἡ πᾶσα οὐσία τῶν
ὄντων, ὃ δὴ καὶ πρώτως καλὸν, καὶ αὐτὸ καλὸν, παρ' ἑαυτοῦ τῆς καλλονῆς
ἔχον τὸ εἶδος. προῆλθε δὲ προαιώνιος ἀπ' αἰτίου τοῦ θεοῦ ὡρμημένος αὐ
τογέννητος ὤν. καὶ αὐτοπάτωρ. οὐ γὰρ ἐκείνου κινουμένου πρὸς γένεσιν τὴν τού
του, ἡ πρόοδος γέγονεν· ἀλλὰ τούτου παρελθόντος αὐτογόνως ἐκ θεοῦ,
παρελθόντος δὲ οὐκ ἀπ' ἀρχῆς τινὸς χρονικῆς, οὔπω γὰρ χρόνος ἦν. ἀλλὰ
οὐδὲ χρόνου γενομένου πρὸς αὐτόν ἐστί τι ὁ χρόνος· ἄχρονος γὰρ ἀεὶ, καὶ
μόνος αἰώνιος ὁ νοῦς. ὥσπερ δὲ ὁ θεὸς ὁ πρῶτος, εἰ καὶ μόνος ἀεὶ, κἂν
ἀπ' αὐτοῦ γένηται τὰ πάντα, διὰ τὸ μὴ τούτοις συναριθμεῖσθαι, μηδὲ
τὴν αὐτὴν ἀξίαν συγκατατάττεσθαι δύνασθαι τῇ ἐκείνου ὑπάρ-
ξει· οὕτω καὶ ὁ νοῦς αἰώνιος μόνος, καὶ ἀχρόνως ὑποστὰς, καὶ τὰ
ἐν χρόνῳ αὐτὸς χρόνος ὤν, ἐν ταυτότητι μένων τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως.

Quæ ſunt: Ab hoc autem ſummo bono, ratione quadam hominibus incognita, genitã mentem trahit Plato, quæ prorſus per ſeipſam exiſtat: in qua uidelicet ſint uerę res, & omnis rerum ſubſtantia, quod & primò pulchrum, & per ſe pulchrũ ſit, habeatq; ſpeciem pulchritudinis. Proceſsit autem ante ſecula uel æternitatem ab autore Deo promanans, per ſe genita exiſtens, & per ſe pater. Neq; enim illo mouente ſe ad generationem huius, proceſſus fuit: ſed iſto progrediente per ſe generaliter, uel ex ſua generatione à Deo, & progrediẽte non à principio aliquo temporali, nec dum enim tempus erat: ſed neque creato tempore, in illa eſt aliquod tempus. Semper enim eſt carens tempore, & ſola æterna mens. Sicut autem Deus ille primus, unus & ſingularis ſemper eſt, licet ab ipſo facta fuerint omnia, eo quòd cum his connumerari, & in eodem loco quem habet ſubſtantia ſua, ea poni nõ poſſunt: ſic & mens ſempiterna ſola, & ſine tempore, & creatis his quæ ſunt in tempore, ipſum tempus eſt permanẽs in unitate ſuæ ſubſtantiæ. Hęc teſtatur Porphyrius ſenſiſſe Platonem, ex antro diuinitatis miſſa oracula, myſteriaq; ineffabilia: ut admirando expleri nequeant, quibus tandem diuinis, ut ſic loquar, aquilonibus portati in cœlum, altiſsima (inquit Kiſamus) ſacramenta introſpexerint: niſi quòd iam Euangelio coruſcante, melius ea quæ Plato, Triſmegiſtus, Sibyllę, Magi, tot per omnem mundum oracula locuta fuerant, explicare poterãt. Ideo nunquã deficiet hęc religio, & uera illa ſapientia, & antiquiſſima ſeculorum omnium in arcanis abſtruſa Theologia.

Hæc eſt enim ſcientia Domini, qua repleta eſt omnis terra: quòd omnes nunc philoſophantur, patrem & filium cognoſcentes, adorantes, ſemper loquentes, quæ ſcientia prius erat paucorum. Ac Plotinus, qui nec Chriſtianus fuit, nec fortaſſe norat Chriſtianos, ſi ſciſſet eos hanc adorare ſapientiã, quam maiores ſui tantoperè coluiſſent, ac ueluti de profundiſsimis myſterijs de ea loquerentur: quorum ſcripta & ipſe ueneratus eſt & approbauit: certè ipſe unà cum cæteris Platonicis religionem noſtram, quam nonnulli eorum propter inſcitiam uelut ſuperſtitio-

ſuperſtitionem contemnebant, adoraſſet, retinuiſſet, ueramq́ eſſe ſapientiam prædicaſſet. Plotinus igitur ad alia hæc diuina ſublimiaq́, in libro περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων, de tribus principalibus hypoſtaſibus, loquitur, quæ poſtea imitati ſunt & ſecuti Porphyrius & Proclus, pluresq́ alij Platonicorum: τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν; μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ ἢ τὰ μέγιστα μετ' αὐτό; μέγιστον δὲ μετ' αὐτὸ νοῦς, καὶ δεύτερον. καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνον, καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου, ἐκεῖνος δὲ τούτου οὐδέν. καὶ τὸ γεννώμενον ἀπ' κρείττονος νοῦ, νοῦν εἶναι, καὶ κρείττων ἁπάντων νοῦς, ὅτι τ' ἄλλα μετ' αὐτόν. Quæ ſunt: Quid igitur de perfectiſsimo dicere conuenit? Nihil'ne ab ipſo, an maxima poſt ipſum? Maximum autem poſt ipſum Mens, & ſecundum. Etenim aſpicit mens ipſum, & eius tantum indiget: ipſum autem mens nihil prorſus. Et quòd à mente maiore generatur, mentem eſſe: & omnibus maior eſt mens, quia poſt eam ſunt cætera. Hæc intimæ philoſophiæ myſteria proloquitur Plotinus, ut ſi Chriſtianus eſſet, apertius loqui non potuerit. Hãc quoque fuiſſe præceptoris Platonis ſententiam refert, uti à Platonicis relatum & proditum eſt, diuus Cyrillus: ὁ γοῦν πλάτων θεὸν μὲν τὸν ἀνωτάτω φησὶ τὸ ἀγαθόν. ἐξ αὐτοῦ γε μὲν ἀναλάμψαι νοῦν, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν προσεχῆ τοῦ κόσμου δημιουργόν, ὄντος ἐν ἀκινησίᾳ τοῦ πρώτου, καὶ τρίτην εἰσφέρει ψυχήν, ἀφ' ἧς τὰ πάντα κινεῖσθαι φασί. Itaq́ Plato, inquit, ſupremũ quidem altiſsimumq́ Deum fatetur ipſum ſummum bonum: cæterùm ex eo emicuiſſe mentem, & hanc eſſe proximum mundi opificem, primo manente in quiete & uacatione: tertiam inducit animam, à qua cuncta cieri agitariq́ cenſet. Apparet igitur, ut loquar ipſe, quodam admirabili & cœleſti beneficio (non enim humana conſideratione eò peruenire potuerũt) eos audiſſe legiſſeq́ in uetuſtiſſimis oraculis, duos deos in unam ſubſtantiam diuinitatemq́ coniunctos: quorũ primus admirandæ, ſuſpiciendæ, auguſtæ maieſtatis, mitteret ſecũdum ab ſe genitum ab æterno ad omnia. Et hæc eſt illa toties ab ipſa diuina mente prædicata Theologia, doctrinam ſuam non eſſe ſuam, ſed eius qui miſit eum. Et, Quòd ſic Deus dilexit mũdum, ut unigenitum filium ſuum daret, ut omnis qui

credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam. Et, Sicut miſit me uiuens pater, & ego mitto uos. Et, Quòd pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Denique, quòd eum ſemper prædicabat genitorem, maioremque ſuum, præceptorē mittentem: illi cunctos honores, uti maiori ac patri, deferebat. Nec alia propè fuit ab eo reuelata theologia, quàm quòd à patre miſſus, rediturus ad eum certo tempore circumacto, ueniſſet faciens omnia, ſumpta humana figura, quæ Pater non fecit, ſed uoluit & iuſsit filium, deumque ſecundū facere, ſicut & opificem mundi eum miſerat. Eadem ratione ſecūdus Deus mundum & hominem creauit, qua prædicatur: uerìſsimumque fuit, in mundū eum ueniſſe, ea exequentem quæ primus non quidem fecit, ſed uoluit iuſsitque, ut magnus genitor, facere ſecundū: cuius eſt clariſsima ratio, quòd è duobus, quorū alter genitor, alter genitus eſſet, genitus debuit parêre & facere, quod non decuiſſet facere priorem præſente ſecundo: cuius rei tota humana progenies fuit imago. De hac & tanta re mirabile eſt, & ſtupendum, Platonicos tam profundè philoſophari. Inde fit, ut mens ſit ἀγαθοειδὴς, imago ſummi boni, ſpeculum diuinitatis: ut qui uideat mentem ad amuſsim, uideat ipſum patrem ac bonum. Peruenit autem à ſummo bono ad mentem idea & ueſtigium ſiue creati mundi, ſiue ipſa bonitatis ſpecies, totaque ſubſtantia & diuinitas: ac tanquam à primo ſole, ſol alter eluxit: quo fit, ut ſi uideamus hunc ſecundum, putemus nos uidiſſe primum ſolem.

Quoniamque pater eſt pulcherrimus, pulchritudo item eſt, & uenuſtas à mente cernitur & conſideratur, & deſideratur concupiſciturque ſemper: nec mens fruſtratur concupiſcendo, ſed ſimul cupit, ſimul aſſequitur. Ideoque eſt pulcherrima in luce claritatis ſuæ, complectiturque omnem rerum naturam. Eſt enim in eo lux uera, quæ illuminat omnem mundum, & in eo tenebræ non ſunt ullæ: in ipſo aūt uita beata. quippe eſt eminentiſsimus, iureque uocatur αὐγώδης, non indigens: quia habet πλήρωσιν plenitudinem, ueramque ſapientiam. Quoniā prior ipſa habet & fruitur, per quam createe ſunt res, & qui uiuorum ac mortuorum

tuorũ à patre cõſtitutus ſit iudex. De ſe q́ ille ipſe: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Hæc eadem, Sibylla Chaldæa (filia, ut fama eſt, Beroſi Chaldæi, appellata Erythręa, fortaſsis ab Erythręo rege, ut duces Alexandri teſtabantur) in præclaris ſuis oraculis (nam & claritate & numero carminũ cæteras omnes tum Sibyllas tum prophetas anteceſſerit: quòd nullus prophetarum tam clarè & apertè de Filio & Genitore, de creatrice mente, de rebus ab ea gerendis, humanaq́ natura diuinitati coniuncta ſcripſit) ſic canit:

> παντοτρόφον κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμα ἅπασι
> κάτθετο, ἡγητῆρα θεῶν πάντων ἐποίησε. Id eſt:
> *Diuorumq́; ducem, & qui cuncta aleretq́; crearetq́;,*
> *Inſtituit, dulcem qui uitam homini dedit omni.*

Chriſtiani, mira lætícia exiliamus. clamat enim Sibylla, patrem dulcem omnibus uitam dediſſe: oraculum Magorum, omnia patrem perfeciſſe: theologia Hebręorum: Qui fecit cœlos per intellectum. Theologia Chriſtianorum, Patrem uocat creatorem cœli & terræ. Multa id genus Platonici. Proſequitur uates: Cõſtituit eum παντοτρόφον κτίστην, creatorem fouentem ſuſtinentemq́ omnia, alentem cuncta. Eundem dicit à patre datum principem & imperatorem deorũ, quaſi regem corporearum incorporearumq́ rerum. Quod & Hebraica theologia ſemper reſpiciens, uocat eũdem Dominum exercituum: quaſi regem ac principem ductoremq́ deorum, quos angelos & deos appellat. Proinde canit Pſalmiſta, ואתה יהוה אל תרחק אייל ותי לעזרתי חושה: Et tu Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defenſionem meam reſpice. Idem quoq́ eſt apud Gręcos νοῦς, intelligentia: atq́ Hebręum ורוח אלהים מרחפת על פני המים, Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Alibi quoque: Et intelligentia creans cœlos. Nouiſsima theologia totum uulgata per orbem, quoties hæc prædicat? Cõſideremus & conferamus hoc oraculũ cum magni Pauli dicto: Cui enim, inquit, angelorum aliquando dixit: Filius meus es tu, ſede à dextris meis? Sibylla uerò: Conſtituit eum pater ἡγητῆρα, principem, regem, ducem angelorum: id eſt, deorum,

eſt, deorum. Dij enim apud Hebræos & noſtros angeli uocātur: ut illud Pſalmiſtæ ותחסרהו מעט מאלהים, Minuiſti eum paulo minus ab angelis. Hebraicè מאלהים: ab Elohim, id eſt dijs. Et illud, In conſpectu angelorum: id eſt, deorum. Sic erat in antiquiſsima Chaldęorū theologia, Pater & filius, & lumen: quod poſtea in immenſas excreuit flāmas, tunc quaſi in crepuſculo ſcintillabat. ac tota theologia ex hoc oraculo deducitur, quòd tum ſolos Chaldæos & Hebræos, Apollo quoque teſtatus eſt fuiſſe ſapientes:

μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ᾽ ἄρ᾽ ἑβραῖοι:
Solis noſſe datum Chaldæis atq; Hebræis.

Quòd ſi uideamus carmen Erythrææ Sibyllę, quod cecinit de extremo iudicio, rebusq́ nouiſsimis (quod eſt nunc ferè notiſsimum, & ab Auguſtino in libris de Ciuitate Dei refertur) ſanè facilè ex primis literis cuiuſq́ carminis colligemus Græcè, ἰησοῦς χριστὸς σωτὴρ θεοῦ ὑὸς σταυρός: Ieſus Chriſtus ſeruator Dei filius crux. Ex his igitur, & theologia magorum, & oracula Sibyllæ ſunt probata & fidelia, omniaq́ mirabiliter conſentiunt. Ex Sibylla quoq́ ratio ſuccedentis ab antiquiſsimis patribus in poſteros doctrinæ, maximè confirmatur. una enim Sibylla Chaldæa, uel de Perſide, innumerabilia de Chriſto & eius aduentu uaticinata dicitur, ex ſucceſsione Noe uocata, ut ſuperius dixi, Sambethe. Vigintiquatuor libros fertur ſcripſiſſe, Suidas autor. Et Conſtantinus Imperator, cum apud Virgilium carmina Sibyllina deprehendiſſet, obſtupuit: eoq́ teſtimonio comprobauit, quę de Chriſto Sibyllæ uaticinentur, à Chriſtianis non fuiſſe conficta, atq́ in hunc modū loquitur: Sibylla igitur Erythrea, quæ ſe ſexta ętate poſt diluuium fuiſſe dicit (hoc eſt, ſexcenteſimo anno) ſacerdos Apollinis erat, ferens diadema, ęquè atq́ is Deus quem ea coleret: & tripoda cuſtodiēs, circa quem anguis erat obuolutus, reſpondebatq́ ſciſcitantibus, huic cultui & clementiæ à parentibus addicta, in qua præter furores incompoſitos nihil pręterea uenerandum cerneres, iuxta ea quæ de Daphne feruntur. Ea igitur intra adyta ineptę ſuperſtitionis ingreſſa aliquando, diui-

do, diuinoq́ꝫ afflatu myſteria Chriſti expreſsione literarũ ἥτις ἀκρόστιχις λέγεται, quæ dicitur Acroſtichis, expreſsit. Productisq́ꝫ carminibus illis quæ ſuperius dixi, proſequitur Cõſtantinus: Et hæc, utpote uirgini, diuinitùs datum fuit uaticinari. Beatã ego cenſeo, quã Seruator ſuæ de nobis prouidentiæ uatem elegerit. Sed pleriq́ꝫ fidem abrogant, Sibyllam quidem Erythræam fatentes fuiſſe: hæc autem carmina ab aliquo è noſtris fuiſſe cõficta, qui poeticæ non eſſet ignarus: adulterinaq́ꝫ eſſe inſcripta Sibyllæ, quòd utiles ad uitam ſententias cõtineant, à uoluptatibus ad modeſtiam auocãtes. Sed in propatulo ueritas eſt, collectis diligenter tẽporibus, à noſtris hoc poema poſt aduentũ Chriſti & mortem non fuiſſe ſcriptum: falſoq́ꝫ ei detrahi, quando tot annis antè editum eſt à Sibylla. In confeſſo enim eſt, Ciceronem hoc poema uidiſſe, & tranſtuliſſe in linguam Romanam, ſcriptisq́ꝫ ſuis adnumeraſſe. Hunc aũt ab Antonio occiſum. Auguſtum Antonio ſuperſtitem fuiſſe, qui ſex & quinquaginta annis imperauit. Huic ſucceſsit Tiberius, cuius tẽpore Chriſti illuxit aduentus: id eſt, religionis eius fuit incrementum, ἥ τε νέα τοῦ δήμου διαδοχὴ συνέστη, nouaq́ꝫ populi extitit ſucceſsio. De qua eminentiſsimum Latinorum uatum arbitror locutum,

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Hęc omnia Conſtantinus Imperator, in oratione de Religione Chriſtiana. Examinatq́ꝫ totum carmen Vergilianum è ſexta Ecloga. Obſeruareq́ꝫ eſt operæpreciũ, quod in ultimo carmine, quod per præpoſitionem de Chriſto contexuit Sibylla, nouiſsimi ſunt hi duo uerſus:

οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίοις τε ἡμῶν
σωτὴρ, ἀθάνατος, βασιλεὺς, ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν. Id eſt,
Is nunc præſcriptus per ſingula carmina noſter
Eſt Deus, eſt ſeruans, paſſus pro crimine noſtro.

Ad hunc modum ſunt infinita, ſacratiſsimis oraculis comprehenſa, non ſolum præteritorum cõplementa, ſed etiam futurorum certa præſagia: modò adſit, qui ea non tam interpretetur, quàm proferat. Sic enim ſpiritus pro-

phetarum æui præteriti, futuris prophetis ſubiecti ſiunt. Quare ait Apoſtolus: Volo autem omnes uos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis. Et alij ſunt uates, Plato ait in Timęo, alij uatum interpretes.

Itaq; contemplandum eſt & ſuſpiciendum altiſsimum myſterium, profundiſsimumq; ſacramẽtum, quo omnia de æterna generatione declarantur. Atque in nouiſsima hac redditaq; mũdo cœlitùs theologia, prędicat cœleſtis ſapiẽtia, quomodo à patre æterno filius æternus generetur, dicens: Lumen de lumine. Mercurius autem ait: Patrem, quia lumẽ ſit, genuiſſe & peperiſſe filiũ. Ac quoad ex uiſibilibus exemplis, licet res æternas capere cogitando, ſola propemodum quadrat generatio lucis ex lumine ad æternam illam intelligentiam. Diuus Apoſtolus, ut is qui ſapientiam tantoperè celebrauit, uocauit filium Dei ἀπαύγασμα αἰωνίου φωτὸς, candorem ſiue radium lucis æternę. Sic Mercurius uolens explicare quomodo pater generet, lumen dicit eum eſſe. Vnde manifeſtè apparet, ueterem theologiam non aliam fuiſſe, atq; hanc noſtrorum ſeculorum: ſemper enim eſt ueritas, nullo non tempore aliquo modo clareſcens. Vita autem & lumen eſt quidem filius, ſed propriè pater, ut pateat cauſa & uita & fons diuinitatis. Nomen uerò mentis propriè conuenit filio, utpote ſapientię. Quòd porrò totum myſterium complectitur, omnemq; uim & poteſtatem filij exprimit, eſt nomen uerbi & opificis. Si æternam generationem aſpicias, dicitur filius, dicitur proles: ſin autoritatem principiumq; creãdi, quod accepit à patre, uocatur uerbum & opifex. Dicitur uerbum, ſiue locutio, quaſi locutor & interpres Dei, quaſi Dei ad omnia internuncius, aut ratio & forma, origo rerum creatarum. Hoc & poteſtas Dei, & autoritas, & miſsio, & ſapientia. Poteſt etiam uerbum, Græcè λόγος, interpretari, autore Ariſtotele, rei cuiuſq; ratio, & forma, & eſſentia. Filius autem Dei omnium rerum ratio eſt, & principium, forma communis & ratio & principium, forma formarum, omnium

eſſentia

eſſentiarum & formarum inuentio: idearum regnum, ut Plotinus dicit, à qua non minus homo poteſt creari & ignis accendi, quàm ab homine & igne. Eoq; eſt λόγος & forma formarum. eſt enim uerbum Dei, quaſi locutio eius, & ſermo, miſsio, interpres, legatus. & ſolet hebraiſmus pro denominatis abuti denominationibus: ut Seruatorem appellãt ſalutem: & redemptorem, redemptionem. Hac ratione eum qui loquitur pro Deo, uerbũ Dei appellat: & locutionem dicunt quaſi locutorem & interpretem. Sæpenumero illud ipſum uerbum ſuſpexerunt ueteres, eximijsq; laudibus extulerũt. E' multis igitur, ut audito principe, unde manarint ea quę apud poſteriores admiramur, noſcamus, Triſmegiſtus de uerbo hæc dixit, ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθὼν, παντέλειος ὤν, καὶ γονικὸς καὶ δημιουργὸς ἐν γονίμῃ φύσει, πεσὼν ἐπὶ γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε. Quod eſt: Verbum eius procedens undequaque perfectum, & fœcundum, & opifex, lapſum in naturã fœcundam, & fœcundas aquas, fecit eas prolificas. Miranda ſanè ſunt hęc Mercurij dictamina: Procedẽs, dixit, uerbum, à ſuo nempe genitore. Perfectum autem & fœcundum & opifex, quia fœcundiſsimus creator, ditiſsimus ſapientiæ, copioſiſsimus rerum theſaurus, infinitæ diuitiæ. Sine ipſo enim nihil factum eſt, quodcunque factum eſt. Ipſe origo, inuentio, generatio. Cum quæſierimus, unde facta ſint omnia: hoc aſsignato uerbo, ſiſtamus gradum, originem rerũ ueram deprehendimus. Nam, ut Philo ait, ὁ γὰρ θεῖος λόγος τὰ ἐν τῇ φύσει διεῖλε, καὶ διένειμε τὰ πάντα, Verbum Dei omnia quę natura cõtinentur, diuiſit ac diſtribuit. Et, πᾶς ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν οἰκείωται θείῳ λόγῳ τῆς μακαρείας φύσεως ἐκμαγεῖον ἢ ἀπόσπασμα, ἢ ἀπαύγασμα γεγονός. Omnis homo, inquit, ſecundũ mentem ſimilatur cõmunicatq; cum uerbo diuino, factus beatę naturæ expreſsio, aut abſciſsio aut radius. Hoc ipſum uerbum uetuſtiſsimus theologorũ Orpheus (quẽ Ioãnes Grãmaticus σοφώτατον in uita Homeri uocat, eiusq; & Iuſtinus martyr & Cyrillus egregiè meminerũt: quidamq; aſſeuerant, eum diſcipulum Moyſis fuiſſe, id eſt Muſæi, è quibus eſt

 Polyhiſtor)

Polyhiſtor) uocat uocem, per quam aſſerit patrem omnia creaſſe. Scripturusq́ hæc altiſsima myſteria, carmen ſic inchoauit:

φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθαι βεβήλοις.
Dicam queis fas eſt, claudatur porta profanis.

Ad filium:

εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε
ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ δ' ἐπίβαινε,
ἀτρίτου μοῦνον δ' ἔξορα κόσμοιο τυπωτὴν
ἀθάνατον, παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φαείνει,
ὅς ἐστιν αὐτοτελὴς, αὐτοῦ δ' ὑπὸ πάντα τελεῖται.
ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται, οὐδέ τις αὐτὸν
εἰσοράει ψυχῶν θνητῶν, νόῳ δ' εἰσοράαται. Id eſt,
Inq́; Dei uerbum aſpiciens, huic ſemper adeſto,
Defigens animi altas luces, perge uiamq́;
Rectam, factoremq́; tuum, nate, aſpice mundi
Immortalem, quem patrum fert fama priorum
Vnum, perfectumq́; ſibi tum perfici ab illo
Cætera, cumq́; illis uerſari, non tamen ullis
Cerni animis hominum, ſed ſola mente uideri.

Poſtea & hoc expreſsius carmen intonuit Orpheus:

οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην.
Te cœlum obteſtor ſapiens opus omnipotentis,
Vocem te patris adiuro, quam protulit ipſe
Primùm, conſilijs eius cum conſtitit orbis.

Vbi apertiſsima eſt Orphei ſententia de filio Dei, quòd ſit uerbum & uox diuina, & formator mundi. hæcq́ à fama priſca deſcendentia refert & affirmat, triaq́ nomina filij totam theologiam continentia docet, θεῖος λόγος, τυπωτὴς, αὐτοτελὴς: Diuinum uerbum, formator mundi, per ſe uel à ſe perfectus. quibus & ſumma diuinitas eius, & mundi creatio apertiſsimè deſignatur. Deinde tria de eodem dicit, ad profundam philoſophiam ſpectãtia. primùm, quòd idem per cõditas à ſe res uerſatur, regens ſcilicet & gubernans eas, ut Philo declarabat: tum, quòd eius per omnia cõuerſio & aſsiſtentia eſt inuiſibilis, quæ noſtris

noſtris oculis uideri nequeat: poſtremò, quòd ſola mente, ſola ratione intelligatur. Nunc enim etſi oculi corporei non cernunt, at mens eò peruenire debet. plura enim animis cernimus, quàm oculis corporeis. uidere per animos partim ratio dicitur, partim fides. Hæc Orpheus, & alia complura de diuinitate filij. Cuius pater eſt eminentiſsimus: ipſe autem lex & moderamen mundi, princeps angelorum, coæternus patri. Nam (ut Philonis, in libris de Agricultura, aurea ſentẽtia extat) ταῦτα δὲ πάντα ὁ ποιμὴν καὶ βασιλεὺς θεὸς ἄγει κατὰ δίκην νόμον προστησάμενος, τὸν ὀρθὸν τὸν αὐτοῦ λόγον, καὶ πρωτόγονον υἱὸν, ὡς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης τάξεως, οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος, διαδέξεται. Quæ ſunt: Hæc omnia ducit & gubernat aptiſsimè paſtor & rex Deus, præfecto tãquam lege recta uerbo ſuo & primogenito filio, qui hanc ordinis ſacri adminiſtrationem, tanquam ſummi regis magiſtratus ſuſtinet. Hęc dicuntur à Philone, genere Iudæo, profeſsione Platonico: id eſt, Platoni Platonicisq́ſ ſimili, nato ſub Tiberio, ſub Claudio philoſophante, Apoſtolorum tempore, ante Plotinum, Amelium, Porphyrium, Proclum, Damaſcium, æquali fermè Numenio, apud quos ſimilia inueniuntur. Is ſi nunc uideret gentis ſuæ cæcitatem & pertinaciam, credo, ut pleriq́ſ ex illa gente probatiſsimi uiri, defleret & coargueret. Extant apud ſuperiores theologos, quibus tota theologia comprehenditur, hæc nomina filij: Verbum, Mens, opifex, cauſa. addidit ad hæc Philo: Primogenitus, filius, lux mundi, gubernator. Græcè hæc omnia: λόγος, νοῦς, δημιουργὸς, αἴτιον, πρωτόγονος, υἱὸς, ὕπαρχος. Quæ cum apud ueteres ac nouos theologos habeantur, Platonem, Ariſtotelem, Anaxagoram, Chaldæos, Sibyllas, Mercuriũ, Orphea, omnem Platonicam gentem, apparet totam de filio, quæ nunc colitur ac celebratur, theologiam cognitam, confeſſam, adoratam, prędicatam, antequam ipſe homo fieret. Perhibet item Philo, nihil eſſe quod mundum ſuſtineat, ne diſſoluatur, niſi uerbum Dei æternum: hoc eſſe omnium rerum uinculum firmiſsimum ac ſtabiliſsimum, quod à medijs ad

extrema, & ab extremis ad media pertinens, æternum indefatigabilemq́ regat naturæ curſum. eum enim genitorem conſtituiſſe uinculum indiſſolubile uniuerſi. Iure igitur, inquit, neq́ terra ab omni aqua alluetur unquam, quæ ſinu continetur eius: neque ab aere extinguetur ignis, neque ab igne inflammabitur aër, uerbo diuino omnia dirimente, quaſiq́ elementis inanimis imperante. Quid ergo miſeros nos obcæcauit, quæ nebulæ nos occuparunt, quo minus hunc cœleſtem radium, hunc aurigam immortalem, nos ad immortalem atque æternum triumphum ducentem, imitemur? Abijciamus hæc deliramenta, precor, mundana, & hunc ſequamur hominem factum: quem omnes uetuſtiſsimi ſapientes, antequam fieret homo, unanimiter cōfeſsi ſunt. Prædicat hunc Numenius clara & aperta uoce, dum Patrem appellat per ſe bonum: Filium autem mentem, mundi opificem, imitatoremq́ patris: patrem uacare ab omni opere, opificem ac regem per omnia tendere: ὁ θεὸς ὁ μὲν πρῶτος ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἐστὶν ἁπλοῦς, διὰ τὸ ἑαυτῷ συγγιγνόμενος διόλου, μήποτε εἶναι διαίρετον. δεύτερος καὶ τρίτος ἐστὶν εἷς. καὶ γὰρ οὔτε δημιουργεῖν ἐστὶ χρεὼν τὸν πρῶτον, καὶ τοῦ δημιουργοῦντος δὲ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ χρὴ εἶναι νομίζεσθαι πατέρα τὸν πρῶτον θεόν. Deus primus (inquit) in ſeipſo quidem exiſtens, eſt ſimplex: propterea quòd ſemper ſecum eſt, nunquamq́ eſt diuiduus. ſecundus & tertius eſt unus: etenim neq́ operari oportet primum, & de opifice patre ac filio oportet arbitrari patrem primum Deum. De hiſce paulopòſt: Si igitur de opifice quæſierimus, dicentes eum oportere priorem exiſtentem ſic facere, habet præclarè, iſq́ rationis aditus. Si autem de opifice non fit ſermo, ſed de primo quæratur, ea quæ dicta ſunt conſecro, & ſancta ſtatuo. Ac ſint ea quaſi arcana, & non pandenda. Hactenus Numenius. Amelius, nec ipſe inter Platonicos non illuſtris quoque, ſic ait: καὶ οὗτος ἄρ᾽ ἦν ὁ λόγος, καθ᾽ ὃν ἀεὶ ὄντα, τὰ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς ἂν καὶ Ἡράκλειτος ἀξιώσειε, καὶ νὴ Δία, ὃν ὁ Βάρβαρος ἀξιοῖ, ἐν τῇ ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀταξίᾳ καθεστηκότα πρὸς θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι, δι᾽ οὗ πάντα ἁπλῶς γεγενῆσθαι. ἐν

ᾧ γενό-

τὸ γιγνόμενον ζῶν, καὶ ζωὴν, καὶ ὂν πεφυκέναι, καὶ εἰς τὰ σώματα πίπτειν, καὶ σάρκα ἐνδυσάμενον φαντάζεσθαι ἄνθρωπον μετὰ τοῦ καὶ τηνικαῦτα δεικνύναι τῆς φύσεως μεγαλεῖον, ἀμέλει καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεοῦσθαι, καὶ θεὸν εἶναι οἷος ἦν πρὸ τοῦ, εἰς τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν ἄνθρωπον καταχθῆναι. Atque hoc certè, inquit Amelius, erat uerbum, per quod ſemper exiſtens, ea quæ ſunt, facta fuerunt, ſicut Heraclitus cenſet: & per Iouem, quod uerbum Barbarus ille exiſtimat in ordine & confuſione principij ſtans, apud Deum fuiſſe, & Deum fuiſſe, per quem in uniuerſum cuncta ſunt facta: in quo quod factum ſit, fuerit uiuens, & uita, & ens. tum in corpora lapſum, carnemq́ indutum, hominem apparuiſſe, oſtendens etiam tunc naturæ ſuæ magnitudinem: omninoq́ reſolutum, rurſus deificatum, Deumq́ extitiſſe, qualis item fuiſſet antequam in corpus & carnem & hominem deſcendiſſet. Hæc ait Amelius, uir à Chriſtiana quidem religione alienus: ſed qui principia Chriſtianæ ſapientiæ & nota habuit, & approbauit, non ſolum in eo maiores ſuos Græcosq́ philoſophos ſecutus, ſed noſtros item, præcipuè diuũ Ioannem, quem Barbarum appellat, quòd eſſet Hebræus: Græci enim extra ſe omnes barbaros uocare ſolebant.

Si ſingula diligentius perpendamus, quæ hactenus præceſſerunt, facilè conſenſum omnium ſeculorum agnoſcemus: uidebimus concordiam totius ueteris ac nouæ philoſophiæ, non me, ſed ipſis philoſophis ſequeſtris & arbitris aſſerentibus: uerbum à Chaldæis, Mercurio, Orpheo, Heraclito, Platone celebratum, illud eſſe, per quod ſint omnia creata, & quod poſtea carne aſſumpta homo uiſus fuerit: nec imminuta in eo diuinitas fuerit, ſed mirabilis in eo apparuerit, & qualis quantusq́ quondam. Coniungunt igitur dexteram, ſeſeq́ exoſculantur uetus & noua Theologia: & ſeculorum interuallis diſiunctæ redeunt, ipſis philoſophis autoribus, ad amplexum, mutuoq́ copulantur, & per manus philoſophorum ducitur in ſacrarium domiciliumq́ ſuum Veritas: cuius certum uerumq́ domicilium

micilium eſt nouiſsimus is aduentus eius, ad quem omnia reſpondent.

Miror ſanè, quòd maximus fuerit conſenſus per omnia ſecula de hoc uerbo, ipſa inquam iuſticia æterna, apud omnes ętates: nunc uerò tot ſchiſmata, tot diuiſiones & ſectiones in ultima iſta ętate oriantur. Olim hæc theologia manifeſtiſsimè de cœlo refulſit, quam philoſophi & uidebant, & non uidebant: at nunc nouiſsima hæc theologia reſcidit uelum, omnia quæ laterent patefecit, omnem caliginem diſpulit, ubi meritò ſumma concordia uigere deberet.

Quapropter hanc diſcordiam non abijcere, omnibus erit perpetuus cruciatus, ſi in memoriam uel à limine reuocauerint, creationem animi noſtri, quæ eſt uerbum diuinum: cum eo habere nos ſocietatem, affinitatem, communicationem: animum noſtrum illius beatæ naturę aut ſimulachrũ eſſe, aut abſciſsionem quandam ex ea, aut radiationem. Si inquã penitius introſpexerimus illud Moſis, cum inſufflauit Deus in hominem: hunc afflatũ, quem animum noſtrum uult à Deo manantem fuiſſe, hunc uocat Philo expreſsionem: ut cum in cera reddimus imaginem ſigilli, ut talis homo fuerit ad uerbum diuinũ ipſum ſigillũ, homo cera: aut radium, aut abſciſsionem, quibus rationibus immortalitas declaratur.

Itaq; colligamus animi noſtri uires, perpẽdamus conſenſum omnium ſeculorũ, & redeamus ad concordiam, ut unius paſtoris unum ouile ſimus: non fingamus nobis nouos cultus, qui ſcindũt & diuidũt nos ab hac unitate, in qua eſt ſalus æterna. Quin potius recipiamus uerã & piam doctrinam huius uerbi æterni, huius iuſticię perfectiſsimæ, huius unigeniti æterni filij, quem omne ſeculum conſtanter faſſum eſt: qui nunc melius eſt ſortitus miniſterium, quanto & melioris Teſtamenti mediator eſt, quòd in melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt. qui eo quòd maneat in ęternum, ſempiternum habet ſacerdotium, unde & ſaluare in perpetuũ poteſt, accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro

dum pro

dum pro nobis: qui eſt pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & cœlis ipſis factus excelſior. Hic eſt pontifex aſsiſtens futurorũ bonorum, qui amplius & perfectius tabernaculum habet, qui proprio ſuo ſanguine nos redemit, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo: qui emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo uiuenti: qui non in manifeſta ſancta introiuit, exemplaria uerorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc uultu Dei, pro nobis: qui ſemel oblatus eſt, ad exhaurienda multorum peccata: ſecundò ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutẽ. Hunc itaque melioris Teſtamenti mediatorem, quod in melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt, iurè colere & expectare debemus, in fide, ſpe, atque charitate: quę nullam patiuntur diſſenſionem, omnes arctiſsimo uinculo coniungunt, & dignos reddent repromiſsionum, ducentq; ad æterna gaudia. Quòd ſi ueteres in nube uidentes maieſtatem huius æternæ iuſticiæ, eam adorarunt, confeſsi ſunt, & ſumma qua potuerunt ratione coluerũt: quanto magis nos, quos redemit, cuius gratia in filios adoptionis à patre ęterno recepti ſumus, per quem uitam æternam acquiſiuimus? Niſi id fecerimus, ob ingratitudinem ipſam æterno trademur ſupplicio: quoniam uoluntariè peccantibus nobis, poſt acceptam noticiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia: terribilis autem quædã expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

Irritam quis faciens legem Moſi, ſine ulla miſeratione duobus uel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis, inquit Paulus, deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim, qui dixit: Mihi uindictam, & ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit Dominus populum ſuum. Horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis.

Quapropter non omittamus confidentiam noſtram, quæ magnam habet remunerationem: ſed expectemus in unitate catholica repromiſsionis effectum, ut patientia uoluntatẽ Dei facientes, reportemus promiſsionem. Adhuc enim modicum, aliquantulumq́;, ait Apoſtolus, qui uenturus eſt ueniet, & non tardabit. Iuſtus autem ex fide uiuet. Quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Nos autem non ſumus ſubtractionis filij, in perditionem: ſed fidei, in acquiſitionem animę. Quod nobis concedat ipſa Iuſticia æterna, quæ reddet unicuique iuxta propria opera. Hanc Gradationem, Chriſtianiſſime Rex, ut ſoles, clementer recipias, ac fœliciſsimè ſaluus & incolumis ualeas.

FINIS.

Δόξα τῷ μόνῳ θεῷ.

PAVLI SCALICHII DE LIKA, COMITIS HVNNORVM, ET BAronis Zkradini, S. T. Doct.

EXILIVM:

Seu, de uera CHRISTI doctrina, & de ſola fide iuſtificante, Epheſia diſputatio: Viennæ Auſtriæ 27 Auguſti, Anno 1557 habita.

SERENISSIMO AC CHRISTIANISSIMO REGI BOEMORVM, DIVO MAXIMILIANO, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, &c. PAVLVS SCALICHIVS de Lika, ſe ſupplex commendat.

CHRISTIANA ſapientia, Sereniſſime Rex, & ueræ Religionis cultor eximie, ab Emanuele eius nominis parente primo, ad ſummos homines, pietate & doctrina prędítos olim delata, perquam plurimis annis ingenti latratu ſophiſtarum occiderat, tam diu tenebris & denſa nocte ſepulta: quouſq; fulgentiſsima ſidera, in hac poſtrema & periculoſiſsima ætate, per Dei miſericordiam exorirentur, quæ nobis adferrēt illam expultricem uitiorum Sapientiam, & ueræ lucis inueſtigādi rationem, quę in libris Propheticis & Apoſtolicis, & monumentis priſcorum ad noſtra uſq; tempora latuiſſent.

Ad id prouinciæ Deus undequaq; nobis eruditiſsimos, & ſyncerę doctrinę peritiſsimos uiros, quibus cum rerum ſcientia etiam ſatis eſſet eloquentiæ, excitauit: per quos antiquorū ſolertia, & pura uetuſtas, malignitate caſuum obliterata, in lucē rediret. Hoc etiamnū agunt ſummi uiri certatim. Docet hic, cōmentatur alter, legit iſte, interpretatur ille, ac linguas uertit in linguas. inſtāt omnes operi:

nes operi:nemo non ex animo CHRISTVM redemptorem & ſaluatorem, ac unicã ſalutem humanæ propagationis agnoſcit.

Hos tu, Chriſtianiſsime Rex, ſiquidẽ omni fauore ac beneuolentia complecteris, in agnitionem Dei patris & Domini noſtri IESV Chriſti, tuus natalis uirgula (ut aiunt) diuina fœliciter cecidit: certè ut non reſtaret aliquod elegantioris & magis piæ ac purioris doctrinæ genus, in quo non euaſeris peritior, adeò quidem puriſsimam puer amplexus Chriſtianam puritatem. Quid multis? Germania hoc æuo nihil eſt floridius, in qua renaſcuntur pietatis quæ antea ceciderunt omnia: nihil remanſit intactum de articulis ſalutis, de linguis atq; literis, quo non exerceantur nobiliſsimi Germani. Horũ tu Archidux, tu Princeps glorioſiſsimus, & propugnator fortiſsimus exiſtis: te quoq; uehementer omnes ſummo cultu & ueneratione meritò proſequuntur, & admirantur, eo quòd non ſolum magnificentiſsima, illuſtriſsima ac inſueta auita domo tua, quam præclarã & magnã Auſtriam nominant, uerùm etiã Inuictiſs. Imperatore FERDINANDO quarto, parẽte tuo, inuito & contrà nitente, CHRISTI crucem ferre non erubeſcas.

Id ſanè eſt, cuius tacti cupiditate & deſiderio, unde noſtro ſeculo tanta commoda prodeunt, omnes capiuntur magna admiratione: cumq; inſigni quodã gaudio, uniuerſi precantur tibi ſumma rerũ faſtigia: unde nobis omnes diuitiæ tanquã ex Pactoli abyſſo fluunt, omnes gratię, omnes optimarum literarum ornatus, & omne quod eſt in humanis bonum.

Semina iecit Pater cœleſtis uniuerſæ religionis Chriſtianæ, quæ nunc te filio electo, in culmos ſurgunt: ut te regnante, nobis ſpicas illius metere liceat, in omnibus linguis, & tota ditione tua, quæ hoc tempore ſitit ueram CHRISTI & puram doctrinam. hæc alta ſuſpiria trahit, indies expectat aduentũ tuum, ut eam liberes ex ore leonis: hæc tibi ſe offert, ut uberius omnia perficiantur, quæ ſunt à parẽte tuo, patre Domini noſtri IESV Chriſti, tibi tuisq; conceſſa.

Cogitaui

Cogitaui ergo haud ingratum tibi futurum, ſi interea ea afferrem, quæ pias mentes & conturbatas, Chriſtianosq́ꝫ cócionatores conſolarentur: qui per impudentes & effrenatos quoſdam ſycophantas, ac Proteos plus ſatis notos, pulſi ſunt. nec uerò ceſſant ij, imò omnem lapidem mouent, ut etiam uirum illum Dei Ioan. Seb. Phauſerum compræhendant, uelut Heliæ reliquam adhuc animam: quam Deus tamen cuſtodiet, & defendet contra omnes raſorum & importuniſsimorum atheorumq́ꝫ hominum inſidias. Quare neceſſarium uel ideo ratus ſum, cauſam mei exilij narrare: ut exules animi lætari magis poſsint, contemnereq́ꝫ hanc Romani Antichriſti tyrandem: & inuitari ad eam patientiam, quę uincit maliciam: atq́ꝫ conſpicere aduerſariorum iudicium, quod ſi eſt aliquod, totum hoc contra Euangelicam doctrinam eſt.

Quis nam obſecro aliam mei exilij cauſam dicere audet, quàm exordiũ Pauli ad Epheſios: in quo dum oſtendere conarer, totam doctrinam de CHRISTO, ſtatim hęreticus & ſcandaloſus delatus ſum apud parentẽ tuum Sereniſs. Rom. Regem, modernũ Imperatorem, dominum meũ clementiſsimũ: qui proprio ore non ſemel, hoc mihi ex iſtorum ſycophantarũ inſuſurratione exprobrauit. Porrò ut tibi ac omnibus cõſtet, quàm piè, quamq́ꝫ religioſe ſenſerim de CHRISTO, Apoſtolis, Prophetis, ipſisq́ꝫ patribus, propter quos exul ſum, & quidem libenter etiam martyr (& utinã dignus eſſem pro CHRISTI nomine mortem ſubire) hanc doctrinã de CHRISTO, in publico multorum conſeſſu à me recitatam, libenter in medium proferam. non enim dubito, quin omnes pij, ubi eam perlegerint, eos potius hęreticos, qui me hęreticum dixerunt, pronunciabunt. Cauſa autem mei exilij ſic habet.

¶ Cum uarias nationes ac gẽtes Apoſtoli, prędicationib. ſuis in unius fidei Chriſtianæ ſocietatẽ collegiſſent, plurimi eorum qui eam ſuſceperant, maximis cõtentionibus certare cœperunt: & relicta illa ſanctiſsima Apoſtolorũ doctrina, ad nouas opiniones, non ſine magno

fidei detrimento, ſe cōtulerunt. Vt enim arbores quæ ab humo ſe paululum erexerunt, cum nondū firmas atq; altas radices egerint, leuiſsimo quocunq; auræ flatu in uarias partes flecti ſolent: ita quoq; illo primo orientis Eccleſię ſtatu, cum paululum religio coaleſcere cœpiſſet, & nondum firmis radicibus in hominum pectoribus inhęſiſſet, facilè ab indoctis prauè ſentiētibus, in uarias ſententias mutari potuit: ita quòd, niſi corū erroribus Apoſtoli reſtitiſſent, magnam non modò rerum obſcuritatem & ignorantiā, ſed etiam ſecuturis hominibus confuſionem reliquiſſent. Atq; ut omittam Romanos, apud quos uehementiſsimæ diſcordiæ & diſſenſiones uiguerūt: Iudæi certè, qui legi, qui ceremonijs, qui circūciſioni fidebant, Gentiles, quòd idolis litauiſſent, & muta ſimulachra coluiſſent, legemq; illam Moyſi à Deo datam ſecuti non eſſent, à ſe repellebant: neq; fieri poſſe putabant, ut hi qui in cultu Dei pares ſibi non fuiſſent, pares in gratia ipſius inueniri poſſent. Gentiles uerò Iudęis inſultabāt, quòd illi in filium Dei, per legem eorum promiſſum, non credidiſſent, & ob hoc à fide ſuorum patrum deſciuiſſent. nam quo maiorem de Deo cognitionem eſſent conſecuti, tanto eos inde maiori pœna afficiendos eſſe iudicabant. Omitto quoq; Corinthios & Galatas, qui tam facilè ab inſtitutis Chriſti receſſerunt. Epheſios profectò admirabili eguiſſe tutela & patrocinio Pauli, manifeſtū eſt, pro quibus ſemper ſollicitus ſummopere fuit. abundabāt etenim maximè falſis doctoribus, nempe Simone mago, & eius familia, Menandro, Saturnio, Baſilide, Nicolao, Gnoſticis, Carpocrate, & Cerintho: qui priuſquā in Aſia prædicaret, Paulo uerſante Antiochiæ, cōmouit Eccleſiam, docens, Niſi circumcidamini ſecūdum legem Moyſi, non poteſtis ſaluari. Idem concitauit Paulo ſeditionem Hieroſolymis, quòd uiros præputiatos ſecū adduxiſſet in templum: ut refert Epiphanius lib. 1. contra hæreſes, hæreſi 28. Hiſce itaq; de cauſis motus diuus Paulus, aduerſus horum errores, necnon Philoſophorum ac Poetarum ex quibus magnā partem theologiæ ſuæ ſchola Simonis confecerat, munire ſtudet Epheſios, ac magna myſte-

gna myſteria ea intentione Chriſtianiſmi aperit, ſummaq; diligentia & ſedulitate eam Epiſtolā ſcribit. Epheſus quippe Aſiæ metropolis erat, conſecrata Dianæ, quā uelut deam colebant: tantaq; erga illam ſuperſtitione tenebantur, ut uel nomen eius qui templum illius incenderat, inuulgatum iri non ſuſtinuerint: exuſtū enim eſt.

Ac beatus quidem Ioannes euangeliſta plurimum illic cōuerſatus eſt: illic exilio damnatus eſt, & uitam finiuit: illic & Timotheum reliquit Paulus, iuxta quod ad illum ſcribens dicit, Quemadmodum rogaui te ut maneres Epheſi. Multi quoque philoſophorum, maximè qui in confinijs Aſiæ floruerunt, in hac urbe fuerunt. Pythagoras hinc prodijt, iſthinc eſt omnis illa Ionica ſchola: quin & qui cum Parmenide, Zenone, Democritoq; fuerunt. Quo fit, ut ad Epheſios ſcribenti Paulo, multa diligentia fuerit opus: in primis, quia uoluit illis iam imbutis, profundiora ſpiritualiū ſenſuum concredere (ipſe ſiquidem ſapientiam inter perfectos loqui conſueuerat) & arcana myſteria ſeculo prorſus ignota pandere. Quemadmodum & ipſe dicit: Orate pro me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, ut cum libertate notum faciam myſterium Euangelij, cuius gratia legatione fungor in cathena. Ideoq; abundat ſublimibus & excellentibus ſenſibus. nam quæ ferè nuſquam alibi locutus eſt, hic eloquitur. utpote cum dicit: Vt nota fiat principatibus & poteſtatibus cœleſtibus per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei. & iterum: Excitauit, & ſimul cum eo ſedere fecit inter cœleſtes. & : Quod alijs generationibus non eſt manifeſtum, nunc reuelatū eſt ſanctis ipſius Apoſtolis ac Prophetis in ſpiritu, nimirum quòd gentes cohæredes ſunt, & eiuſdem corporis, conſorteſq; hæreditatis ipſius in Chriſto.

Cæterùm hic primò confirmat Epheſios in fide, qua Chriſtus à catholicis creditur Deus omnipotēs & homo uerus. atq; excellētiam gratiæ Dei multipliciter cōmendat, ne libero arbitrio ſuo quicquam bonorum, ſed gratiæ adſcribant omnia. Deinde, quòd non debeant ſuſcipere iugum legalis obſeruātiæ, non quòd apertè reprehendat

hendat (oſtendit enim, eos ſeruaſſe pręcepta) ſed ne cadant laborat. Quemadmodum enim Galatæ reuocantur ad fidem, ſic Epheſij confirmantur in fide: & ut ibi carnales obſeruantiæ remouentur: ita hic prædamnantur, quibus ideo uitæ documenta præſcribit.

Præuidit ſiquidem, ſurrecturos quoſdã falſos doctores in ipſorum Eccleſia, & promulgaturos impia dogmata: ex quibus fuerunt Ebion & Cerinthus, quos Ioannes Antichriſtos appellat. Vnde eis nouiſsimè dixit: Vos ſcitis, quomodo uobis nihil ſubtraxerim utiliũ: quominus annunciarem uobis, & docerem publicè & per domos. Et item: Quapropter conteſtor uos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſiliũ Dei uobis. Ego ſcio, quoniam intrabũt poſt diſceſsionem meam, lupi rapaces in uos, non parcentes gregi: & ex uobis ipſis exurgent uiri loquentes peruerſa, ut abducãt diſcipulos poſt ſe. propter quod uigilate, memoria retinentes, quoniam per trienniũ die & nocte non ceſſaui, cum lachrymis monens unumquemq; ueſtrûm.

Vnde pius pater cõiectus in uincula, Epheſios ſubinde deſiderabat: pro Epheſijs, uarijs curis, & paternis diſtringebatur ſollicitudinibus. Metuebat, quod plerunq; fieri ſolet, ne uinculis doctoris ſui attoniti, deficerẽt à doctrina, aut certè concuterentur uehementius. Quare exponit breui compendio ſummã Euangelij: hortatur ut in hac certa Eũgelij doctrina perſtent, deinde ſtudeant innocentiæ: ut ipſemet teſtatur cap. 3.

Euangelicæ autem doctrinæ ſumma cõſiſtit in cognitione uera de Chriſto, nempe quomodo Deus in Chriſto toti orbi omnem dederit plenitudinẽ: hoc eſt, remiſſionem peccatorum, ſanctificationem, innocẽtiam, ſpem uitæ æternæ, & omnium bonorum ampliſsimum inexhauſtumq; aceruũ: item, quomodo omnes homines natura ſint filij iræ, & iuſtificentur gratis per gratiam & fidem IESV Chriſti: non per uires humanas, aut opera noſtra. Addit præterea, Gentes in hoc iuſtificandorum conſortio contineri. Chriſtum enim unam ex Iudæis &

Gentibus

Gentibus feciſſe Eccleſiã, uerbumq́ Euangelij & gentibus deſtinaſſe. Atq; his iam affigit exhortationẽ, ut in inſtituto ſancto & intellecta Euangelij doctrina pergant.

Quod autem ad innocentiæ ſtudium ſpectat, inſtituit mores, & de ſanctimonia uitæ diſputat: & hortando tradit, qua debeant concordia, conſtantia, & ueri iuſtiq; incremento illuſtres eſſe fideles. Diſſerit item contra uaria & grauiſsima ſcelera, contra immundiciam, mendacia, fraudes, iram, inuidiam, ſpurcitiam, libidinem, luxum, & crapulam. Præterea optima inſtituit officia Chriſtiana, erudiens quid deceat cõiugatos, parentes & liberos, dominos ac ſeruos. Poſtremò uerò armat Chriſtianum militem panoplia ſpirituali, ſe quoque & res ſuas precibus ipſorum ad Deum commendans.

Igitur Apoſtolus Epheſijs exponit breui compendio duo: nimirum ſummã Euangelij, quę conſiſtit in uera cognitione de CHRISTO, iuſtificatione, regeneratione, peccato & corruptione naturæ humanæ, miniſterio Euangelij, & de Eccleſia. Alterũ quod exponit, eſt ſtudium innocentiæ, ad quod ſpectat inſtitutio morum, ſanctimonia uitæ, cõſtantia, cõcordia, ueri iuſtiq; incrementum, abſtinentia, officium coniugatorũ, reſpectus parentum & filiorum, domini & ſerui, & panoplia ſpiritualis.

Primò autem cõplectitur ſalutationem in Deo patre & domino noſtro IESV Chriſto, cum dicit: Paulus Apoſtolus IESV Chriſti. atq; hæc epigraphe tria continet: autoritatem ſui miniſterij, quòd non hominem, ſed IESVM Chriſtum in Paulo docente audirent: deinde beneuolentiæ conciliationem, quòd ob maxima erga nos IESV Chriſti merita & beneficia, ſeruos & legatos ſuos benignè audire, & comiter tractare conueniat: poſtremò doctrinę excellentiam, quòd non ut Phariſæus adhuc exiſtens, legem, ceremonias, & ritus Moſaicos, quibus ſe iuſtificari exiſtimabãt, propugnaret, ſed ſolum IESVM Chriſtum doceret.

Secundò, quòd credentes in Chriſtum ſignantur ſpiritu ſancto, ad accipiendam hæreditatem promiſsionis, in æternam Dei laudem.

Tertiò, beneficia filij Dei, quæ conſiſtunt in promiſſione de benedictione, qua deleat peccatū & mortē, inſtauret iuſticiā & uitam, cōiungat cœleſtia & terreſtria.

Quartò, reſurrectionem Chriſti, & ſeſsionē in dextera Dei, ſupra omnem principatum & poteſtatem, & omne nominabile nomen.

Quintò, quòd Chriſtus ſit caput Eccleſię, Eccleſia uerò corpus & plenitudo Chriſti.

Sextò, gratiarum actionis in recognitione ingentium beneficiorum Dei adhortationem, de benedictionis plenitudine, de electione ante conſtitutionē mundi, ad ſpiritualem & immaculatam uitam: de adoptione in Chriſto, & per Chriſtum dominū: de redemptione & remiſſione peccatorū per ſanguinem eius, & de ineffabilibus beneficijs miſericordiæ & gratiæ eius.

Septimò, cauſam cur miſſus ſit filius Dei, ut nimirum benedictione cœleſti cumulemur: id eſt, remiſsione peccatorū, & donatione ſpiritus ſancti, uitæq́ æternæ. Deinde, ut ſimus filij Dei propter Meſsiam, & cohæredes uitæ æternæ cum eo, atque copulemur propter Chriſtum cum Deo.

¶ Porrò cur hoc nomine appelletur Paulus, ſeptem opiniones extant. prima eſt Origenis, qui ait, Pauli nomen apud Romanos gratius fuiſſe: & quoniam ciuis Romanus erat, apud Romanos hoc nomine utebatur.

Secunda eſt Ambroſij. exiſtimat enim Paulum ſic primùm dici cœpiſſe, à conuerſione ſua ex Iudaiſmo ad fidem Chriſti: ut cum religione mutata, & nomen intelligatur commutatum.

Tertia eſt Hieronymi & Auguſtini. ij dicunt hoc nomen eum reportauiſſe à Sergio Paulo proconſule, quem primum ex gentibus Chriſto lucrifecit.

Quarta Eraſmi: hic enim impugnat hanc ſententiam Hieronymi, ex cap. 13. Act. Saulus autem, qui & Paulus, repletus ſpiritu ſancto, intuens in eum, dixit, &c. ſed per anticipationem, figuram literis ſacris multùm communem, quidam ſoluunt.

Quintò, Cornelius Delphius aſſerit, diuum Paulum

gentilicium

gentilicium nomen habuiſſe Saul, quod plauſibile habitum eſt in tribu Beniamin, ob primum in gente Iſraelitica regem electum à Domino. An uerò cum hoc nomine & Pauli nomen ab initio poſſederit, ex Scriptura incertum eſt: excepto quòd ante Sergiũ ſemper Saul, ſed poſt conuerſionem Sergij ſemper Paulus eſt nominatus.

Sexta, ſumitur ab etymologia, quæ & ipſa incerta eſt. Hebræa ſiquidem ſignificat mirabilem, uel electũ: Græca, quietum: Latina, puſillum, ex humilitate ſic uocatum, ſecundum Ambroſium & Auguſtinum.

Septima: mihi uidetur Saulus ad morem Hebraicum dictus. de quo ſecus eſt, quod conſtat origine Hebræum eſſe, & ſonare appetitum, à radice שאל, quod eſt expetiuit, poſtulauit, ſiue cõmodauit: Paulum uerò ad modum Græcum, uel Romanum, quorum erat ciuis.

¶ Paulus ergo, & quidem Apoſtolus IESV Chriſti eſt. Apoſtoli nomine Scriptura eum intelligit, qui ore negotium agit, quod in mandatis accepit, & ore aliquid nunciat. Non tabellionem, ſed legatum Græci intelligunt, & qui rem uerbis proponit & agit: Latinè oratorem uocamus. Idcirco Petrus in ſua prima Epiſtola ait: Apoſtolus ſum IESV Chriſti: id eſt, in mãdatis habeo à IESV Chriſto, ut de hoc eodem Chriſto prædicem.

Varia autem ſunt nomina Apoſtolorum in ſacris literis, & quantum uidere licuit, XXVIII deprehendũtur.

Primò dicuntur Eccleſiæ principes, ut Pſal. 44 Pro patribus nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Eſaiæ 1. Matth. 9.

Secundò, Eccleſiæ architecti & ædificantes, ut quorum doctrina diuina populus in fide Chriſti & dilectione proximi ædificatur & creſcit: ut 1 Corinth. 3 Aedificatio eſtis Dei, unuſquiſque uideat quomodo ſuperædificet. 1 Corint. 10 & 14.

Tertiò, Deſtructores, qui prauas traditiones in cordibus hominũ deſtruunt. Eſaię 60. Venerunt deſtructores tui, deſtruentes & diſsipantes à te exibunt. Eſa. 49.

Quartò, Nubes: quia pluunt imbrem eloquiorũ Dei: uel quòd triſticiam mundo annunciantes, omnes per le-

gis uerbum ſub peccato includunt. ſicut & de Prophetis dicitur: Mandabo nubibus meis, ne pluant deſuper: Eſaiæ 9 & 19.

Quintò, Piſcatores hominum: Venite poſt me, & faciam uos piſcatores hominum. Matt. 4. Quibus uerbis ad uaticinium Hier. 16. alluſum eſt: Ecce mitto piſcatores multos, & piſcabuntur eos. item 1 Corint. 9.

Sextò, Boues. bouis nomine, prædicatoris labor effertur: ut, Non obligabis os boui trituranti. 1 Corint. 9. Prouerb. 14: Vbi non boues, præſepe uacuum eſt. nam actum eſt de Eccleſia Dei, cum defuerint doctores.

Septimò, Sal terræ: Vos eſtis ſal terræ. Matt. 5. quaſi dicat: Elegi uos, ut uice ſalis ſitis toti terræ.

Octauò, Lux mundi. lucent enim in nocte, id eſt, in medio nationis prauæ ac tortuoſæ, tanquam luminaria. Philipp. 2.

Nonò, Arietes gregis Dominici: quorum diſcipuli filij arietum uocantur. ut, Adferte Domino filios arietum. Pſal. 28.

Decimò, Vox Dei. ut Ioannes de ſeipſo teſtatur: Vox clamantis in deſerto.

Vndecimò, Columbæ. Eſaiæ 60.

Duodecimò, Columnæ Eccleſiæ. Galat. 2.

Decimotertiò, ſeminantes. Eſa. 32.

Decimoquartò, Speculatores. Ezech. 3.

Decimoquintò, Prophetæ. 1 Corint. 14.

Decimoſextò, Diſpenſatores myſteriorum Dei, & miniſtri. 1 Corinth. 4.

Decimoſeptimò, Dilecti multum adiutores in Chriſto. 1 Cor. 3 & 1 Theſſal. 5.

Decimooctauò, Laborantes in Domino. 1 Timot. 5.

Decimononò, Probati in Chriſto. 1 Theſſ. 2.

Vigeſimò, Nuncij, clangor tubæ, miniſtri Eccleſiæ, uinitores. 1 Corint. 9.

Vigeſimoprimò, Legati apud Eſaiã, id eſt miſsi Dei. Pſal. 5. Exod. 22. 1 Corinth. 8.

Vigeſimoſecundò, Pedes & euangelizantes, apud Eſaiam & Apoſtolum.

Vigeſimoter-

Vigeſimotertiò, Principes populorum: apud Dauidem Pſal. 67.

Vigeſimoquartò, Muſtum. Eſa. 65.

Vigeſimoquintò, Victores, anguli, claui, arcus belli, exactores, concordes, & gigantes, tauri, calcantes in torculari. Eſa. 5.

Vigeſimoſextò, Montes & colles, Eccleſiaſtes, hoc eſt concionator. Eccl. 1.

Vigeſimoſeptimò, Preſbyteri, id eſt, ſeniores. 1 Tim. 5

Vigeſimooctauò, Epiſcopi, id eſt, ſuperintendētes & angeli. Matt. 11. Ecce mitto angelum meum. ex Auguſt. de ciuitate Dei lib. 15. cap. 21.

¶ Eſt autem Apoſtolus per uoluntatem Dei: unde primus locus de uocatione miniſteriorum uerbi Dei conſiderādus eſt: & id quidem quadrifariam. Primò allegat uocationem ſuam, propter eos qui aut ambitione, aut auaricia, aut alia cupiditate inducti, docendi miniſterium ſine uocatione, ipſi per ſeſe inuadunt. Sicut & prophetarum tempore multi pſeudoprophetæ erant, qui ſeſe ueris prophetis, à Deo uocatis, opponebant. Et Apoſtolorum tempore pſeudoapoſtoli ipſi ius docendi ſine uocatione uſurpantes, uaria dogmata, diuerſa & pugnantia cum Apoſtolorum doctrina ſpargebant. Imò noſtro hoc quoq; tempore talia pſeudoprophetarum monſtra, & falſi ac fanatici doctores habentur.

Secundò docet Paulus, non ſolum ſua, ſed Dei uoluntate ſe ad hoc munus uocatum: ſignificans, ut aliàs quoq; ſcriptura monet, non niſi ritè uocatos eſſe audiendos. ut 1. Paral. 23 & ad Heb. 5 Nec quiſquā ſumit ſibi honorem, ſed qui uocatur à Deo, &c. Hier. 23. Non mittebam prophetas, & ipſi currebāt: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. & 29. Pro eo quo uobis prophetauit Semeias, & ego non miſi eum, &c. & Deut. 13 & 18. Propheta qui arrogantia deprauatus, uoluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur. Idem Chriſtus dicit Matth. 7. Attendite à falſis prophetis, &c. Meſsis non ſit noſtra, ſed Domini: ideo nemo niſi uocatus, falcem ſuam

in alterius meſſem immittere debet. ſed ut Chriſtus docet Matt.9. Dominus meſsis orandus eſt, ut mittat operarios in meſſem ſuã. Quòd ſi quid hic perit, non nobis, ſed Domino perit, cuius eſt meſsis. Hinc duplex eſt aduertenda uocatio, uera & falſa.

Vera uocatio biſariam conſideratur. prior eſt, quę immediatè à Deo proficiſcitur. qualis Prophetarũ & Apoſtolorum uocatio fuit, quorum uoce & doctrina ſe Deus patefecit. Altera quoq; eſt diuina, ſed per hominem fit: ut cum ad docẽdum uocamur ab ijs, quibus uel Eccleſiarum, uel reipubl. adminiſtratio cõmiſſa eſt. Idcirco Paulus ad Titum ſcribit: Huius rei gratia reliqui te Cretę, ut ea quę deſunt corrigas, & cõſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego tibi mandaui. Sic Polycarpũ, refert Irenæus, ab Apoſtolis ipſis ordinatum epiſcopum eccleſiæ Smyrnæorũ. Ita & in alijs eccleſijs cõtinua ſucceſsio epiſcoporum, fuit ab ipſis Apoſtolis ſic inſtituta.

Falſa uocatio quoq; bipartita eſt. Prima eſt, omnium Pontificum, epiſcoporum, canonicorum, qui prorſus nulla Eccleſiæ & ueræ doctrinæ propagandę cura adficiuntur: ſed tantum de autoritate, de exiſtimatione, de opibus & dignitatibus ſuis retinendis & cumulandis dimicant. Secunda eſt, omnium regum, principum & magiſtratuum, qui mandatam ſibi conſeruationem prædicationis uerbi Dei non retinent. Quia Ioſuæ duci populi Dei mandatur: Non recedat uolumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo. Pſal. 24. Aperite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ mundi, & introibit rex gloriæ. & Pſal. 148. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuuenes & uirgines, ſenes cum iunioribus, laudent nomen Domini. Fuit quoq; uetus mos conſtituendi & coronãdi regis in populo Iudaico, ut regi diademate ornato darent librum legis, quo meminiſſet, & ſibi ipſi neceſſariam cognitionem eſſe uerbi Dei, & ſummis uiribus illud tuendum, propagandum & ornandum.

Tertiò conſideranda ſunt duo ad paſtorale officium potiſsimùm

potiſsimùm neceſſaria:nimirum, ut ſit ritè uocatus:deinde,ut populo non aliam proponat doctrinã, quàm quæ per ſummum Põtificem,paſtorem noſtrum, filium Dei, & per Prophetas & Apoſtolos eſt tradita. Aliàs eſt fur & latro,quia non intrat per oſtium: Ioan.10.

Quartò, aduertenda ſunt ea quæ de publico miniſterio dicta ſunt. ita enim intelligi debent, quod in caſu neceſsitatis, deficientibus publicis miniſtris, cuiuis etiam non uocato liceat baptizare,docere,abſoluere,exhortari,mœſtos erigere, conſolari,&c.

Itaq; per Dei uoluntatem,Apoſtolus ſanctis qui ſunt Epheſi ſcribit. Hic quidam curioſius quàm neceſſe eſt, putant,ex eo quod Moyſi dictum eſt Exodi 3.Hæc dices filijs Iſrael,Qui eſt miſit me: etiã eos qui Epheſi ſunt ſancti & fideles, eſſentiæ uocabulo nuncupatos. Alij uerò ſimpliciter,non ad eos qui ſunt, ſed qui Epheſi ſancti & fideles ſint, ſcriptum arbitrantur: quibus & Anſelmus conſentit. Qui ſunt Epheſi: id eſt, in illa urbe, quæ caput eſt minoris Aſiæ, cuius myſticum ſenſum bifariam docet. Primò Epheſus interpretatur uoluntas eius, id eſt Dei. Quicunque ergo ita ſancti ſunt, & fideles, ut maneant in uoluntate Dei, non tranſgredientes uoluntatem eius, ad eos nunc ſcribit Apoſtolus, ubicunque ſint corporaliter poſiti. Secundò,conſiliũ meum quoq; interpretatur: ut dicat Paulus, Quia ſcribo ſanctis & fidelibus, qui ſunt Epheſi: id eſt, in conſilio meo,qui non recedant à munimento conſilij mei.

Sanctum opponitur profano, ut Aggæi 2, & in multis locis Scripturæ eſt cernere. Atq; ſanctificare nihil aliud eſt, quàm ſegregare, & ad diuinum uſum conſecrare. Aut quo ad umbram futurorum. Quædam enim ex iumentis primogenita ſanctificabãtur: ac niſi redempta forent, interficiebantur. quo ſignificatũ fuit, omnia peccatis contaminata digna eſſe morte. Quædam uerò ex hominibus primogenitis maſculis ſanctificabãtur, & ſingulari præcepto redimebantur precio. Aut quoad rem præſentium. primò ut ſanctum, quod ſegregatũ & Deo cõſecratum eſt, propter peccatũ ſit maledictum, & offerendum

rendum Deo: & quoniam precio redimitur, liberatur à peccato & morte: & eo precio cõſeruatur, mundatur, & ſanctificatur. Secundò, ut preciũ quo redempti ſumus, ſit filius Dei, qui ſe noſtra cauſa uictimam Deo patri obtulit, ſicut Petrus ait: Scientes, quòd non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis, de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti. Quare, iſtam ſanctitatem conſequi nos ex ſolo Chriſto manifeſtũ eſt Ioan. 17. ubi pro tota Eccleſia ardẽtiſsimè orat: De mũdo non ſunt, ſicut nec ego ſum de mundo: Sanctifica eos in ueritate tua. Sermo tuus ueritas eſt. & pro eis ego ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate. Vbi oſtendit breuiter, primùm eas ſanctificationes, expiationes, ſacrificia, holocauſta, omnes ceremonias & ritus Moſaicos, non fuiſſe ueram & æternã ſanctificationem coram Deo: ſed tantum corporalem & externam coram hominibus in politia Moyſi, & umbram ac figuram ueræ ſanctificationis, quæ promiſſa patribus per ipſum erat implenda. Deinde, omnes homines cum omnibus meritis, operibus, ſtudijs & exercitijs ſuis, non eſſe ſanctos, ſed profanos & contaminatos: qui non poſsint ſe ſuis uiribus ab hac profanatione expiare, niſi à Deo patre, & à ſe filio ſanctificentur. Ideo tam ardenter orat, ut pater eos ſanctificet in ueritate ſua, ut 5. ad Epheſ. teſtatur. 1. ad Corint. 1 & 6. Hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri IESV Chriſti. & Heb. 10 Sanctificati ſumus per oblationẽ corporis IESV Chriſti ſemel. Et omnis quidem ſacerdos præſtò eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nũquam poſſunt auferre peccata. hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternũ ſedet ad dexteram Dei, de cętero expectans donec ponantur inimici ſcabellum pedum eius. Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Hic itaq; diligenter notandum erit illud Pauli: Sanctis (inquit) qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu.

Theophylactus ſic exponit: Aduerte, qua uirtute homines

mines iſti ea tẽpeſtate pollerent, ut eos & fideles appellet, & ſanctos, uiros præſertim uitæ huic temporariæ deditos, qui uxores haberent, & liberos. Iſtiuſmodi enim neque in montibus forſan hoc tempore, neque in ſpeluncis inueneris.

Sancti & ſanctificati dicũtur in Scripturis, omnes recti corde: hoc eſt, credentes, & adhuc nobiſcum uiuẽtes: quia per fidem Chriſto, omnium ſanctiſsimo, ſanctificantur. Ioan. 17. Rom. 1. 1 Cor. 1. 2. Philip. 1. & in Pſalmis paſſim, ut 148, In eccleſia Sanctorum: id eſt, in congregatione credentium. item Pſal. 15. Sanctis qui ſunt in terra eius: hoc eſt, Domini. Item ad Epheſ. 6. iubet orare pro ſanctis, & pro ſe. Philip. 1. Omnibus ſanctis qui ſunt Philippis. & 1. Corint. 7, ſanctus pro fideli accipitur. Itaque omnes qui ſunt in Chriſto renati, & ueteri Adamo exuti, ac in ſanctiſsimi ſanctiſsima Chriſti membra adoptati, ſancti uocantur in Scripturis. unde in ijſdem etiam appellantur Reliquiæ filij Dei, genus electũ, gens ſancta, corpus Chriſti, ciues Sanctorum, ſemen Abrahæ, populus fortis, decas uel decimatum, filij lucis, ſacerdotium ſanctum, fideles terræ, uiui lapides, templum Spiritus ſancti, peculium Domini, multitudo credentium, & domeſtici Dei.

¶ Præterea ſcribit non ſanctis tantùm, uerumetiam fidelibus, & quidem in Chriſto Ieſu. Quod abſolutè conſiderando, refertur aut ad fidem, quæ ex mentis propriè deſcendit arbitrio: aut ad ſanctificationẽ, quæ interdum ex ſanctificantis abſq; uoluntate noſtra, ſumitur largitate. Ideo 1. Corint. 7. Sanctificata eſt mulier infidelis in fratre fideli, & uir infidelis ſanctificatus eſt in muliere fideli.

Reſpectiuè uerò dicitur, eo quòd nõnulli philoſophorum uiſi ſunt habuiſſe ſanctitatem, ieiunãdo, caſtè uiuendo, mundum contemnendo, non aũt in Chriſto. Nonnulli quoq; fidelitatem habebant, ut ſi quis reddat depoſitum, ſi quis cõmodata non abneget, fidelem ſe amicum exhibeat, animam magis quàm fidem paratus ſit prodere: nec hi tamen in Chriſto Ieſu. Scribit ergo Paulus ſanctis & fidelibus in Chriſto Ieſu: qui nimirum ſanctitatem

& fidem habent in Chriſto, hoc eſt, in Chriſtiana religio-ne. tales ergo ſancti & fideles Epheſi erant.

Quapropter ſcribens gratiâ ipſis & pacem à Deo patre noſtro, & Domino IESV Chriſto precatur. Gratia & pax, ſecundum Hieron. conſideratur, ſiue ut ambo ad utrumqꝫ, hoc eſt, & gratia & pax, tam ad Deũ patrem, quàm ad Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, referantur: ſiue, ut gratia patris in eo ſit, quòd filium pro ſalute noſtra dignatus eſt mittere: pax uerò filij in eo, quòd per ipſum patri reconciliati ſimus. ſiue ad ſingulos referenda ſunt ſingula, ut gratia ad Deum patrem, pax uerò referatur ad Chriſtum: idqꝫ bifariam, ſecundum Anſelmum: quo ad gratiam, qua nobis peccata remittuntur, & uirtutes cõferuntur: item quo ad pacem, qua Deo & ſanctis angelis per bonam uoluntatem & actionem ſemper concordamus.

Hæc gratia & pax ſit à Deo patre noſtro, id eſt, creatore, qui nos in filios adoptauit: & à Domino noſtro IESV Chriſto, id eſt, à redẽptore, qui nos ab hoſte clementer eripuit, & ſuo dominio mancipauit: qui eſt IESVS, id eſt ſaluator, quia ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorum: & Chriſtus, qui eſt unctus, id eſt, rex uel ſacerdos, regnans in nobis, & interpellans pro nobis: quia reges & ſacerdotes unctione conſecrabantur, ſecundum Anſelmum.

Sex ſunt aduertenda in præſenti loco. Primò, ipſa ratio, cur nimirũ opus ſit nobis gratia, hoc eſt, fauore & amore Dei: nempe, quia ſumus filij iræ, & peccatores. hanc igitur gratiam complectimur fide, credentes unigenitum Dei filium à patre nobis donatũ, ut per ipſum habeamus reconciliationem & uitam. Comprehendimus autẽ eam gratis, non propter noſtra merita, ſed propter filium, mediatorem & interceſſorem noſtrũ: ut Rom. 5. Si unius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, quæ fuit unius hominis IESV Chriſti, in multos exuberauit. Porrò cur primum gratiam, ac deinde pacem optet, ratio in promptu eſt: quod hæc nulla eſſe poſsit, niſi præcedat gratia, ut Rom.

5. Iuſtificati ex fide, pacem habemus erga Deum, per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum: per quem contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam hanc, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ Dei.

Secundò, conſiderandum eſt, quòd in hac ſalutatione optet omnia bona, tam æterna, quàm temporalia: & doctrinam de iuſtificatione cõplectitur, quaſi ſcopum totius Epiſtolæ.

Tertiò, precatur eis gratiam & pacem non ſuo aut cæterorum Apoſtolorũ (ſicut Pontifices moderni ſalutem & gratiam papalem, aut pontificiã, ſeu regiam aliquam) ſed Dei patris & Domini noſtri IESV Chriſti nomine, gratiam & pacem optat.

Quartò, non omnibus hæc bona precatur, ſed tãtum ſanctis & fidelibus in Chriſto IESV. Qui enim credit in filium, habet uitam ęternam: qui autem incredulus eſt filio, non uidebit uitã, ſed ira Dei manet ſuper eum. Ioan. 3. Eſa. 48. Non eſt pax impijs.

Quintò, docet effectum gratiæ eſſe, tollere peccatum & mortem: & contra ſenſum peccati & iræ Dei, amorem & miſericordiam Dei erga nos in filio ſpectanda proponere. ſicut inquit Chriſtus Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam.

Sextò, oſtendit Chriſtum æquali cum Deo patre eſſe ſubſtantia, natura ac poteſtate: ut quæ æternus Deus pater præſtat & operatur, eadem & filius æternus, & unus Deus cum patre & ſpiritu Sancto operetur. ſicut Ioan. 5. dicitur: Quæcunq; pater facit, hæc & filius ſimiliter facit, &c. ſicut enim pater ſuſcitat mortuos, & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat.

¶ Proinde ſic orditur: *Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Vbi primò, benedicere Deũ, eſt eius magnalia cõfiteri. Pſal. 103. Benedic anima mea Dominum: Domine Deus meus magnificatus es uehementer. Sed nomen Domini benedicere, eſt illi per pſalmodiæ gratiam ſupplicare: Pſal. 144. Exaltabo te Deus rex meus, & benedicam nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Secundò, uariè ſolet hac uoce Scriptura uti. eſt enim idem benedicere, quod ſalutare. Geneſ. 47. Benedixit Iacob Pharaonem. Roman. 1. Qui eſt benedictus in ſecula, hoc eſt, laudandus. Item ordinare ſignificat, Gen. 1. Et benedixit eis Deus. Item prophetare, Geneſ. 9. Benedictio enim Noach nihil aliud eſt quàm prophetia. Geneſ. 32. Non dimittã te, niſi benedixeris mihi: hoc eſt, agnoſcas me uictorem, uictumq́ te fatearis. Deinde Gen. 9. locu pletare deſignat, & fœcũdum reddere: Benedixit Deus Noach. Porrò hoc loci gratiarum actionem ſignificat.

Tertiò, hic primò omnium benedixit Deum, conſiderans illum eſſe principium & fontem omniũ bonorum. Benedictus igitur ſit à nobis Deus, & omnes illum benedicamus, & gratias ac laudes illi referamus, pro beneficijs quę ab ipſo percipimus, non ęſtimantes à nobis ipſis habere aliquid boni: benedicamus illũ, quia eſt Deus, id eſt, creator noſter: & creatura debet creatorem ſuũ benedicere. Benedictus item pater Domini noſtri IESV Chriſti: id eſt, pater illius qui nos à diaboli tyrannide erept os, dominio ſuo miſericorditer ſubdidit, & ſaluauit nos à peccatis noſtris, atq; regnat in bonis actib. noſtris: quæ ſingula & de filio dicuntur, quia & ille eſt Deus, ille quoq; creator, & principiũ atq; fons omniũ bonorum.

Quartò, Theophylactus ait: Ecce & Deus & pater eſt eiuſdem & unius Chriſti: Deus quidem incarnati, pater ut Dei uerbi.

¶ Duo ergo ſunt hic conſideranda. Primò, exordium. orditur enim epiſtolam Paulus ſuo more à gratiarum actione. agit ſiquidem gratias Deo, patri Domini noſtri IESV Chriſti, pro innumerabilibus beneficijs, pro donis ſpiritualibus & cœleſtibus, quibus per Chriſtum Eccleſiam ſuam bonus & benignus pater cumulauit & ornauit. Id autem innuit definitionem Dei, quòd ſit eſſentia nempe ſpiritualis, æterna, ſapiens, bona, iuſta, ſancta, caſta, uerax, immenſæ potentiæ, conditrix & conſeruatrix omnium rerum. Hęc patent, cum dicit nos benedictos ſpirituali benedictione à Deo. Spiritualis enim benedictio non niſi à Deo proficiſcitur. Ioan. 3. Quod natum eſt

tum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Innuit quoque articulum de Trinitate. Cum enim ſic orditur Paulus, Benedictus Deus & pater Domini noſtri IESV Chriſti: docet non de duobus, ut alius ſit Deus, & alius extra diuinitatem ſit pater Domini noſtri IESV Chriſti, id quod impiũ foret: ſed cum inquit, Benedictus eſt Deus, intelligit unum tantum Deum eſſe, qui ſit benedicendus, & non plures. ſicut & Moſes Deuter. 6 ait: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Dominus unus eſt. & infrà ca. 4. Vnus ſpiritus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater noſter omnium, &c. Et ut manifeſtè oſtendat, in una eſſentia diuina, quæ ſit benedicenda, tres eſſe diſtinctas perſonas: ideo ſubijcit, Et pater Domini noſtri IESV Chriſti. Quaſi dicat: Benedictus Deus, qui Deus eſt pater ab æterno generans filium, & filius ab æterno ex patre genitus. Cum enim inquit, Pater elegit nos ante mundũ conditum: ſignificat, patrem æternum Deum, ſimiliter intelligendũ de filio. ſicut Ioan. 1. In principio erat uerbũ, &c. Item Pſal. 2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et Heb. ultimo: Ieſus Chriſtus heri & hodie, idem eſt etiã in ſecula, &c. Oſtenditur & tertia perſona Spiritus ſanctus, cum ait: Qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali. Idem Spiritus ſanctus credentibus Euangelio, mittitur ad purificandum, ſanctificandum, & nouam lucem in ijs accendendam: ut incipiant agnoſcere, timere, & amare Deum, & ei obedire. Et hæc ipſa eſt benedictio ſpiritus, quapropter filium Dei & fide apprehẽdimus, & per uerbum creditum & Spiritum ſanctum fit, qui quòd æternus ſit teſtatur Geneſ. 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. item Pſal. 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum.

Secundò, conſideranda eſt ratio exordij: quòd ipſe pręcipuè magnitudinem & excellentiam beneficiorum, quæ Eccleſiæ per Chriſtum contigerunt, uidet & intelligit: noſq; ſtertentes, ad tantarũ rerum conſiderationem, & ad gratiarum actionem exuſcitare uelit, ut ad Coloſſ. hortatur nos Paulus inquiens: Itaq; ſi ſurrexiſtis unà cum

Chriſto,ſuperna quærite, ubi Chriſtus eſt, ad dexteram Dei ſedens:ſuperna curate,non terreſtria. Hęc eſt Chriſtiana inuocatio:ipſa nempe benedictio quę non poteſt eſſe niſi per filium mediatorem.per hunc enim habemus aditũ, utiq; in uno ſpiritu ad patrem. Ideo non uult, neq; exaudit preces Deus, niſi in agnitione Patris, filij, & ſpiritus ſancti, & per filium factas & oblatas.

¶ Quare benedictus? Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali,in cœleſtibus in Chriſto. Benedictio autem dicitur etiam eleemoſyna, Rom. 15. item collectio, 1. Cor. 16. Dicitur aliquãdo & munus, 4 Regum 5. Samuelis 30. Malach. 2. Sacerdotiũ appellatur. Vſurpatur quoque Eſa 36. pro ſubiectione. deinde pro multiplicatione, Gen. 1 accipitur.

Hinc Apoſtolus incipit enumerare beneficia, quæ à Deo per Chriſtum humano generi ſunt conceſſa. Sit, inquit, benedictus, qui benedixit nos. Anſelmus exponẽs hunc locum, ait: Deus nos benedicit, cum uirtutes nobis tribuit, uel in ipſis uirtutibus nos promouet: nos uerò Deum benedicimus, cum pro beneficijs, quę contulit nobis, ipſum laudamus.

Benedixit nos non in quadã, ſed in omni benedictione: non corporali, ſed ſpirituali: id eſt, in ſermone Dei, & ſapientia, & ueritate, cũctisq; reliquis uirtutibus: & non in terrenis, ſed in cœleſtibus, ut quamuis corpore hic detineremur, mente tamen & conuerſatione iam in cœleſtibus eſſemus.

Et hęc tam copioſa uirtutum bonorumq; ſpiritualium benedictio, data eſt à patre nobis in Chriſto: id eſt, poſtquam cœpimus in ipſo mediatore ac reconciliatore manere, incorporati uiſceribus Eccleſiæ, quæ eſt corpus eius. Non enim extra Chriſtum datur iſta benedictio.

Quomodo autem adhuc in terra nos poſitos, cœleſti benedictione benedixerit? Diuus Hiero. ait: Siue igitur, quòd cõuerſatio noſtra in cœlis eſt, & non ſumus de mũdo iſto, ſed depoſita imagine choici, portamus imaginẽ ſupercœleſtis, & in carne non uiuimus, ſed in ſpiritu, & theſaurizamus non in cœlis, ubi & cor habemus, dicimur nunc

mur nunc cœleſti benedictione benedicti. Siue certè, quòd omnis benedictio ſpiritualis in Chriſto, licet in terra ſit, tamen de cœleſtibus cõputetur. Benedixit nos, inquit, in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto: in ſermone Dei, & ſapientia, & ueritate, cæterisq́ uirtutibus.

Diuus Paulus falſa dementatos imaginatione Iudęos, conatur in exordio huius Epiſtolę ab errore reuocare: & iubet propius aſpicere, & altius cõſiderare promiſsiones patribus factas: quæ etſi res corporales cõtineant, tamen præcipuè res ſpirituales ſpectandas proponunt, ſicut utraq́ promiſsio Abrahæ data Gen. 12 & 22 oſtendit. Cum ergo ait, Qui nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto: oſtẽdit duplicem eſſe benedictionem, corporalem & ſpiritualem.

Benedictio corporalis eſt, quę 12. Geneſ. Abrahę promittitur, cum ait Deus: Faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq́ benedictus: benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.

¶ Porrò hic quatuor conſiderantur. Primò, quòd corporaliter poſteritas Abrahæ ex paruis initijs creuit in gentem magnam, qui accepit hanc promiſsionem, cum iam natus eſt annos ſeptuaginta quinq́: & differtur impletio promiſsionis annos uigintiquinque, quibus manet, ut antea erat, ſterilis Sara. & quia credidit Abraham, ideo centenario iam naſcitur filius Iſaac, & ex filio Iſaac nepotes Eſau & Iacob: quos uidit Abraham, iuxta promiſsionẽ, fore fontes & ſeminaria magnæ gentis promiſſæ.

Secundò: mortuo Abraham, in Iacob nepote ſtatim iuxta datam promiſsionem poſteritas eius, natis duodecim patriarchis, incipit propagari, ita ut cum ſeptuaginta hominibus ingrediatur Aegyptum Iacob. Ibi uerò in immenſum poſteritas Abrahę quadringentis annis, quibus ibi fuit, aucta eſt: ita ut ſexcenta milia uirorum, abſq́ paruulis & mulieribus, ac reliquo comitatu, egrederentur Aegyptum, ad occupandam terram promiſſam.

Tertiò

Tertiò: huic corporali benedictioni additur & ſpiritualis, quæ omniũ maxima fuit. Eligitur hic populus præ omnibus gentibus terræ, in proprium peculium & poſſeſsionẽ Dei. Datur ei lex & uerus cultus Dei. Init Deus cum hoc populo per circumciſionem certum fœdus, habitat Deus in hoc populo, adeſt ei ipſe defenſor & gubernator. inſtituitur ſacerdotium, dantur promiſsiones, patres ordine alij poſt alios, prophetæ & doctores, & ita euehitur hic populus, ut uerißimum ſit quod Dauid ait: Non fecit taliter omni nationi, nec iudicia ſua ſic manifeſtauit eis. Prior ergo hæc pars promiſsionis ita ſatis impleta eſt: Faciam te in gentem magnam, & benedicã tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſq; benedictus.

Quartò: ſucceſſu tandem rerum corporalium dementatus populus Iudaicus, diſperſus & abductus eſt, & non niſi tribus Iuda ex Babylonica captiuitate Hieroſolymã, & ad priſtinas ſedes eſt reuerſa. Acciſis igitur & fractis uiribus, regnum collapſum: ut etſi ſæpius reſtaurare tentarent, nullo modo poſſent.

Cæterùm benedictio ſpiritualis eſt, cum ait, In ſemine tuo benedicentur uniuerſæ nationes terræ. hæc totum terrarum orbem, & omnes nationes terræ complectitur, & non duntaxat populum Iudaicũ. Spiritualis ergo benedictio eſt, qua per Chriſtum liberati ſumus à maledictione: hoc eſt, à peccato, morte, lege, ſatanæ potentia: & per ipſum donata eſt benedictio, remiſsio peccatorum, reconciliatio, donatio Spiritus ſancti, iuſticia & uita æterna. Hac ergo ſpirituali benedictione, qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Galat. 3.

Vbi uerò inquit, nos omni benedictione ſpirituali benedictos: ratio eſt, quia in Chriſto IESV (ut ad Coloſſ. ait) ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſcientię abſconditi. Quo fit, ut extra Chriſtum nullę ſint benedictiones: quin potius peccatum, damnatio & maledictio, ſicut Petrus Actorũ 4. ait: Non eſt in alio aliquo ſalus. neq; enim aliud nomen datum eſt hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. & Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. ad Rom. 8. Nulla nunc

condemnatio

condemnatio ijs qui in Chriſto IESV ſunt. Ergo qui extra Chriſtum ſunt, ſub damnatione & maledictione ſunt. Ioan. 5. Qui credit in filium, habet uitam, &c.

Itaq; Paulus ſignificanter addit, per Chriſtum: quaſi dicat, per legem & eius opera ſunt quidem benedictiones: ſed non ſunt ſpirituales, uerùm corporales. ut Deuter. 28 enumerantur: Si audieris uocem Domini Dei tui, ut facias & cuſtodias omnia mandata eius, benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, &c. Sed benedictio ſpiritualis, quę eſt liberatio à peccato, lege, morte & potentia Satanę, illa contingit non operibus, aut meritis, ſed fide per Chriſtum: ut credas te per Chriſtum benedictum, & factum filium ac hæredem Dei. Sicut Chriſtus ait: Si uos filius liberauerit, uerè liberi eritis.

Conſideremus itaq; magnitudinē & magnificentiam regni Chriſti, in quo omni benedictione ſpirituali, hoc tempore benedicti, cumulati & ornati ſumus: quā Prophetæ in ſpiritu conſiderantes, paſsim pleno ore prædicant. Pſal. 2. 110. 145. Sic & Paulus ingenti adflatu ſpiritus, & tantis donis ac opibus cœleſtibus quaſi exultans, his uerbis orditur epiſtolam: Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus.

¶ *In Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi.*) Electio, atq; ęterna Dei prædeſtinatio, per ſe ſatis firma eſt: ut opus non ſit, firmam eam facere. Ita & uocatio efficax ſatis eſt, atq; ſtabilis. Nam qui Euangelium audit, credit atq; baptizatur: is utiq; uocatus eſt, & ſalutē aſſequetur, iamq; habet. Quandoquidem igitur ad hæc uocati ſumus, operam debemus tantum impendere, 2 Pet. 1. ut uocatio noſtra atq; electio etiam apud nos firma ſit, atq; ſtabilis, non ſolum apud Deum. Hic modus loquendi Scripturæ eſt, quo & Paulus ad Epheſios ſecundo uſus eſt, dicens: Extranei eratis à teſtamentis promiſsionum, nullam ſpem habentes, qui ſine Deo eratis in mundo. Quanquam enim nullus ſit homo bonus aut malus, cui Deus non imperet, cum eius ſint uniuerſæ creaturæ: nihilominus, inquit Paulus, eum ſine Deo eſſe, qui non

ipſum agnoſcit, amat, eiq; fidit, licet in ſe ſit Deus ſuper omnia. Eodem modo apud Petrum, quanquam per ſe uocatio & electio Dei, qua nos uocauit, elegitq;, firma ſatis exiſtit, tibi tamen non firma eſt & ſtabilis, quàm diu incertus es, ad te eam quoq; pertinere. & ob hãc cauſam inquit diuus Petrus, atq; hortatur, ut uocationẽ noſtram bonis operibus certam & ſtabilem reddamus.

Quemadmodũ per Chriſtum Deus pater gratis contulit nobis hæc maxima dona ſua, ita gratis per eundem ante ſecula elegit nos. Hic annotandus eſt Auguſtinus libro de Prædeſtinatione ſanctorũ, cap. 15. ubi docet duplex eſſe genus diuinorum beneficiorum: alterum, quod datur ex merito Chriſti: alterum, quod ex mera Dei bonitate, citra cuiuſuis meritũ, etiam ipſius Chriſti, contingit. prioris generis ſunt, remiſsio peccatorũ, &c. quæ ſuperius cõmemorauimus: poſterioris uerò, electio, prædeſtinatio, incarnatio quoq; uerbi, ſiue filij Dei.

Electos autem nos ante conſtitutionem mundi ideo ponit, ut Simonis, philoſophorum & poetarum apud Epheſios errores detegat. Philoſophorũ autem cum duo genera tradantur: alterum Italicũ, quorum princeps Pythagoras Samius fuit: alterum Ionicum, cuius princeps fuit Thales Mileſius, ut Auguſtinus lib. 8. de ciuitate Dei cap. 2 docet: & Ionicorum philoſophorũ familia ſedem habuit potiſsimum Epheſi (quod ex argumento Chryſoſtomi patet) ex qua & Plato prodijt, qui docuit inter alia, Deum res condidiſſe ex materia ſibi coæterna: ideo Apoſtolus contra eiuſmodi philoſophos, Deum nos elegiſſe ante mundi conſtitutionẽ aſſerit. Pro conſtitutione, Grecis eſt καταβολῆς, quaſi dicas, ante iacta fundamenta mundi: & non, ut iuxta Manichæum, & cæteras hæreſes, quæ factorem & materiam ponũt, quòd aliquid, unde creaturæ factæ ſint, anteceſſerit creaturas: ſed omnia ex nihilo ſubſtiterunt.

Quomodo autem elegit nos ante mundum cõditum, qui nondum creati fuerimus? Sciendũ igitur eſt Deum, cui ab æterno in eternitatem omnem omnia patent, nota & ſemper in conſpectu ſunt, uidiſſe hominis caſum: eiuſq;

eiusq́ꝫ remedium præſentiſsimum, ipſum nempe filium unigenitũ. Sicut enim per unum hominem Adam, peccatum erat ingreſſurum, & per peccatũ mors omnes homines erat inuaſura: ita per unum hominem IESVM Chriſtum, fieri debuit inſtauratio & reparatio uitæ, immortalitatis & innocentię, idq́ꝫ ex mera gratia & miſericordia ineffabili. Deus enim uidit hoc reconciliationis remedium, & per hunc æternum ſuum filium ab æterno parauit. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mũdum, &c. & Paulus: Proprio filio ſuo non pepercit Deus. item Bernard. Vt ſeruum redimat, non parcit filio: & ſicut filium uoluit aſſumere humanam naturam, ita uoluit ei adiungere æternam hæreditatem in qua regnet. ut Pſal. 15. dicitur: Hæreditas mea præclara eſt mihi. Hæc eſt æterna & immutabilis uolũtas Dei, quæ cupit neminem perire, ſed omnes ſaluos fieri, ſicut hoc iureiurando affirmat: Viuo ego, nolo mortem impij, ſed magis ut cõuertatur, & uiuat. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. & cap. 5. Nos uidimus & teſtamur, quòd pater miſit Saluatorem mundi. & Baptiſta ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hic eſt ille agnus, & promiſsio omnis Adæ poſteritatis: ipſum nempe ſemen mulieris, quod cõteret caput ſerpentis: & illa promiſsio Abrahæ ad omnes homines pertinens, In ſemine tuo benedicentur uniuerſæ cognationes terræ. Quæ quidẽ promiſsio, & arcani huius conſilij Dei patefactio, ne intercideret & obliteraretur, eligitur certus populus, cui datur lex, circumciſio, dantur certi ritus & ceremoniæ, ſigna & cõmonefactiones promiſſionũ, de uenturo liberatore, quę patribus erant factę, ut in hoc populo doctrina & patefactio de ſemine mulieris conſeruaretur uſq́ꝫ ad præfinitũ tempus ipſius aduentus.

Vbi autem uenit plenitudo temporis, non uult diuina bonitas, hoc ingens beneficium ſuum prædicari Iudaico tantùm populo: ſed iubet uoce Euãgelij proponi omnibus, ſicuti ſonat mãdatum, Ite in mundũ uniuerſum, &c. Ita Apoſtoli habent mãdatum, ut nomine Dei, cuius ipſi legati ſunt, uoce Euangelij omnes homines ad nuptias,

ſeu ad regnum Chriſti uocent, & inuitent, ut Paulus 2. Corinth. 5 ait: Poſuit in nobis ſermonem reconciliationis. itaq; nomine Chriſti, legatione fungimur, tanquam Deo uos obſecrante per nos, rogamus nomine Chriſti, reconciliemini Deo.

Effectus electionis eſt ergo, una Eccleſia, propter filium ab æterno electa, cuius mēbra omnia Deus poſtea iuxta temporum ordinem uocat, ſanctificat & gubernat. & de hoc electo cœtu inquit Paulus: Fundamētum Dei ſtat, habens ſigillū hoc, Nouit Dominus qui ſint ipſius: & antequam naſceretur, Eſau odio habui, Iacob autem dilexi. Quare conſtat, ſemper manſuram Eccleſiam Dei, ſicut Eſa. 59. dicitur: Hoc eſt fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus qui eſt in te, & uerba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, dicit Dominus, deinceps & in ſempiternum. Sic & Paulus hoc loco conſolatur ſanctos, deducens eos ad hanc æternam & immutabilem Dei ſententiam, quòd ſit Eccleſia electorum ſemper manſura.

Cauſa autem electionis eſt miſericordia Dei propter filium, recipiens eos qui hunc filiū amplectuntur: quemadmodum reprobationis eſt peccatū in his quę reijciuntur. Quapropter remouendi ſunt errores Iudęorum, qui electionem propter legem, id eſt merita (quos confutat Rom. 9.) fieri arbitrantur. Item Stoicorū, qui numerum particularium excerptum uelut fato, aut acceptione perſonarum ſaluandum putant. Deinde futurorum opera, propter futura enim opera, quæ Deus ante mundū conditum in quibuſdā præuidit, quoſdam eſſe electos. accumulant uarij generis opera, quibus ſeſe exercēt: & confirmare uolunt, quòd ſint ex numero electorum.

¶ Itaq; ſciendum eſt, haſce opiniones eſſe uanas. Electio enim conſiſtit in ipſa intuitione promiſſionum gratiæ & fidei: cuius quinq; dantur rationes.

Prima eſt, decretum Dei ante mundum conditum à Deo, de liberatione & reconciliatione totius humani generis factum, non certorum tantum quorundam amicorum, ſed & hoſtium Dei. Rom. 5. Si cum inimici eſſemus,

reconciliati

reconciliati fuimus Deo, per mortem filij eius: multo magis reconciliati ſeruabimur, per uitam ipſius. Et 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

Secunda eſt, patefactio huius decreti per promiſsiones factas Adæ, Abraham, & cæteris patribus, de benedictione Chriſti, & quidem uniuerſales: ut Rom. 11. Concluſit Deus omnes ſub inobediētia, ut omnium miſereatur. Lucæ ultimo: Oportet prędicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorū, in omnes gentes. Rom. 3 & 10. Exod. 34. 3 Reg. 8 Pſal. 42. Matth. 11. Act. 16. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorū accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.

Tertia eſt, conſideratio uoluntatis Dei in diuinis promiſsionibus reuelatæ: ut Ioan. 6. Hęc eſt uoluntas patris mei, qui miſit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam.

Quarta eſt, præceptum & mandatum patris de cœlo ſonantis, ut credamus filio, patefacienti nobis ſuam uoluntatem, cum inquit: Hic eſt filius meus, in quo delector, hunc audite: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

Quinta eſt, Spiritus ſanctus, confirmans & certos nos faciens, quòd ſimus electi & filij Dei. Rom. 8. 2. Corint. 5. Poſuit in nobis ſermonem reconciliationis. 1 Theſſal. 2.

Certum itaq; eſt, ut Rom. 8 patet, quos elegit, eoſdem uocauit: & quos uocauit, eos iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Si qui igitur pereunt, non pereunt Dei, ſed ſua culpa: quia non obtemperant Deo eligenti, & uocanti eos per uocem Euangelij. ut 2. Corint. 4. Quòd ſi adhuc uelatum eſt euangelium noſtrum, in his qui pereunt uelatum eſt: in quibus deus huius ſeculi excæcauit ſenſus incredulorum, ne illuceſceret eis lumen euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.

¶ Sciamus igitur, Deum ſeruaturum Eccleſiam omnibus tēporibus, & eam quidem electā, de qua dicit: Portę inferorum non pręualebūt aduerſus eam. item, Nemo

rapiet eas de manu mea. Hæc eſt in cœtu uocato, ubi ſonat & acceptatur uox Euangelij, in quo ſe reuelauit uerbum ęternum, non ex ratione aut lege: nec eſt alligata ad prærogatiuas ſtirpis, aut ſucceſsiones ordinarias. Ideo Paulus colligit exēpla inde uſq; ab initio, ubi Deus prætulit non primogenitos, ſed poſteriores: contra humanum iudicium, ut patet in Iacob, cum promiſsione. aliàs impium eſt fingere membra Eccleſię, ſine Chriſto. Miſereor, inquit ad Moyſen, cuius miſereor: miſericordia, nempe gratis in Chriſto, membra nata eſſe Eccleſiæ, & ſemper cōſeruari, ut eſſent ſancta & immaculata in conſpectu eius.

Inter ſanctum & immaculatum hoc intereſt, ſecūdum Hieronymum & Anſelmum, quòd ſanctus, & immaculatus quoq; intelligi poteſt: immaculatus uerò, non ſtatim & ſanctus. Paruuli quippe immaculati ſunt, quia integro corpore, nullum fecere peccatū: & tamen non ſancti, quia ſanctitas uoluntate & ſtudio comparatur. Ideo immaculatus poterit dici, ille qui peccata non fecit: ſanctus uerò, is qui uirtutibus plenus ſit. iuxta Pſal. 14. Qui ambulat ſine macula, & operatur iuſticiam. Cant. 4. Tota ſpecioſa es proxima mea, & macula non eſt in te.

Quęrit diuus Hieronymus quomodo ſanctus quis & immaculatus ſit corā Deo, cum propheta teſtetur, dicēs Pſal. 142, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens: item Exodi 34. Nullus apud te per ſe innocēs: cum multis alijs ſimilibus. Aut enim ſancti & immaculati coram Deo Epheſij ſunt: & falſum eſt hoc quod dicitur, Nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis uiuens. aut, ſi nemo iuſtificatur in conſpectu Dei, rurſus falſum eſt quod precesſit, ſanctos & immaculatos eſſe in conſpectu Dei. Ad id, inquit diuus Hieronymus, bifariam eſt reſpondendū. Non enim ait Paulus, elegit nos ante conſtitutionē mundi, cum eſſemus ſancti atque immaculati: ſed, Elegit nos, ut eſſemus ſancti & immaculati, hoc eſt, qui ſancti & immaculati antea non fuimus, ut poſtea eſſemus. Secūdò, quòd cum ait, Non iuſtificabitur omnis uiuens: intelligendum eſt, quòd non omnes, ſed quidā iuſtificabuntur.

In conſpectu

In conſpectu eius.) id eſt, non in uana exiſtimatione hominis, ſecūdum Anſelmum: ſed qui ueritatem conſpicit, & occulta conſiderat. Ergo, elegit nos, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. Ne fortè, ut Chryſoſtomus & Theophylactus aiunt, illud ſubeat mentem, elegiſſe iam Deū, ſaluos fore quos uelit: & ſic torpeat animus exiſtimanti, nil ultra iam uirtuti ſtudendū, ut uitam quis aſſequatur: quandoquidem electi iam ſint, pro Dei arbitrio, & nil cæteris eſſe ſpei iam reliquum. Ad id, inquit, elegit nos Deus, ut ſancti ſimus, & ſine labe, & in ea ſcilicet ſanctitate uiuamus, quam ablutis baptiſmo largitus eſt Dominus. Perſtemus igitur, & uitā ſeruemus uirtute præditam. Sanctus eſt enim quiſque, qui eſt fidei particeps: immaculatus uerò, qui nullis ſordibus uiuendo irretitur. Nec hanc ſanctimoniam modò, & uitam culpa uacantem, à nobis exigit Deus: ſed ut in eius conſpectu hanc ipſam ſeruemus. Sunt nanq; pleriq;, qui hominum præſentiā ueriti, potius quàm Dei maieſtatem, præ ſe ſanctimoniam ferūt: quales Phariſæi fuere. idipſum & Dauid aſſerit Pſal. 17. Secundum puritatem manuū mearum in conſpectu oculorum eius. item Eſa. 1. Auferte iniquitatem ab oculis meis. & Anſelmus: Si uiderit nos ſanctos & immaculatos, quicquid homines de nobis æſtiment, ipſe nobis prẹmium reddet. & econtrà, ſi per hypocriſim uoluerimus ſimulare ſanctitatē, licet nos iudicent ſanctos indocti homines, ipſe tamen damnabit.

Porrò Apoſtolus orditur à gratiarum actione, in qua ordine cōmemorat ingentia beneficia Dei patris, quæ Eccleſiæ ſuẹ uberrimè per filium ſuum contulit. Primò, quòd per IESVM Chriſtum filium ſuū, nos omni benedictione ſpirituali benedixit: & quidē non corporalibus & interituris bonis tātùm, ſed & cœleſtibus & æternis. Secūdò, quòd eligit, colligit ac ſanctificat benignus pater, Eccleſiam filio ſuo, quæ eius hæreditas ſit & ſponſa: & quòd neminem perire, ſed omnes qui hunc filium amplectuntur, ſaluos eſſe uelit.

Diuus Paulus hic utitur occupatione, ne homines carnales hac dulciſsima doctrina de electione abutantur,

ut & cap. 2 facit, cum ait: Conditi in Christo IESV ad opera bona, quæ præparauit Deus, ut in eis ambulemus. & ad Tit. 2. Apparuit gratia Dei ſalutifera omnibus hominibus, erudiens & caſtigãs. quaſi dicat, non licentiam concedens impiæ & iniuſtæ uitæ, ſed caſtigans, ut abnegata impietate, & mundanis cõcupiſcentijs, ſobriè & iuſtè & piè uiuamus in præſenti ſeculo.

¶ Primò eſt ſciendum, Credentes & amplectentes Chriſtum, ſunt ſancti & irreprehenſibiles, non ſua, ſed aliena, nempe Chriſti ſanctitate & iuſticia, quæ propter filiũ eis imputatur, & donatur à Deo patre, & imputatiua ſanctitas & iuſticia dicitur. Secunda eſt nouitas uitæ, & iuſticia bonæ conſcientiæ, quæ in recõciliatis Deo grata eſt propter filium, quanquã adhuc imperfecta & contaminata ſit: ſed hæc quæ noſtri operis eſt, nulla erit, niſi prior quæ ex fide IESV Chriſti eſt pręcedat. Atq; hinc eſt cernere, quod ſit diſcrimen inter hominem Chriſtianum & Ethnicum. illorum differentia ſumitur ex Eſa. 61: Gaudẽs gaudebo in Domino, & exaltabit anima mea in Deo meo, quia induit me ueſtimentis ſalutis, & indumento iuſticiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum ſacerdotali ornatu. Veſtiti enim Chriſti ſponſi & ſacerdotis noſtri ornatu, ſumus irreprehenſibiles, & ſponſa ſine rugis & maculis. Cõtraria uerò differentia eſt gentium. nemo enim ſine agnitione promiſſi ſeminis filij Dei ſaluatur. iuxta illud: Non eſt in alio ſalus.

Electi igitur ſumus, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. *In charitate.*) Charitatis uocabulũ, quod Septuaginta ἀγάπην ſolent uertere, accipitur 2. Ioan. 1, pro amicitia, religione, & coniunctione. Sic ponitur pro ipſo Deo diligente. Cum enim dicit, in charitate, Ambr. exponit: hoc eſt, ut amor Dei ſanctam illis faciat conuerſationẽ. nemo enim melius alicui obtemperat, quàm qui ex charitate obſequitur. Charitas, fides, ſpes, res eadem, nempe fiducia in Deũ: ſed aut pro qualibet credulitate, aut pro firmitate, aut ueritate. Charitas uerò Deus ipſe eſt, 1. Ioan. 4. Item, charitas pro eleemoſyna. Heb. 6. Non eſt enim iniuſtus Dominus, ut obliuiſcatur operis noſtri, & chari-

&|charitatis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, quia miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis.

Charitas eſt rectiſsima animi affectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum: ſecũdum Auguſt. quam perficit in nobis diuina bonitas, & diſponit actus humanus, procedens ex corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. 1. ad Timot. 1. producens fructum, qui conſequitur dilectionem: nempe gaudium de bono diuino, & proximi. item pacem & concordiã, cordis, oris, operis. deinde miſericordiam ipſam, beneficentiam, & correctionem fraternam.

Addit itaq;, *in charitate*, ob duas rationes. Primùm, ut oſtendat, cauſam electionis non eſſe noſtrã dilectionem aut dignitatem, ſed ipſius Dei erga nos amorem, qui eligit & uoce Euangelij nos uocat, non propter noſtrã charitatem, qua nos eum amplectimur & diligimus, ſed quia ipſe diligit nos, & non uult nos perditos, ſicut 1 Ioan. 4 dicitur: In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quia ipſe prior dilexit nos, & miſit filiũ ſuum propitiatorem pro peccatis noſtris. Hæc enim charitas, qua ipſe Deus in filio ſuo nos dilexit, reddit ſanctos & irreprehẽſibiles coram Deo: non noſtra, quæ, ut dictum eſt, in hac uita imperfecta & contaminata eſt.

Secũdò, ſimul & hoc monet, ut hanc charitatẽ Dei patris noſtri, qua coram ipſo ſancti & irreprehẽſibiles propter filium ipſius conſtituimur, imitemur, & mutua inter nos dilectione tueamur, ſicut ibidem à Ioan. præcipitur: Chariſsimi, ſi Deus dilexit nos: & nos debemus nos mutuò diligere. Deum nemo uidit unquam. Si diligimus nos inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius eſt perfecta in nobis.

Huius ſententiæ Pauli quatuor ſunt loci, diligẽter notandi. Primus, quòd Chriſtianorum iuge ſacrificium eſt laus & gratiarum actio, quæ Deo ſemper offerenda ſunt pro beneficijs. Secundus, quòd benedictio, iuſticia, & ſalus noſtra, non eſt meritorum noſtrorum: ſed purę Dei gratiæ, qua elegit nos, ut per Chriſtum liberaremur. Tertius, quòd cum reuerentia & timore Dei loquendum eſt

de electione Dei, non quòd abſoluta neceſsitate alij damnentur, alij ſaluētur: ſed ut Scriptura docet, Omnes ſcilicet electos eſſe, qui credūt in IESVM Chriſtum. Qui ergo non credunt, ſua culpa non credunt, & pereunt. 2. Corint. 4. Ioan. 3. Cæterùm qui credunt, Dei beneficio & miſericordia credunt, & in timore Dei ambulant, ut ſancti & irreprehēſibiles in Chriſto per charitatem uiuant.

Quartus locus eſt, quòd uerus Dei cultus eſt in charitate Dei & proximi, non in rebus externis & nihili.

Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum, in ipſum.) Epanaphora eſt. quod enim antea, Elegit nos ante conſtitutionem mūdi, dixit: nunc unico, eoq́ proprijſsimo uerbo effert προορίσας, prędeſtinauit: id eſt, certo cōſilio, certisq́ limitibus eam ſalutem quam cōdendo homini præſtiturus erat, præſcripſit. Prædeſtinatio enim nihil aliud eſt, quàm diuinę uolūtatis per gratiā electio, ſecundū Aug. lib. de libero arbitrio. ſeu ipſa gratię pręparatio, gratia uerò iam ipſa donatio eſt. & maius eſt eſſe prædeſtinatos, quàm (ut antea dixit) ſanctos & immaculatos. Quo ſignificatum eſt, Eccleſiam Dei ab æterno electam, certis finibus & limitibus circumſcriptam, quibus diſtincta & ſeparata ſit ab omnibus alijs populis & nationibus terræ: ſicut terra Canaan, & Iſraelitæ cum proficiſcerentur ex Aegypto, ſemper certis finibus locabāt caſtra.

Sunt autem limites, quos pijs tranſcendere prohibitum eſt, & quibus ab alijs populis diſtincti ſunt, uerbum Dei poſitum & circūdatum eccleſiæ Dei, uoce & ſcripto Prophetarum & Apoſtolorum, ſicut præceptum eſt: Ne addas, nec minuas: Nec feceris quod bonum uiſum fuerit in oculis tuis, ſed quod ego præcipio tibi. &, Si quis aliud Euangelium euangelizauerit, anathema eſto. & cap. 2. Superſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, &c.

Ita Paulus illuſtri uerbo προορίσας, Eccleſiā ab aliarum Gentium impietate & contagio à Deo ipſo ſegregatam, oſtendere uoluit: ut ſciatur, ubi ſit uerus cœtus electorū.

Sic & Moyſes Deuter. 32 ait: Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit

terminos

terminos populorum, iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius.

Ratio prædeſtinationis eſt, quòd nullis præcedentibus meritis noſtris, imò priuſquam hic mundus fieret, Deus certum apud ſe decretum condidit, quod per Chriſtum ſaluos uelit facere credẽtes. Hęc eſt illa cœleſtis benedictio, & tertium beneficium, υἱοθεσία uidelicet, quòd ipſe Deus per Chriſtum adoptat, & in uicem & ius filiorum recipit, & ſibi ipſi ita conglutinat, id eſt εἰς αὐτὸν, per fidem & charitatem, ut ipſius membra facti, unum ſimus cum ipſo. Sic Ioan. 1 dicitur: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. & Gal. 4. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum legi obnoxium, ut eos qui erant legi obnoxij redimeret, ut adoptione ius filiorum acciperemus.

Has diuitias bonitatis Dei, per Chriſtum nobis exhibitas, nulla humana mens ſatis intelligere poteſt. Ideo & 1. Ioan. 3 admiratione tãtarum rerum ſic ait: Videte qualem charitatẽ dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur. Propter hoc mũdus non nouit nos, quia non nouit eum. Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit id quod futuri ſumus. Scimus aũt, quòd ſi apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicut eſt, &c.

Porrò hęc uox υἱοθεσία Paulo peculiaris eſt, nec uſquam in ueteri Teſtamẽto uſurpata. Nam quod Exodi ca. 2 de filio Pharaonis ſcribitur, quod Moyſen adoptarit in filiũ, diuerſum eſt uocabulum ab eo quod legitur ca. 2. Eſth. 1.

Addit εἰς αὐτὸν, id eſt erga ſeipſum, ideo, ut oſtẽdat nos primùm ad hoc eligi & uocari, ut (ſicut 1. Corint. 6 dicitur) glorificemus Deum in corpore noſtro, & in ſpiritu noſtro quæ ſunt Dei, ut electa Eccleſia Deum ſuum celebret. Deinde, quia ideo elegit eccleſiam, ut ſit ei peculium de cunctis populis, & in regnum ſacerdotale, & ſit ſancta gens, & tẽplũ Dei uiuentis, in quo habitare uelit: ideo dicit eccleſiam prędefinitam, ut adoptione ius filiorum cõſequatur. Atque hoc Ambroſius breuiter exponens, dicit decreuiſſe Deum, ut credẽtes in Chriſtum

adoptarentur Deo in filios, ut caput ipſorũ ſit Chriſtus, uerus Dei filius. Non autem Romanus põtifex, aut alius quiſpiam, ſed ſolus dũtaxat CHRISTVS, hoc meretur honore affici. Quòd ſi eſt aliquis Pontifex pius, qui piè poſsit adminiſtrare ſacra, ne confuſio admittatur, poterit equidem ordinis principatus admitti, & caput non abſurdè dicetur: at nequaquam caput Eccleſiæ, quod ſolus CHRISTVS eſt: ſed caput in Eccleſia. Et huiuſmodi ſunt uaria. nam & Cęſar, & Rex, & Princeps, Dux, Comes, Dominus, Magiſtratus, Conſul, Iudex, &c. capita ſunt: at non capita Eccleſiæ, ſed miniſterij. ſic Rex eſt caput non Eccleſiæ, ſed regni, quatenus regit & gubernat populum cõmiſſum, ab hoſtibusq; & tyrannide propugnat & defendit. Hoc totũ eſt in recta adminiſtratione ſitum. Ita Pontifex æqua ratione (dico autem de legitimo: nam Romanos põtifices ab eo tempore quo ceſſauit in Eccleſia perſecutio, non fuiſſe legitimos, uerendum eſt: cum muneribus utplurimũ in pontificatum eligantur, non diuina uoce, ſed diaboli potius inſtinctu) eſt caput, ſed in Eccleſia: nempe adminiſtrãdo Chriſti euangelium, & puram atq; ſynceram doctrinã, & non fingendo leges pro arbitrio, quod prohibitum eſt 4 & 12. Deut. diſtribuẽdo uarijs locis uarios miniſtros, at non poteſtate inæquales, ſed ordine duntaxat, ut ſuperius memini.

Pontifex autem Romanus, qui ab iſtis ſuis paraſitis & ſycophantis temerarijsq; gigantibus caput Eccleſiæ defenditur, certè non erit eccleſiæ caput, quã deſcribit Paulus 5. ad Epheſ. non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi: ſed ſanctam & immaculatã, quã Chriſtus ita dilexit, ut ſemetipſum traderet pro ea: & illam ſanctificauit & mundauit lauacro aquæ in uerbo uitę, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam. At mulier fugit in ſolitudinem, 12. Apoc. in locum paratum à Deo, ut ibi paſcat eam diebus mille ducẽtis ſexaginta. Non hinc uideo Pontificem eam paſcere, ſed Deum. Nam & filiũ maſculum, quem peperit, qui recturus erat omnes gẽtes in uirga ferrea, Deus ad ſe rapuit: quem draco rufus erat deuoraturus. Itaq; ſi huius eccleſiæ caput eſt Pontifex, erit ergo aut

go aut Deus, aut draco. Deus non eſt: ergo eſt draco, habens capita ſeptem, & cornua decē: & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahit tertiam partē ſtellarum cœli. quod facilè patet omnibus, ſi Romanas cōditiones aſpiciant, ſi tyrannidē conſiderent: ſi luxum, pompam, arrogantiā, temeritatē, præſumptionē, fornicationem, immundiciam, impudicitiam, idolorū ſeruitutem: ſi ueneficia, inimicitias, cōtentiones æmulationes: ſi iras, rixas, diſſenſiones: ſi ſectas, inuidias, ſi homicidia, ſi ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, ipſam nimirū cōmunicationem operibus infructuoſis tenebrarum perpēderint. imò nulla difficultate cōſtat, hunc tantum abeſſe ut caput ſit eius Eccleſię, ut ne miniſter quidē ſit, ſed inimicus Dei & hominum. Quòd ſi etiam pius eſſet, huius Eccleſiæ miniſter cum nemo mortaliū ſit, nec ipſe eſſe poſſet: abuolauit enim in deſertū, ubi paſcitur à Deo, & non ab hominibus. indigni enim ſumus propter noſtram incredulitatem, qui Eccleſiam, ſponſam Chriſti ſine ruga, & ab omni labe liberam, nutriamus. Omnes autem increduli ſunt, qui aliunde quærūt introitum. Ii quoq; non ſecus in incredulitate cōprehenduntur, qui perpetuò Nicomedizant, ſe ad nutum potius hominū ſubinde componentes, quàm Dei: quod nec nominari in eccleſia Dei deberet. plus enim Deo, & magis obediēdum eſt, quàm hominibus. Quomodo autem adminiſtrare quis poterit id, cuius nullā habet ſimilitudinem, nullam noticiam, & cum quo ei nihil cōmune eſt? quis precor huius eccleſiæ ſe membrum dicere audet, cum certum ſit neminem mortalium eſſe ſine labe & ruga? Hæc autem apertè à Paulo immaculata appellatur. Per Chriſtū quidem abluti ſumus, & filij Dei adoptati, mēbra efficimur, fide, ſpe, & charitate. Hæc quoad Deum quidem, & unigenitum eius filium, ſunt omnino perfecta, imò perfectiſsima: at quod ad nos attinet (non ſaluat enim te, ſine te, ſecūdum Auguſt.) ſumus in militia. Qui uſq; in finē perſeuerauerit, hic cōſequetur promiſsionē ſalutis, & eſt membrum immaculatū, membrū ſine ruga & labe, membrum mundatum lauacro aquæ, in uerbo uitæ ſanctū & glorioſum.

Ergo miſeri iſti homines, ſine intellectu, ne dixerim & ſenſu, non præſumant ſuum Antichriſtũ ſtatuere huius Eccleſiæ caput, cum neq; membrum ſit: neq; erit, niſi cõuertatur. uereor autem, ut more Pharaonis ſe ad Dominum unquam conuerſurus ſit.

¶ Hic quidam me traduxerunt apud Sereniſs. regem Romanorũ, modernum Imperatorem auguſtiſs. dominum meum clemẽtiſsimum, quòd affirmarim Eccleſiam apud nos non eſſe: & quòd nec homines eccleſiæ membra in hac uita, nec miniſtri eſſe poſsint. Ego ſanè hanc Eccleſiam, quam ad Epheſ. Apoſtolus deſcribit, tantum aſſerui in deſertum abuolaſſe, quæ requirit membra immaculata. Non negaui tamen, eam Eccleſiam apud nos eſſe, quæ deſcribitur Exodi 12. Leuit. 8. Num. 20. Matth. 13, & in parabola de decem uirginibus. hic enim cadit ſemen ſecus uiam, in petroſa, in ſpinas, & in terram quoq; bonam. aliud uolucres cœli comederunt, aliud aruit, aliud ſuffocatum eſt: aliud dabit fructum, aut cẽteſimum, aut ſexageſimum, aut triceſimum, &c. Vnde patet, in hac eccleſia bonos & malos eſſe, in hac eſſe militiam bonorum cum malis. quòd ſi boni ad finem perdurauerint, obtinebunt brauium, fient membra triumphantia, apta quæ recipiantur in Eccleſiam immaculatam. Quomodo autem perſeuerare oporteat, nempe uera fide in Chriſtum, quòd per eum accipiamus remiſsionem peccatorum, & uitam æternã, non per noſtra opera, aut uires humanas, ſed per ſolum IESVM Chriſtum, ſuperius ſatis tractatũ eſt. Hanc etiam fidem non refellere bona opera, ut falſo de nobis aduerſarij gloriantur: ſed neceſſariò requirere, ut teſtificentur fidem, dictũ quoq; eſt. Quemadmodũ enim teſtificamur Chriſto, cordis & mentis noſtræ aſſenſum per fidem, nempe credẽdo: ſic teſtificamur hominibus fidem noſtram per bona opera. corde enim creditur ad iuſticiam, confeſsio autem fit ore ad ſalutem.

Non enim Deus requirit bona opera propter ſe, ſiquidem noſtris operib. non indiget: ſed requirit ea propter proximũ. Vult autem Deus ex altero mandato dilectionem proximi, & dilectionem ſui ex primo. & quemadmodum

modum mandatum ſecundum eſt propter primum, ſic etiã opera bona propter fidem. Nam ideo proximum diligere præcipimur, quia æqualiter ſumus ad imaginem Dei creati: & nec plus aut minus in uno, atque in altero, creationis exiſtit. Ideo dicit, Dilige proximum tuũ ſicut teipſum. Aequaliter ergo Deus, ratione creationis ſuæ, requirit mutuã dilectionem, & non ratione ſui: ſed propter ſuum opus, quod operatus eſt in nobis, & non propter ſe. Quapropter requirit Deus ratione ſui operis, opera bona à nobis. Hinc patet, quòd ineptè noſtri aduerſarij aſſerũt, bona opera eſſe iuſtificatoria. Non enim ſequitur, Deus requirit bona opera, ergo iuſtificant bona opera: quia Dei iuſticia non cõſiſtit in opere diuino, ſed in ipſo Deo, qui eſt iuſticia ipſa æterna, quã non niſi fide aſſequimur. corde enim creditur ad iuſticiam. Cor ergo requiritur ad iuſticiam conſequendã. nam proprius cultus Dei, qui à nobis Deo debetur, cordis eſt: cõfeſsio autem, ſalutis. Quemadmodum iuſticia eſt ſolius Dei, ſic ſalus hominũ. Ergo ſalus hominibus per confeſsionem fidei cõmunicatur. Proinde dicit: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Nec hinc aduerſarij arguent, Ergo ſaluamur bonis operibus. nam bonorum operum ipſa fidei confeſsio cauſa eſt. Ad fidem ergo refertur iuſtificatio. Sed bona opera ſunt, quæ confeſsio excitat, & prouocat: ut bonis operibus firmam reddamus uocationem noſtrã. hoc eſt, bonis operibus proximum ſubinde inuitare debemus, ad perſeuerantiã in fide Chriſti. Vt enim Deus puritate cordis recipitur, ſic populi retinetur conſtantia bonis operibus. & ut Deus loquitur nobis accendendo cor noſtrum: ita proximus loquitur proximo, inuitando ipſum bonis operibus. Itaque patet, bona opera facienda eſſe ex fide, propter proximum. Fides autem requiritur propter creatorem, qui uult ut agnoſcamus ingentia ipſius beneficia erga nos, & quidem corde, quæ eſt potiſſima pars uitæ, quam Deo debemus reddere, unde eam & accepimus: item corde, quod eſt occultiſsimum in homine, & quod nemo uidet niſi ſolus Deus, Solo ergo

corde

corde Deus ipſe colitur. opere autem colimus Deum propter proximum, ratione Dei: quia æqualiter à Deo proficiſcitur proximus, ut patet.

Manifeſtum igitur eſt, quòd ſola fide iuſtificemur: & quòd ideo ſolus Chriſtus ſit caput eorum qui credunt in Chriſtum, ſecundũ propoſitũ uoluntatis diuinæ. Hac ratione cauſam & fontem huius diuini & admirandi conſilij adaperiens Apoſtolus, omnia refert ad abſolutam Dei beneficẽtiam, bonitatem & gratiam. Quaſi dicat: Sic illi placuit, qui natura bonus eſt, quo gratuitam ſuam in nos beneficẽtiam redderet orbi magis illuſtrẽ ac dilucidam.

εὐδοκέω ſignificat, propenſo animo ſum erga aliquem, ſiue bene ei uolo, & promptam uolũtatem habeo. Vnde εὐδοκίαν, qua dictione hic uſus eſt Paulus, alij uerterunt complacentiam, alij bonam uoluntatem, alij beneplacitum. Budæus omnium appoſitiſsimè, ſpontaneã & conſentientem propenſamq́ affectionem. Hanc Hieron. primò à Septuaginta uſurpatã dicit, & ab ipſis effictam, quo poſſent explicare uocabulum Hebraicum רצון, quo ſignificatur uoluntas Dei ultrò miſerentis. εὐδοκίαν uerò propriè ſignificare dicit Hieron. ubi quid non ſolum placuit, ſed & rectè placuit. Nam placent interdũ quædam, quæ tamen non rectè placent.

Reijciendi aũt ſunt, qui inuadunt hoc in loco occaſionem putantes ante conditionẽ mundi animas cum angelis & cæteris uirtutũ nominibus, in cœleſti Hieruſalem fuiſſe uerſatas: quod nec beneplacitũ Dei, nec in laudem gloriæ eius & gratiæ poſsit intelligi.

Prædeſtinauit igitur nos ſecundum propoſitũ uoluntatis ſuæ: id eſt, ſequendo hoc propoſitum, quod propoſuit in prophetis, quibus ſuam uoluntatem de nobis reuelauit & intimauit. Sicut per prophetas propoſuit, ita ab æterno prædeſtinauit: hoc eſt, non minus, neque alio modo nos ire in filios prædeſtinauit ab æterno, quàm pòſt in prophetis propoſuit.

Quantum ad ſe, prædeſtinatio non præceſsit propoſitum: ſed quantum ad nos, quia illi præſentia ſunt omnia, quæ nobis per tempora uel ſpacia tranſeunt. Hoc

propoſitum fuit uoluntatis ſuæ: id eſt, non meritorũ noſtrorum, ſed ſuæ gratuitæ uoluntatis. Gratis enim ab æterno prædeſtinauit, gratis in tẽpore per prophetas propoſuit ac prænunciauit.

Aduertenda eſt immenſa bonitas & gratia Dei, quòd per Chriſtum nos benedicit omni benedictione. Deinde, quòd eligit nos ut ſimus eius peculium, ſimus filij ſui, hæreditas & poſſeſsio. Iſtam excellentem, glorioſam & inenarrabilem gratiam ſuam, uult prædicari, uehi, ornari, & quàm latiſsimè ſpargi Deus. Nulla enim ſacrificia Deo ſunt gratiora, quàm ſacrificia prædicationis uerbi, confeſsionis, inuocationis, gratiarumactionis & laudis. Ita Eſa. 49. Pſal. 21 & 145. Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronũciabunt: Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquẽtur, & mirabilia tua narrabunt: Et uirtutem terribilium tuorum dicẽt, & magnitudinem tuam narrabunt: Memoriam abũdantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſticia tua exultabunt. Item 149. Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Eccleſia ſanctorum.

Ideo etiam Paulus, cùm hanc Epiſtolã, tum ferè alias omnes, à prædicatione beneficiorum Dei, & gratiarum actione orditur. Ita & nos magnifaciamus hanc gratiã Dei, per Chriſtum nobis donatã. Eccleſiam enim & ſingula eius membra decet, hęc ſua bona agnoſcere & intelligere, quæ mundus faſtidit ac contemnit.

Tametſi gratis conferatur nobis ſalus per Chriſtum, Deus tamen ſalutis hæreditatisq́ æternæ, hæredes non uult eſſe ocioſos, ſed gratitudinẽ & laudes requirit: non quòd gloriæ ſit cupidus, qui nullo indiget, ſed ut ſe maiori charitate ſectentur.

Itaq; officia prædeſtinatorum & electorum filiorum Dei ſunt, non iactare Dei prouidẽtiam, non genio indulgere, & impiè ac ſecurè ſineq́ timore Dei uiuere: ſed pietati operã dare, ſanctè & inculpatè uiuere, gratias & laudes Deo perpetuò offerre. In ea enim uoluntate gratificauit nos in dilecto filio ſuo.

In dilecto autem filio, eſt abſoluta locutio Pauli, in qua

diuus Hieronymus docet, ut ſubaudiatur ab omnibus. Si enim (inquit) Chriſtus ſapientia eſt, iuſticia, pax, gaudium, continentia, &c. hæc uirtutum uocabula etiam hi qui ſequi nequeunt, diligunt: & nullus tam confeſsi ſceleris eſt, ut non ſapiētiam & iuſticiam amare ſe dicat. Iſte eſt dilectus, quem æſtimat Hier. & Eſa. 5. ſignificari: Cantabo dilecto canticum dilectæ uineæ meę, & uinea facta eſt dilecto. Pſal. 28. Conteret Dominus cedros libani, & comminuet eas ut uitulum Libani, & dilectus ſicut filius unicornium.

Non ſolum quòd filium dedit, admirādum eſt, ſecundum Chryſoſt. ſed & quòd ita dedit, ut occideret ipſum dilectum. Multa hic excellētia: Dilectum pro exoſis dedit. uide quāto honore nos adfecerit. Si cum ipſum odio proſequebamur, inimiciq; eramus, dilectum dedit: quid deinceps non faciet, poſteaquam illi per gratiam reconciliati ſumus? Plenos gratię (ſecūdum Theoph.) fecit, & omni nos deformitate oppletos, iucūdos reddidit, & hilares, formaq; præſtantes: ut Pſal. 44. Rex tuum decorem deſiderabat, idq; per dilectum filium ſuum.

Diuus Paulus hoc loco clarius exponit, quomodo adoptarit nos in filios per Chriſtum. Eramus enim à natura filij iræ, hoſtes Dei, ſerui nequam & reprobi. ipſe uerò noſtri miſertus, nos ſibi reconciliauit: hoc eſt, dilexit ut filios. non enim potuit odiſſe illos, quos ſuo ſanguine redemerat, & ſibi quodammodo in peculium conſecrauerat unigenitus.

Notandū eſt uerbū ἐχαρίτωσεν, quod ſignificat gratificauit, ſiue charos, gratos ac dilectos reddidit, adeoq; & placatus eſt. Deinde obſeruandū eſt, quòd propter dilectū nos dilexit: nō propter nos aut noſtra merita, ſed ꝓpter Chriſtū, ut uox cœlitus ſuper Chriſtū delata teſtatur: Hic eſt filius meus dilectus, in quo placata eſt anima mea.

Pendet ex loco iſto de prædeſtinatione, ille quoq; 6. ad Hebr. Impoſsibile eſt enim, eos qui ſemel illuminati ſunt, guſtaueruntq; etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei uerbum, uirtuteſq; ſeculi uenturi, & prolapſi ſunt,

ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.

At Chryſoſtomus ſic exponit: Excluſa eſt pœnitẽtia? non pœnitentia excluſa eſt, abſit: ſed renouatio per lauacrum regenerationis, de qua: Renouabitur (inquit Pſal. 102) ſicut aquilæ iuuentus tua. Atq; hoc ipſum renouari, eſt nouum facere: quod contingit in baptiſmo. ibi ſemel deponitur uetus homo cum actibus ſuis, & exit è lauacro noua creatura. 3. ad Titum: Saluos, inquit, nos fecit per lauacrũ regenerationis. In eadẽ ſententia ſunt Theophylactus, Anſelmus, Beda, Primaſius, & cæteri patres.

Quapropter non aufertur clementia Dei. Hier. 8. Nunquid enim qui cadit, non reſurget? aut qui auertitur, non reuertetur? Gal. 4. Eſa. 45. Pſal. 15 poteſt enim eum quantumuis demerſum & periclitantem, ſi uoluerit, liberare. Sed quoniam in baptiſmo configuramur Chriſto paſſo atq; ſepulto, ut Roman. 6. Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum: uidentur, qui aſſerunt baptiſmum iterari poſſe, & paſsionem ipſius iterabilem fore proteſtari.

Alij inquiunt, quòd ij qui reciderunt ab omnibus iſtis donis, difficilè reuertantur, iuxta Hier. 13. Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, & uos poteritis benefacere.

Exponũt alij pro ſtatu ſeculi, quòd reuocari non poſſint ad pœnitentiam poſt hanc uitam. Ioan. 9. Venit nox, quãdo nemo poteſt operari. Quo fit, ut Dauid 2. Reg. 11. Aaron Exodi 32. Petrus Matth. 26 non ita ceciderint: ſed ut Anſel. ait, Salomon 3. Reg. 11. Balaam Num. 22. 23. 24, qui excogitato diu conſilio, nequicijs ſe ſponte ſubiecerunt, & in eis diutius permanſerunt. Quales, inquit Anſel. in Monaſterijs hodie ſunt nonnulli, qui habentes ſpeciem pietatis, uirtutẽ eius abnegant: ſolo exteriori habitu gloriãtur, & ſanctos ſe putant, quia ſanctitatis indumentum portant, nec uident Chriſtum unica oblatione omnia peccata abſtuliſſe.

Aduertenda ſunt duo genera pœnitentiæ, ſecundum Primaſium, unum quidem ante baptiſmum, quod depre-

catio baptiſmi poteſt appellari: alterum, per quod poſt baptiſmũ delentur peccata. hanc, inquit, Apoſtolus non excludit, ſed illã iterari negat. Nam Chriſtus ſemel mortuus eſt: & ſemel reſurgens iam non moritur. Quapropter Nouatij impietas & hęreſis damnatur, quam ex Iob 33. 1 Reg. 2. 1 Ioan. 5 confirmat.

Poſtremò eſt argumentum ab impoſsibili, probans ſalutis certitudinem. nam qui uerè credũt, ſanctè perſtant in ueritate, & ſubinde pergunt in ſynceritate. ſi non pergant, uel prorſus excidant: proculdubio credentes non erunt, ſed hypocritæ, ut Ioan. inquit: Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcum. Vel ad hunc modũ: Si poſsibile eſſet, ut quis à cognito deficeret Deo, nulla illi reſtaret ſalus: uerùm id impoſsibile eſt: ergo ſalus uerè credentibus certiſsima eſt.

¶ Ecce Sereniſsime ac Chriſtianiſsime Rex, uocor ad parentem tuum, inuictiſsimum Imperatorem FERDINANDVM, tum regem Romanorum, dominũ meum clemẽtiſsimum: ac grauius & crudelius exceptus, interrogor, cur deſciuerim à Romana & catholica Eccleſia. Dein ſubſequentes mihi articulos, ad ſe delatos, tradit, utq; quamprimũ ad eos reſpondeã iubet: qui ſic habent.

D. Paulus Scalichius, in lectione Theologica almæ uniuerſitatis Viennẽ. 29 Iulij, epiſtolam Epheſiorũ exponens, & ſuper Apoſtolos ſcõmatizans, mirè graſſatus eſt in ſummos Pontifices, & in ſpecie ad modernum deſcendens, dixit, quòd perpetuò diuexet illum Satanas, & quòd fuerit ſemper hypocrita. & particulatim acta ſua expoſuit: & addidit, quòd cardinales & prælati omnes mali & hypocritæ ſint.

Secunda lectione aſſeruit, Papam & monachos omnes piſcatores eſſe diaboli: hos præcipuè, qui contra hęreticos inquirunt, & eos perſequuntur. Dixit item, neminem iam habere Spiritum ſanctum, ſiue Papa, ſiue Imperator, ſiue Rex ſit, uel alterius conditionis.

Tertia lectione dixit, Cõcilia uniuerſalia eſſe traditiones & inuentiones hominum: & quòd nullus iam eſt uerus doctor.

rus doctor in Eccleſia, quodq́ omnibus bonis deſtituta ſit. faſſus eſt etiã, quòd uerum Euangeliũ eſt extra Eccleſiam: & quòd poſſet hoc tutari cõtra Auguſtinũ, ſi uellet.

Quarta lectione mira arrogantia protulit, Eccleſiã ueram non eſſe apud nos, cum ipſa ſponſa ſit abſque ruga & immaculata, nos uerò impij & manifeſti peccatores: quòd ſeceſſerit in deſertũ, ut mulier Apoc. 12. terq́ apertè uocauit eccleſiam Romanam Babylonicum ſcortum, & iugiter in Pontificatum ac eccleſiaſticos debacchatur.

¶ Ad primum reſpondi: Romanũ Pontificem eſſe talem, ut nullum excogitari poſsit malum quod in eo non regnet: ſed quòd omnes Cardinales & prælatos ſub eadem ſpecie mali collocauerim, iniuriam mihi fieri, cum Deus certum ſibi adhuc ex omni genere numerum reſeruarit, qui non curuauerint genua ante Baal.

Ad ſecundum dixi: Apoſtolos noſtros, Pontifices nimirum, Cardinales, Epiſcopos, & reliquos Eccleſiaſtici ordinis ſtatus, Monachos & Anachoretas (at non omnes, cum & inter monachos pij uiri inueniantur) eſſe piſcatores non hominum, ſed cumulandarum opum, exiſtimationis, autoritatis, & retinendæ dignitatis: non inquã cœleſtium & ſpiritualium, ſed carnalium & terreſtrium. Dixi item, plurimos piſcari, qua ratione pios uiros falſò deferant: quales non modò hoc tempore plurimi ſunt, uerùm etiam Prophetarum & Apoſtolorum ſeculo fuerunt. Dixi item, neminem habere ſpiritum ſanctum, niſi credentes in Chriſtũ, ſiue Papa, ſiue Imperator, Rex aut Dux ſit, &c. niſi crediderit in Chriſtum, non ſignatur ſpiritu ſancto, nec recipit æternã promiſsionis hæreditatẽ.

Ad tertium dixi: In conciliorũ celebratione etiã irrepſiſſe humanas ſubinde traditiones: at non eſſe fugiẽdas, niſi Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis contradixerint.

Ad quartum dixi: Eccleſiam, quam Paulus deſcribit 5 ad Epheſ. quæ eſt ab omni labe libera, iam abuolaſſe in deſertum, ut Apoc. 12. Non negaui tamen Eccleſiã, quæ definitur Exod. 12. Leuit. 8. Num. 20. Matth. 13 & in parabola de decem uirginibus.

Simul cum hac reſpõſione, Maieſtati ſuæ & lectiones

iſtas obtuli,unde eo facilius iudicare poſſet, aduerſarum partium & meam confeſsionem. Hæcubi Maieſtas ſua perlegiſſet,certè placidè (ut mihi ſemper clemens & placida fuit) inquit: Ego te non pro lectore inter Aulicos meos connumeraui: maiora te ſpectant, ſi tu te rectius compoſueris.ſed (inquit) ſpero,quòd in poſterum hanc ſparſam de te famam oſtendes eſſe nullam: neq; uolo ut diu legas, ſed aliquandiu tuas lectiones patiar, donec te declaraueris innocẽtem eſſe.ſtatim enim (nam loco D. Villini legebã, multis precibus rogatus, cum neminem ſciret catholicum:meq; aulicum ſatis diu interpellãs, ſua tãdem & doctrina & pietate uiciſſet, ut loco ſuo aliquot lectiones publicè facerem) Villinus ueniet, & tum confeſtim ceſſabis, nec te ſine mea licentia amplius talibus rebus immiſceas.

Ego igitur lætus,quòd tali beneuolentia Imperatoris eſſem exceptus,hoſpitiũ meũ repeto:& uolenti hoſce articulos publicè tractare,fuit mihi inhibitũ. Verùm ſingulis lectionibus prouocabã, imò obteſtabar amore Chriſti,ſi qui eſſent qui aliquid reprehẽſione dignum in meis lectionibus aduerterent, ut mihi publicè non dedignarentur errores opponere. At ea mihi fœlicitas non erat, ut uel minimus meæ petitioni morem gereret. Non ceſſabant tamen ſubinde Caniſiani & Dominicani illi centauri, Cuſmanni & Ionæ, baſiliſci illi, quos etiam ſerpẽtes fugiunt olfactu necantes, non ceſſabant inquam ſingulis quaſi momentis, iſtorum aures pulſare, ut mihi prohiberetur lectio. & uelociſsimo curſu, quaſi ſemiuiuus, ex thermis reuocatur bonus Villinus: quo uiſo, mihi ceſſandum illicò fuit, idq; magna cum triſticia omniũ auditorũ.

Sic uides Chriſtianiſsime Rex Diue MAXIMILIANE, quid agant apud parentem tuum Imperatorem Auguſtiſs. iſtæ inueteratæ Simiæ: quæ ſi abeſſent, uix unquã placidiorem principem orbis haberet, ac eſſet pijſsimus Imperator FERDINANDVS, parens tuus. Non eſt hic, qui haſce tragœdias in religione mouet: non eſt inquam hic, crede mihi. ſunt alij, quos ſuo tempore excipere commodius licebit.

Declarabo

Declarabo enim Ratiſponenſes nuptias, aut rectius internuptias, ac tyrannidē quam exercēt in omnes pios uiros aliquando detegam: ac, ueniam ad nequitias iſtorum, qui omne malum pro ſua utilitate cōmittunt, nunc ad hoc nunc ad illud incitando, quo pecuniā emungant, ac non parum immobilium rerum emendicent: cumq; quod immobile eſt, mouere non poſsint, ſaltem mouent in pecuniā. Vtinam talibus pius Imperator careret: lōgè aliter ſua regna, atq; anima etiā ipſius floreret. Spero tamen, Deum cor ipſius accenſurū ſuo ſancto ſpiritu: quod illi tanquā Domino meo clementiſsimo ex animo opto.

Sed longius expatior. Oro autem, digneris adhuc paululum audire pro tua innata clementia, Rex Chriſtianiſſime: iamiam enim finem faciam.

Poſtquā itaq; mihi prohibita eſſet lectio Epheſia, nec quiſquā mecum conferre uellet ex aduerſarijs, multò minus uerò obijcere errores ſi quos audiuiſſent: ego occaſionem præſtolando, ſtatim nactus ſum, qua illos prouocarem ad diſputandū, ubi uenenum illud quod cōtra me cōceperant emouerent. Nam accidit, quòd, dum tua Celſitudo Gratij moraretur, Imperator quoq;, cum Illuſtriſſimo principe CAROLO fratre tuo, uenatū in Nouam ciuitatem octo miliaribus Vienna diſtantē, ſe cōtulit. Interea ego Quæſtionem ſubſcriptā, diſputandam propoſui: idq; cōſentiente facultate Theologorū almæ uniuerſitatis Viennen̄. Id ubi Monachi & Ieſuitæ uidiſſent, per homuncionē quendam nomine inueteratam Simiolam Hiſpanicā, Iacobum de Narragonia, impedire conabantur. & licet nil expedire poſſent, ut diſputationē tamen, quæ illis uiſa eſt hæretica, impedirent, ad Regē miſerunt. & antequam rediret nuncius, diſputatio fœliciter finita eſt, nam & Monachi & Ieſuitæ mihi cōſenſerunt: Hiſpanulus uerò præ furore neſciens quid garriret, ſtrepitu & ſibilis exploſus eſt à toto collegio, præſentibus aliquot auditorum millibus. imò tandem ad eum portum applicauimus, ut iuſtificationem in ſola fide conſiſtere probauerimus, quemadmodū & concluſio mea habet. Quæſtio autem cum poſitionibus ſic ſonant:

QVAESTIO

QVAESTIO.

VTtrum bona opera conſcientias reddant pacatas: in noſq; effundant benedictiones ſpirituales, cœleſtes & diuinas, quibus ad reconciliationem & uitam æternam nobis opus ſit.

Poſitio I.

Benedictione ſpirituali (ut ad Galat. 3 habetur) qui ex fide ſunt, benedicuntur cum fideli Abraham: cuius benedictio eſt in Chriſto IESV, in quo (ut ad Coloſ. 2.) ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

II.

Extra Chriſtum nihil eſt niſi peccatum, damnatio & maledictio: & ſolus Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptum eſt 21 Deut. Maledictus omnis qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto IESV, ut pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.

III.

In ſolo ſemine Abrahæ conſiſtit benedictio, & (ſicut Petrus Act. 4 ait) nõ eſt in alio quo quã ſalus. Neq; enim aliud nomen datum eſt hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri: atq; propter hoc ipſum ſemen, remiſsio peccatorum & reconciliatio certa donatur gratis, quæ fide accipienda eſt.

IIII.

Benedictio ſpiritualis eſt incerta, ſi pendeat ex conditione noſtrorum meritorum. quamuis in reconciliatis poſtea bona opera (quæ proximè immediati fructus ſunt ueræ fidei) cum placeant fide propter mediatorem, merentur præmia ſpiritualia & corporalia, in hac uita & poſt hanc uitam. Pietas enim 1. Tim. 4 habet promiſsiones præſentis & futuræ uitæ.

V.

Vires & potentia in hoc regno Chriſti eſt fides, credens & nitens uerbo, promiſsione Dei, & ſacramentis, ſignis ac pignoribus gratiæ & fauoris diuini, quibus propter Chriſtum animamur & armamur, ut omnes uitæ ærumnas & mala toleremus & uincamus. In

his enim

his enim omnibus, Roman. 8. ſuperamus per eum qui dilexit nos.

VI.

Deus multiplicia opera propoſuit, & addidit promiſſiones auxilij & præmiorum, ut ſit occaſio inuocationis, excitetur & creſcat fides, intuitio præmiorum, ſolicitudo de uniuerſa Eccleſia, de Repub. & noſtra ſalute: ſicut patet in exemplo uiduæ Sareptanæ & Eliæ.

VII.

Perita cõſcientia facilè iudicare poteſt, non poſſe fidẽ niti duabus rebus, mediatore nempe, & noſtris meritis: ſed propter mediatorẽ, certò expectandã uitam æternã.

VIII.

Non eſt conſentaneum, homines reputari iuſtos coram Deo propter iuſticiam rationis: quamuis eam Deus requirit, & propter mãdatum Dei neceſſariò ſint facienda honeſta opera, ut hac ciuili diſciplina coerceantur carnales. & ad hanc conſeruandam, dedit leges, literas, doctrinam, magiſtratus, & pœnas.

IX.

Ratio proprijs uiribus non poteſt Deum ſupra omnia diligere, nec legem Dei facere: uidelicet uerè timere Deum, uerè ſtatuere quòd Deus exaudiat, uelle obedire Deo in morte, & alijs ordinationibus Dei.

Concluſio.

Concludimus ergo, quòd bona opera primariò, & per ſe neceſſariò quidem requirantur, ad teſtificandã ueram fidem: ſed non ſatisfaciant legi Dei, nec reddant pacatam conſcientiam: ſed quòd propter Chriſtũ, per miſericordiam reputemur iuſti, & conſequamur uitã æternã.

Fons Diſputationis.

Cum in controuerſia de iuſtificatione præcipuus locus doctrinæ Chriſtianæ agitetur, qui rectè intellectus illuſtrat & amplificat honorem Chriſti, & affert neceſſariam & uberrimam conſolationem pijs cõſcientijs: utiq; de rebus tantis diligenter & magna attentione auſcultandum erit. Quapropter candidiſsimos auditores rogo, ut patienter nos audiãt. Nam qui neq; quid remiſsio

peccatorum, necꝫ quid fides, necꝫ quid gratia, necꝫ quid iuſticia ſit intelligunt: miſerè contaminant hunc locum, & obſcurant gloriã & beneficia Chriſti, & eripiunt pijs cõſcientijs propoſitas in Chriſto conſolationes. Vt autem præſens negocium rectius intelligatur, fontem huius ueræ doctrinæ conſiderabimus.

Vniuerſa doctrina in hos duos locos precipuos diſtribui debet, in legem & promiſsiones. Aut enim promittit Chriſtum uenturũ eſſe, & pollicetur propter eum remiſsionem peccatorum, iuſtificationem & uitam æternam: aut in Euangelio Chriſtus, poſtquã apparuit, promittit remiſsionem peccatorũ, iuſtificationem, & uitam æternã. Vocamus autem legem in hac diſputatione, Decalogi præcepta, ubicunꝗ illa in Scripturis leguntur: de ceremonijs & iudicialibus legibus Moyſi, in præſentia nil loquimur. Atꝗ Decalogus requirit non ſolum externa ciuilia, quæ ratio utcunꝗ efficere poteſt: ſed etiam requirit alia longè ſupra rationem poſita, ſcilicet uerum timorem, dilectionem, inuocationem & obedientiam erga Deum. Gratiam enim, Auguſt. copioſiſsimè diſputat contra Pelagianos, non dari propter merita noſtra. Et de Natura & gratia inquit: Si poſsibilitas naturalis per liberum arbitrium, & ad cognoſcendũ quomodo uiuere debeat, & ad bene uiuendum ſufficit ſibi, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, ergo euacuatum eſt ſcãdalum crucis. Hic exclamat Ioan. 8. Si uos filius liberauerit, uerè liberi eſtis. & Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu non poteſt introire in regnũ Dei. Rom. 3. & 8. Omnes carent gloria Dei, & ſenſus carnis inimicitia eſt aduerſus Deũ. & iuxta illud: Quicquid non eſt ex fide, peccatũ eſt. Quare rectè D. Paulus ait: Lex irã operatur. nõ dicit, per legem mereri homines remiſsionẽ peccatorũ. Lex enim ſemper accuſat cõſcientias, & perterrefacit. Nõ igitur iuſtificat: quia iuſticia perterrefacta lege, fugit iudiciũ Dei.

Cum igitur omnes ſimus ſub peccato, æternæ iræ ac mortis rei, non poſſumus per legem à peccato liberari, ac iuſtificari: ſed data eſt promiſsio remiſsionis peccatorũ, & iuſtificationis propter Chriſtum, qui datus eſt pro nobis, ut

bis, ut

bis, ut ſatisfaceret pro peccatis mundi, & poſitus eſt mediator ac propitiator. Et hæc promiſsio non habet conditionem meritorum noſtrorum, ſed gratis offert remiſſionem peccatorum & iuſtificationem, ſicut Paulus ait: Si ex operibus, iam non ex gratia. & alibi: Iuſticia Dei iam manifeſtatur ſine lege. Sic ergo Rom. 4. argumentatur Paulus: Si ex lege eſſet hæreditas, inanis eſſet fides, & abolita promiſsio. Si enim promiſsio requireret conditionem meritorũ noſtrorum, ac legem, cum legem nunquam faciamus: ſequeretur, promiſsionem inutilem eſſe. Quapropter ſciendum eſt, quod hæc fides non afferat ad Deum fiduciam propriorum meritorum, ſed tantum fiduciã promiſsionis, ſeu promiſſæ miſericordiæ in Chriſto. Quo fit, ut hi ſummopere errent, qui tantũ tradunt iuſticiam legis: non tradũt iuſticiam Euangelij, quæ prędicat iuſticiam fidei in Chriſtum.

Aduertendum igitur eſt, quòd fides non ideo iuſtificat aut ſaluat, quia ipſa ſit opus per ſeſe dignum: ſed tantum quia accipit miſericordiam promiſſam, in qua fides requiritur, non illa quæ eſt tantum hiſtoriæ noticia, ſed illa quæ aſſentitur promiſsioni, ut apertè teſtatur Paulus 4. Roman. qui ait, Iuſticiam ideo ex fide eſſe, ut ſit firma promiſsio. Ac facilè poteſt cerni diſcrimen inter hanc fidem, & inter iuſticiã legis. Fides eſt λατρεία, quę accipit à Deo oblata beneficia: iuſticia legis eſt λατρεία, quæ offert Deo noſtra merita. Fide ſic uult coli Deus, ut ab ipſo accipiamus ea quæ promittit & offert. Quoties igitur de fide iuſtificante loquimur, ſciendum eſt quòd hæc tria obiecta cõcurrant: promiſsio, quæ accipitur fide: gratuitum, quod excludit noſtra merita, & ſignificat tantũ per miſericordiam offerri beneficiũ: & Chriſti merita, id eſt preciũ, quod eſt certa propitiatio pro peccatis noſtris.

Adferunt in contrarium Papiſtæ illud Iacobi 2. Videtis igitur quòd ex operibus iuſtificatur homo, non ex fide tantum: ergo homo operibus iuſtificatur, non fide tantum. Huius argumenti mala eſt conſequentia. nam cõfunditur iuſticia operatiua & imputatiua. item hic potius ſequitur, ergo fide iuſtificamur. Nam paulo antè Iacobus

cobus inquit: Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Hinc patet, quomodo ex operibus homo iuſtificatur: nempe fide, quam ex operibus monſtrat. neq; enim nos de illa mortua fide loquimur, ut in lectionibus patet.

Rom. 2. Factores legis iuſtificabuntur. Non ſequitur hinc operum iuſtificatio: cõfundunt enim aduerſarij cognitionem & obſeruationẽ legis. Præterea ſcitur, legem totam neminẽ facere poſſe. ideoq; Chriſtus ſuſtulit peccata mundi, & legem adimpleuit.

Sunt & alia, quæ aduerſarij malè torquẽt in propriam perditionem. Prouerbiorum 16. Petri 4. Odium ſuſcitat rixas, & uniuerſa delicta tegit dilectio. hic obſeruatur antitheſis Daniel 4. Tob. 4. Lucæ 11. Sed hæc ſunt ſatis diſcuſſa. & ut omnibus iſtis ſatisfiat, Aug. ad Valent. de gratia & libero arbitrio, pulchrè ſoluit inquiẽs: Cui redderet iuſtus iudex coronam, ſi non donaſſet gratiam miſericors pater? patet, nullum bonum opus fieri niſi gratia præueniente: quæ ante iacta mundi fundamenta elegit nos, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius.

¶ Habes Chriſtianiſs. Rex, â Scalichio deditiſs. alumno tuo, breui cõpendio recitatam cauſam ſui exilij. Epheſiam quoq;, cum quæſtione de iuſtificãte ſola fide, diſputationem. Nam inuictiſs. Imperator, parens tuus, Dominus meus clementiſs. confeſtim me ad aliquã uniuerſitatem Papiſticã ablegauerat, quamprimùm diſputationẽ habitam inſpexit. Hanc ipſam igitur accipe, ut & ſtudiorum meorũ extet apud te aliquid, quo ſit beneuolentior memoria mei tua, quoties paternũ erga me animũ tuum frangere ac auertere inimici moliuntur. Non enim intermittũt (ſcio) quotidie ſuſurris attentare pias aures inuictiſs. Imperatoris, parentis tui, Domini mei clementiſs. Neq; dubito, quin apud te quoq; tale quid auſpicentur. Cõfido aũt, benignitatẽ eam qua & me & reliquos Chriſti miniſtros iampridẽ fouere cœpiſti, non diurnã, ſed potius diuturnã fore. quam CHRISTO Domino noſtro committo, teq; fœliciſs. ualere cupio.

FINIS.

AD

AD SERENISSIMVM AC *CHRISTIANISSIMVM REGEM BOEMORVM, DIVVM MAXIMILIANVM, Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, &c. PAVLI SCALICHII de Lika, &c.*

DE CHOREA MONACHORVM, SEV *cœtu Antichriſti, Tractatus.*

CVM rectius ſingula modernæ tempeſtatis fulmina & tonitrua expēdo, Chriſtianiſsime Rex, ecce cum Hieronymo poſt Romuli caſam, & ludorum Lupercalia, diuerſorium Mariæ, & Saluatoris ſpeluncam aſpicio. Eccleſia enim eſt inclyta, & poſita in ſuperbiam ſeculorum: relicto Chriſto pedibus plaudit, feſtasq; ducit choreas, & carmina dicit: ac ſedet meretrix magna ſuper aquas multas, cum qua fornicantur Reges terræ, & inebriantur inhabitātes terram, de uino proſtitutionis eius.

Hanc colit & adorat totus ſenatus Phariſæorū: iſtam defendunt omnes Theoſophiſtarum inſultus, idolorumq; ſectatores: illi ſcilicet ſupercilioſi magiſtri, & magnorum ſigillorum proſcriptiones, ſeu excōmunicationes dirę execrationis: propugnant iſtā Sorbonici Atlantes, nempe flexiloqui Sophiſtæ, monſtroſi illi Momi & hirci: ornant iſtam pompoſæ choreæ, cameliq; ſaltantes tragœdiæ, & turpes hiſtrionicæ ſcenæ, ſimiæ uel ipſo Therſite deformiores: tegunt iſtam magnę & inanes coronæ, atq; cucullæ amplæ, pictæq;, uſq; ad Sauromatas: diſcernūt iſtam auari ſacerdotes, laruati cuculliones, contumelioſiq; hypocritæ, & plenipotentes Pontifices: delectant iſtam ſalaces meretriculæ, rapaces lenæ & temulentæ: prędicant iſtam ulceroſi Mendicantes, gyrouagorum quæſtuariorum indulgentiæ, cerebricoſi aſelli, atri

Goetici, ſacrilegi Theurgi, fœdi mordacesq; Cynici, glutones Epicurei, uoluptarij principes, & ambitioſi optimates: inuitant iſtam terribiles tyranni, factioſi oligarchæ, plebs impetuoſa & mala beſtia: denique baſiliſcus, quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem, adminiſtrat huic Eccleſiæ temerarios illos ſacrarum literarum hoſtes, ſemper à cognitione ueritatis aberrantes, ut ei tutius liceat fornicari, & ſuis ſophiſticis nugis Eccleſiam Chriſti euertere, ueritatis libertatem adimere, & ſeipſos uerbo Dei æquare.

Iſti ſunt, quos D. Bernardus ſuper Cantica ſermone 33. propriè deſcribit: qui dicūt ſe eſſe ſodales Chriſti, & non ſunt, habentes greges ſuos & fines ſuos pabulo mortis refertos, in quibus paſcūt, nec cum Chriſto, nec propter Chriſtum. Ipſi ſunt qui dicunt, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic eſt: promittentes ſapientiæ & ſciētiæ paſcua uberiora, & creditur eis, & confluunt ad eos multi, & faciūt eos filios gehennæ duplo quàm ſe. quare hoc? niſi quod non eſt ibi perſpicua lux, ut liquidò ueritas innoteſcat, &c.

Itaq; narrare, quid hæc meretrix cum ſuis aſſeclis hac ſpecie lucis efficiat, quot pias conſcientias in ſuam carnificinam pertrahat, & ad leges innumeras ac turpiſsimas, iugumq; prorſus humeris Chriſtianis impar cogat: & huius ſpeluncæ tendicula patefacere, ſuisq; coloribus depingere, quàm utile & neceſſariū, ac è re piè credentium ſit, uel ipſe effectus teſtabitur. Puros nempe laqueos, quos, perinde ac auibus ſiue feris, impia gens Monachorum pijs & fidelibus Chriſti tendit: & uincula, in quibus innoxij uincti ſeruantur, qui rectè nuncupantur nodus Antichriſti, quo nouæ nuptę in Eccleſia perditionis cingulum uincitur, quem Antichriſtus maritus in purpureo & plumato Nigritarum lecto ſoluit, quaſi indiſſolubile futurum ſit earum nuptiarum uinculum.

Corriuales ergo & nouas iſtas nuptas Antichriſti, earumq; nuptiarum uinculum oſtendemus in iſta chorea Monachorum, ad modū Herculei nodi, quod non facilè ſolui poſsit, fabricatum. Vt enim Hercules nodi quoddam genus oſtendiſſe fertur, in quo neq; finis neq; principium

cipium appareret, propter quod poſteris & admiratio-ni fuit, & religioni: ſic & Antichriſtus in ſua eccleſia inſtituit choream Monachorum ſummę admirationis, poſteritati utplurimùm, & potiſsimũ indoctis cùm Principibus, tùm uel maximè plebi, quæ ab eo tempore quo ceſſauit perſecutio in Eccleſia Chriſti in hanc uſq; diem uiguit, & magna tyrannide regnauit: & immemor Chriſti, feſtas adhuc ducit choreas, beſtiæ in fronte gerens characterem, beſtiam & imaginem eius adorans.

At ſummus ille Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus, qui penetrauit cœlos, IESVS filius Dei, eo quòd maneat in æternùm, ſempiternum habet ſacerdotiũ. Et quia non habet ſucceſſorẽ (teſte Chryſoſtomo, 7 ad Hebr.) in æternùm uiuit, ſaluare imperpetuum potens accedentes per ſemetipſum ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis, propugnat ſuam Eccleſiam: ideoq; iubet 16 Apocal. ſeptem angelos ire, & effundere ſeptem phialas iræ Dei, unde oriantur plagę in terra, quibus choream iſtam Babylonicę meretricis ſeu beſtiam afficiãt, & uerę cõfeſsionis fideles à ſeruitute & uinculis monachorum eripiant: ſphæricum illum nodũ, principio & fine carentem, ſecent per mediũ, atq; à principio uſq; ad finem deleant: & ſciant quia uiuit Chriſtus unica ſpes credentium, qui damnauit Babylonicam hanc meretricem unà cum ſuis prophetis, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro uitæ à conſtitutione mundi.

Vt igitur, Chriſtianiſs. Rex, ollam illam quæ in Hieremia poſt baculum cernitur, à facie aquilonis ardentem, & Phariſæorum tumultuarium ſenatum, Scribarumq; factiones, piæ mentes euitare queant, paucis choreã hanc monachorum, ſeu cœtum Antichriſti, ex probatis uiris & pijs patribus patefaciam: ut omnes uideant hanc impoſturam Romani Antichriſti, quę nihil aliud eſt quàm idolorum cultus, cõſiſtens in miniſtris Antichriſti. quos D. Bernardus depingit in hunc modum: Miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto: honorati incedũt de bonis Domini, cui Domino honorem non deferunt. Inde

is, quem

is, quem quotidie uides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frenis, in ſellis & calcaribus, & plus calcaria quàm altaria fulgent: inde ſplendidæ menſæ & cibis & ſcyphis: inde comeſſationes & ebrietates: inde cithara & lyra & tibia: inde redundantia torcularia & promptuaria plena, redundantia ex hoc in illud: inde dolia pigmentaria, inde referta marſupia. Proh huiuſmodi uolunt eſſe, & ſunt, eccleſiarum Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi.

Atque hoc eſt fundamentum huius choreæ: quo poſito & conceſſo, de neceſsitate ſequuntur obſtinatorum Theoſophiſtarũ inſultus, qui neglectis Theologicis traditionibus, & ſacræ Scripturę teſtimonijs, Iuri canonico & pontificijs decretis nituntur: illam, uelut literam mortuam & umbram ueritatis, ac hæreticorum ſcutũ & propugnaculum, reijciunt: nec pios patres, qui rectè de religione & ſenſerunt & ſcripſerunt, recipiunt: ſed unicum ſcortum Romanum, quod errare non poſsit (ut dicunt) cuius caput Papa, nempe purpurata illa meretrix eſt, eiusq; inſtitutionem & ſtylum, ſcopum totius fidei præfigunt: iuxta quem ſtatim quis aut hæreticus, aut ſcandaloſus, & qui pias aures offenderit, atq; poteſtati eccleſiaſticæ derogauerit, definitur, & ad palinodiam compellitur, aut faſciculis & igni committitur.

Tales nunc ſunt illi Monachi, hæreticæ prauitatis inquiſitores, ipſimet plerunq; & quaſi ſemper praui & hæretici, quod uel ex nouæ conſtitutionis Clementis occaſione haud obſcurè patet. Iſti inquam ſunt illi ſanguinis ſitibundi uultures, & inauratę miſerorum ſudoribus manus, pecuniarij inquiſitores, & annui lucri cenſores, atq; crudeles hypocritæ, ſanguinolenti iſti Monachi: Iſti inquam ſunt, ex quibus uelut ex Centaurorũ genere, Sorbona theoſophiſtarum, mixtione quadam diuinorũ eloquiorum & philoſophicarum rationũ, biformis Chimera conflata eſt, nouo ac diuerſo quodam à primis initijs ſinceræ Theologiæ ordine, ab ocioſis ocioſè excogitata.

Hæ ſunt illæ ſub Lothario Cæſare ſimiæ Iuridicæ, quę floreſcentibus iam ubiq; legum ſtudijs, frigeſcentibusq;

Theolo-

Theologicis, exemplo Iuriſconſultorum diſputationes ſcholaſticas de rebus ſacris inſtituerunt, ut non tam apud inferos primas cathedras, quàm in terris primos accubitus obtinerent. Nec id unquam appeterent, ſi Monachi officium expenderent: nec ſcripturas corrũperent, ſi uerè eſſent monachi. non enim in urbibus, ſed extra urbes manerent. Ad quos rectè D. Hieron. in epiſt. ſic ait: Si cupis eſſe quod diceris monachus, id eſt ſolus, quid facis in urbibus? quę utiq; non ſunt ſolorũ habitacula, ſed multorum. Summæ ſtulticiæ eſt renunciare ſeculo, dimittere patriam, urbes deſerere, & monachum profiteri: & inter maiores populos uiuere peregrè, quàm eras uicturus in patria. Et ad Ruſticũ: Tu ſi monachus eſſe uis, non uideri, habeto non curam rei familiaris, cui renunciando hoc eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ. Monachũ non loquendo & diſcurrendo, ſed tacendo & ſedendo quiſq; nouerit. Monachus non doctoris, ſed plangentis habet officium, qui uel ſe uel mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum.

Porrò antidotum uerſum in uenenum, in urbibus primi doctores primas cathedras occupantes eſſe uolũt, & pro arbitrio ſacrarũ literarum interpretes. Hinc pullularunt uerbi Dei cauponatores, logomachi, litigioſi ſophiſtæ: hinc tot ſectas, totq; hæreſes introduxerũt praui hypocritæ, ut ſcholaſticæ Theologiæ ſublimis gymnaſiorum facultas ab errore malitiaq; non ſit immunis. Omnem illam antiquæ Theologiæ gloriã, humanis opinionibus, nouiſq; erroribus, ac uarijs labyrinthis, fucatiſq; titulis extinxerunt. Tot præterea de Deo portenta, tam uarias diuini numinis formas, tot phantaſmatũ idola fabricant: Chriſtumq; ſaluatorem opinionum ſuarum prauitate diſcerpunt, & uarijs ſophiſmatum laruis ueſtiunt: & tanquam cereum idolum in quãuis torquet figuram, formant atq; reformant, habentes doctrinam merã idololatriam. Nec mirum, cum diuerſæ ſint porticus & Academiæ, & in unaquaq; familia peculiaris quædã opinio.

Et ut ab his, ad quos poſtremò ſophiſtices facultas peruenit, ordiar, facilè iudicabitis, quæ doctrinæ ſympa-

thia, quæ'ue antipathia ſit. Ioannes Scotus, uegetũ atq; diſcuſſum retinet phantaſmatum idolum: Thomas, ſolidum & æquabile: Egidius, terſum & exactum: Frãciſcus, acre & acutum: Albertus, priſcũ & amplum: Henricus, ſublime & horrẽdum. Huc accedit illa Arabum farina, & altera Sorbonæ theoſophiſtarũ eiusq; mixtionis portio Auerroes, ex quo incõcuſſum ſuæ hęreſis fundamentum iecerunt. Auenpaten & Alpharabius graue & meditatum reddunt: Auicenna plane Chimęricum: quo, cum apertis ſcripturis Antichriſtiana turba conuincitur, elabi conatur, nosq; ad atomos illas trahunt, ut hac inſigni nequitia imponant pijs Chriſtianis. Non minus Græcorũ ſarcinas huic cloacæ accõmodant, ut eo facilius conſarcinatam iſtam teſtitudinem tueri, tot Centaurorum autoritate queant. Simplicius hanc meretricẽ locupletibus & copioſis ornat ethniciſmis: Themiſtius elegãtibus & compendiarijs, Alexander conſtantibus & doctis, Theophraſtus grauibus & elaboratis, Ammonius enodis & gratioſis: Porphyrius Platonica theologia, rerum copia, & multijuga religione: Iamblichus ſecretiori philoſophia & barbarorum myſterijs, Plotinus docta ſermonis obliquitate, Proclus Aſiatica fertilitate: & qui ab eo fluxerunt, Hermias, Damaſtus, Olympiodorus, & complures alij, in quibus ſymbolum Platonicorum elucet. Sic ratiocinantes inquiunt: Quid erat, ſi Latinorum tantũ Alberti, Thomæ, Scoti, Egidij, Franciſci, Henriciq; doctrina, obmiſsis Græcorum Arabumq; philoſophis, tractabatur? quando omnis ſapientia à Barbaris ad Græcos, à Græcis ad nos manauit.

Hic uidere fas eſt, quæ'nam ſit meretricis huius baſis, & quod fundamentum: nempe philoſophi Arabes, Greci & Latini. nullius Apoſtoli aut Prophetæ, minus Chriſti mentio fit. Ex hiſce aiunt, autoritate Platonis, ueritatem animis noſtris, quaſi ſolem orientem ex alto clarius illuceſcere: cum tamen apud Chriſti fideles ſolus CHRISTVS hic ſit ſanctus & uerus, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Non eſt igitur mirum, ſi hæc chorea Monachorum, cuius antidotum

tidotum in uenenum uerſum eſt,ſuper harenam ædificata ſit. Cuius autor Antichriſtus, etſi regnat, non tamen æternùm perſeuerabit. Habemus enim Pontificem & ſacerdotem, qui penetrauit cœlos, IESVM filium Dei uiui, in æternùm perfectum, qui compati poteſt infirmitatibus noſtris, nec ſinit nos tentari ultra poſſe noſtrũ. In hunc igitur fiduciam habeamus.

Sed intelleximus ſatis columnas Antichriſti, humanas iſtas opiniones, & earum autores, meram eſſe idololatriæ doctrinam: audiamus partum ipſius. Hinc conſtruuntur diuorum hiſtoriæ, ſupponuntur reliquiæ, excogitantur miracula: confinguntur partim plauſibiles, partim terribiles fabulæ: numerantur preces, ponderantur merita, obtruduntur ceremoniæ, nundinantur indulgentiæ, diſtribuuntur ueniæ, uenduntur benefacta, ac mendicando populi deuorantur peccata. Quemadmodũ D. Bernardus in Declamatione ſua narrat, inquiens: Vę uæ tibi clerice, mors in olla, mors in ollis carnium, mors in huiuſmodi delicijs eſt. Non modò, quia ſecus introitum delectationis poſita eſſe cognoſcitur: ſed ob id maximè, quia populi conſtat eſſe peccata, quæ comedis. Sumptus eccleſiaſticos gratis te habere reputas? Cantando (ut aiunt) tibi prouenire uidẽtur: ſed bonum erat magis, fodere, aut etiam mẽdicare. Peccata enim populi comedis, acſi propria tibi minus ſufficere uiderentur. Sollicitus eſto, tanquam redditurus rationem pro eis, gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus. Alioquin tibi ea noueris imputanda, quę modò inter delicias comedis: & paruipendis & diſsimulas, tanquam nihil attinentia tibi.

Hinc ludunt apparitiones, adiurationes, reſponſa defunctorum, purgatoriorũ tragœdias, indulgentiarumq́; comœdias. Hinc transformantur uentoſa lingua ac ſtentorea uoce ad plebem detonantes inſtar Protei, militaris audaciæ, Thraſonicæ iactantię, arrogantiũ oculorum cõmutati uultus, protenſorum brachiorum & multiformium geſtuũ. Hinc deriuãtur ambitio, Cyclica doctrina pariter & eloquentia: pro uerbo Dei meræ nugæ & humana uerba crepant, prædicatio Euangelij noui, adulte-

ratio uerbi Dei: annunciatio non ad gratiam, ſed ad quæſtum & preciũ atq; uoluptas carnis, uenatio bonorum in exilium: os arcus mendacij, lingua ſagitta uulnerans.

Itaq; hæc eſt uia huius choreæ, qua itur ad Antichriſtum: ad quem ubi uentum fuerit, hauriunt iſti pſeudoapoſtoli ex eo ingenioſę auaricię ſuę pręcepta, ac rapiendi formulas, ſpecie pietatis adumbratas, iurgia, lites, faſtus, põpas, quæſtus ac lucri negocia, pontificumq; Romanorum placita: quorum exempla bona & non noua (ut Bern. primo libro de Conſideratione docet) ſi ſumamus, non defuerunt Romani pontifices, qui ſibi ocia inter maxima negocia inuenirent. Sed eſto, alius inoleuit mos: dies alij ſunt, & alij hominum mores: & tempora periculoſa non inſtant iam, ſed extant. Fraus & circumuentio & uiolentia inualuere ſuper terram: calũniatores multi, defenſor rarus: ubiq; potentiores, pauperiores opprimunt: & is modus, qui frequẽtatur, execrabilis planè, & qui non dico Eccleſiam, ſed nec forum decet.

Hi ſunt, qui docuerũt linguas ſuas loqui mendacium: diſerti aduerſus iuſticiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt ut faciant malum, eloquentes ut impugnent uerum.

Hi ſunt, qui inſtruunt, à quibus fuerant inſtruendi: aſtruunt non comperta, ſed ſua: ſtruunt de proprio calumnias innocentiæ, deſtruunt ſimplicitatem ueritatis, obſtruunt iudicij uias: inde hauriunt noua decreta, paleas, extrauagantes, declaratorias, cancellariæ regulas, & infinitum numerum condendorum canonum: ambitionem, libidinumq; poteſtatem, in angelos cœlorum, & mortuorum manes: in diuinæ legis interpretationem & declarationem, tyrannidem, doctrinam de Antichriſti patrimonio: ut ſunt regna, caſtra, donationes, fundationes, allodia, opes ac poſſeſsiones: ſacerdotium Antichriſti, eccleſiæq; ſuæ primatum: ut imperium, regnum: gladium eiuſdem, ipſam nempe iuriſdictionem ac poteſtatẽ temporalem: petram quoq;, Babylonici ſcorti fundamẽtum, ipſam perſonam Pontificis: epiſcopos, eius ſcorti capita: bona Eccleſiæ iſtius, in qua (ſecũdum Bernardũ eodem libro) omnes ſordẽt, unius fœtor minimè ſentitur. Quis

enim

enim unquam (uerbi cauſa) auarum auarus, immũdum immundus, luxurioſum luxurioſus erubuit? Plena eſt ambitioſis Eccleſia: non eſt iam quod exhorreat in ſtudijs & molitionibus ambitionis, non plus quàm ſpelunca latronum in ſpolijs uiatorum. non eſt quod curet doctrinam Euangelicam, aut ardorem fidei, uel contemptum mundi: ſed uectigalia, decimas, oblationes, collectas, purpuram, mitras, aurum, argentum, gemmas, prædia, pecunias: item poteſtatem ſummi Pontificis, cuius proprium eſt gerere bella, diſſoluere fœdera, ſoluere iuramẽta, abſoluere ab obedientia & à regno Dei, & domum orationis facere ſpeluncam latronum: cõmittere ſimoniam, diſpenſare contra uotum, contra iuramentũ, contra ius naturale, contra totum nouum Teſtamentum, & ultrà fidelium animas in infernum protrahere.

Hauriũt item iſti pſeudoepiſcopi ex Antichriſto, ſummo iſtorum patrono, maximũ officium: nempe non prędicare uerbum Dei, datis alapis confirmare pueros, conferrę ordines, dedicare templa, baptizare cãpanas, conſecrare aras & calices, benedicere ueſtes ad imagines: atq; hoc eſt infimum donum Antichriſti, datum quibuſdam cucullionibus & falſis Apoſtolis.

Eſt adhuc quiddam præſtantius, (diuerſa enim ſunt huius maligni ſpiritus dona.) Alij quippe hauriũt ex iſta ſpelũca ad Reges ipſos legationes, quibus apud eos funguntur, ut illorum pręſint oratorijs, comitentur reginas: excuſati, ne Deo ſeruiant in templis, cum magnificè uenerantur regem in aulis. Hinc, citra ſimoniam, epiſcopatus, aliaq; beneficia emunt & uendunt, de quibus & D. Bernardus ſuper Euangelio, Ecce nos reliquimus omnia, &c. ſic loquitur: Sed nec eorũ ſacrilegia recenſemus, qui diligunt munera, ſequuntur retributiones, uendunt ſacramenta, iuſticiam produnt: quorum guttur necdum traxit ad laqueum, necdum præfocauit fauces: uerbum blaſphemiæ, uox ſacrilega, ſermo nequam: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam?

Vendunt item atq; emunt nũdinationes, monopolia, condonationes, indulgentias, diſpenſationes, & ſimiles

 rapinarum.

rapinarum formulas: atq; ipſas remiſsiones peccatorum precio ſtatuto uendunt, imò in inferorum quoque pœnis inuentum eſt lucrum. Alij deinde hauriunt potiſsimùm gratiam Antichriſti: nempe palliũ, bullas, confeſsionalia, indulta, reſcripta, teſtamenta, priuilegia, electiones, præbendas. ut Bernardus ibidem teſtatur hoc pacto: Age ergo, quoniam iudicium graue his qui præſunt, & potentes potenter tormenta patientur: aſcendat ſuperbia tua ſemper, ſequere Regem tuum, omne ſublime uideant oculi tui: feſtina multiplicare præbendas, inde ad archidiaconatus euola, demum aſpira ad epiſcopatum: ne ibi quidem requiem habiturus, quoniam ſic itur ad aſtra. Quò progrederis miſer? an ut ab altiori gradu ſit caſus grauior? Neq; enim ſic paulatim decides, ſed tãquam fulgur in impetu uehemẽti: quaſi alter ſatanas, ſubitò deijcieris. Hauriunt pompoſas domos, immunitates de foro, de iudicijs & cæteras huius regni Antichriſtiani dignitates: quę totę circa fragilia, fluxa inania & profana negotia, uulgiq; cõmercia, atq; cõtumelias, tum circa hominũ cædes, furta, cõpilationes, graſſationes, factiones, cõſpirationes, iniurias & proditiones uerſatur. Comitantur haſce dignitates, periuria, falſificia, præuaricationes, corruptiones, ambitiones, rapinæ: quib. opprimũtur uiduę, proſternũtur pupilli, exulãt probi, proculcãtur pauperes, dãnantur innocẽtes, atq; (ut eſt apud Iuuenalem)

Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas.

Iſti ſunt illi egregij rabulę, ac iurgiorũ autores: qui iuſta ac uera, dubia, & iniqua faciũt: iuſticiamq; ipſam ſuis armis profligant, peruertunt, proſternunt: apud quos iuſticia nihil aliud eſt, niſi publica merces. Eiuſmodi portentis, & diuerſarum ſectarum populis, monachis & anachoretis, uetus lex omnino caruit: nec Eccleſia, cum eſſet optima, ac tot ceremoniarum retibus minus implicita, hæc monſtra, ingentemq; malorum turbam habuit: imò nec paſſa fuiſſet. Longè enim alia ſunt nunc monaſteria ab Aegyptiorum Semneis, quæ hunc morem tenẽt (teſte Hieronymo ad Ruſticum) ut nullum abſque opere laborem ſuſcipiant: non tam propter uictus neceſſaria, quàm

ria, quàm propter animæ ſalutem, ne uagetur pernicioſis cogitationibus.

Sunt alij circa Alexandriam, qui per ſex dies (teſte Philone) in ſuis illis modò dictis monaſterijs philoſophantur: ſeptima uerò conueniunt in cœtum cõmunem, & iuxta ordinem cõſidentes, tum progreſſus in medium natu maximus, de rebus diuinis appoſitè & prudenter diſſerit: reliqui omnes auſcultãt per ſummum ſilentium: temperantię tanquam fundamento in anima iacto, uirtutes cæteras ſuperſtruunt: nec cibum nec potũ quiſquam ſumit ante ſolis occaſum, quòd ſapientiæ ſtudiũ luci conuenire iudicent, tenebris uerò curam corporis: ideo totos dies alteri, alteri exiguam partem noctis tribuunt. Nonnulli ex his uix tertio quoq; die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam: nec deſunt qui prælautæ accepti epulo ſapientiæ, copioſè præbẽtis ſua placita, perdurãt duplum eius temporis: & uix ſexto die deguſtant cibum neceſſariũ, aſſueti ſicut cicadæ rore uiuere, canticis opinor ſolantes inediam. Septimum uerò diem, ut feſtũ ſacratumq;, honore dignãtur eximio: quo poſt curam animi corpus quoq; reficiunt. In cibatu utuntur pane ſimplici, ſal uicem ſupplet obſoniorum. qui delicatiores ſunt, hyſſopũ pro condimento adijciunt: potũ è fluentis hauriũt, cõtenti placare dominas à natura mortalibus additas, famem, ſitimq;: edunt, ne eſuriant: bibunt, ne ſitiant: ſaturitatem cauendo, ut inimicam animo pariter ac corpori. Aedes & ueſtes incultas & ſimpliciſſimas ad arcendos calores & frigora habent: pro pelliceis craſſa tunica in hyeme, æſtate uerò exomis aut interula linea utuntur: in uniuerſum exercentes modeſtiam, ut fontem ueritatis.

Sed quid moderni Monachi? nonne hiſce ſimiles? in nullo ſanè. Hæc enim moderna turba cucullionum, ubi ſe mero expleuit, acſi non uinum bibiſſet, ſed inſaniæ poculum, ad rationem penitus profligandam ex animo, offenſat, & canum ferocium more in rabiem uertitur: moxq; coorti ſe inuicem morſibus appetunt, abrodendo naſos, auriculas, digitos, cæteraſq; partes corporis, ut fabula de

Cyclope

Cyclope Vlyſisq́ ſocijs fidem inueniat, quem Poeta ſolitum ait mandere fruſta humanarum carnium: quem tamen immanitate iſti longè ſuperant. Nam ille inimicos ratus, tractauit hoſtiliter: iſti uerò cum familiaribus & amicis, interdum etiam cognatis, communi ſali ac menſæ adhibitis, contra iura hoſpitalitatis omnia, nil reueriti ſacra libamina, quibus conciliari debuiſſent, ſic confligantur, tanquam in harena uel pancratio: laudatã illam contentionem, quaſi monetam deprauãtes in deterius, athletis ipſis erumnoſiores miſerioresq́.

Qui in hæc monaſteria uenerant amici & integri, paulopòſt exeunt inimici, & mulctati membris quibuſdam, aut certè horum extremitatibus. Moxq́ alij ſibi quærunt aduocatos & iudices monaſticos: alij petunt à chirurgis opem, & medicis. Qui uerò uidentur modeſtiores cæteris, quaſi pro mero bibiſſent ſuccum mãdragoræ, incumbunt læuo cubito: & obliquata ceruice ructantes, inter pocula ſtertunt altùm: nihil uidentes audientes'ue interim, acſi unicum guſtus ſenſum haberẽt, & eum quidem illiberaliſsimum. Noui quoſdam, qui hilariores facti potando, priuſquam ſe penitus obruãt crebris inuitationibus, iam tum in craſtinum proſpiciunt de ſymbolis. quia putant, ſpem ebrietatis futuræ non parum conducere ad præſentem læticiam.

Triclinia, lectos habẽt eburneos, aut teſtudineos, aut precioſoris materiæ gemmatos, pleroſq́ ſtratos auro intertexta purpura, uel alijs floridis coloribus uarijs oculos allicientibus: poculorum etiam uim magnam, digeſtorum per ſuas ſpecies. præſtò ſunt enim ſcyphi, calices, phialæ, tericlea, toreumataq́ clarorum artificum: miniſtrantibus formoſis mancipijs, lotis, nitidis, fucatisq́ ac cincinnatulis amatorum ſuorum delicijs. Huc accedũt uariæ bellariorum, obſoniorum, condimentorumq́ ſpecies, elaboratę à piſtoribus & cupediarijs: quorum eſt cura non tantum guſtui ſatisfacere, uerumetiam oculos exhilarare mundicijs. Sic fit, ut ſeptem uel etiã plures menſæ inferantur, plenæ omnium quæ terra, mare, amnes, aerq́ ferũt: ſelectis ſuauiſsimis carnibus terreſtriũ, aquaticorum

ticorum & uolucrium, paratura ſimul ac cōditura uariantibus. Ac ne quid prætermittatur naturæ munerum, tandem apponuntur poma nucesq́ dapſiliter, ſeruatis alijs eiuſdem generis ad comeſſationes, quas uocant. Dein aliæ patinæ efferuntur uacuatæ à monachis uoracibus, more fulicarum explentibus ſe, in tātum ut oſſa etiam arrodant: aliæ cum fœdè diſcerptis ſemeſisq́ reliquijs. Vbi uerò uſq; ad fauces expleti, nil poſſunt amplius, edendo laſſati, appetitu eſuriunt, oculos paſcendo carnium opimarum copia, nidorem uerò exhalantem attrahendo naribus. poſtremò his quoq; ſenſibus ſaturatis, faciūt mentionem de abitu, egregiè collaudata conuiuatoris monachi magnificentia.

Sic ſolent nunc monaſteria inuicē conuiuari. & quod maius eſt, nebulones iſti pręſides luxuriāt animis & corpore: cucullionibus uerò confratribus proponunt aquā, humilitatem & caſtitatem. Hæc ſi quis altiùs perpendat, quantam diuerſitatem à primis illis Semneorum cultoribus deprehendet? Dicamus cum D. Bernardo in Apolog. apud iſtos maximā curam abuſionemq́ eſſe, ut corpus regulariter induatur, & contra regulam ſuis ueſtibus anima nuda deſeratur. cum tanto ſtudio tunica & cuculla corpori procurentur, quatenus cui deerūt monachus non putetur: cur ſimiliter pietas & humilitas ſpiritui, quę profectò ſpiritualia indumenta ſunt, non prouidentur? Habitus, inquit, noſter, quod & dolendo dico, qui humilitatis ſolet eſſe inſigne, à monachis noſtri temporis geſtatur ſuperbè: uix iam in noſtris prouincijs inuenimus, quo ueſtiri dignemur. Miles & monachus ex eodē panno partiūtur ſibi cucullam & chlamydem. Et in quadam Epiſtola: Labor & latebræ & uoluntaria paupertas, hæc ſunt monachorum inſignia: hæc uitam ſolent nobilitare monaſticam. Noſtri autem oculi omne ſublime uident, noſtri pedes omne forum circumeunt, noſtræ linguæ in omnibus audiuntur conſilijs, noſtræ manus omne diripiunt patrimonium.

Huc itaq; tanquam in malorum omnium aſylum confluunt, quoſcunq; ſcelerum conſcientia terret, qui ob le-

gum uindictã nuſquam alibi tuti ſunt, qui crimina commiſerunt ſupplicio expianda, quos uitę turpitudo abſtraxit ad infamiã: quos, rebus ſuis ſcortis, alea, ingluuie profuſis, æs alienum ac turpis egeſtas mendicare cõpellunt: & quos laborem ſubterfugientes, ſpes ocij, ac fraudatæ cupidinis impatiens deſperatio, aut circumuenta iuuentus, aut iniuſta nouerca, aut iniqui tutores impegerunt: quorum omnium (ut rectè Malleoli uerba ſubiungam) agmen iungit ſimulata ſanctimonia, cucullatus habitus, & ualida mendicitas, atq; illud mare magnũ, in quo cum cæteris piſcibus habitant Leuiathan & Behemoth, cete grandia, beluæ & reptilia, quorum non eſt numerus: de quo exiliũt tot Stoicæ ſimię, tot inſolẽtiſsima poſcinummia, tot palliata mendicabula, tot cucullata monſtra, barbigeri, funigeri, reſtiferi, ſaccogeruli, loripedes, lignipedes, nudipedes, atrati, nigritæ, griſones, albichlamydes, uerſicolores, multipelles, linoſtolij, retiarij, palliati, chlamydati, pullati, paludati, præcincti, brachati, ac id genus aliorum turba hiſtrionum.

Qui cum de rebus humanis nullam fidem habeant reliquam, ob monſtruoſę ueſtis habitum creduntur illis diuina. Hos in perſona ſua diuus Bernard. de interiori domo cap. 35, in hunc modum deſcribit: Quaſi quoddam monſtrum inter filios Dei ſto, habitũ monachi, non conuerſationem habens. In magna corona & ampla cuculla, ſalua mihi omnia exiſtimo: tãquam arbor ſterilis terram occupo, & uelut iumentũ uile plus conſumo quàm proficio: altiorem alterius locum teneo, & nullius officium ſuppleo, ſed ſum ſicut truncus ſine frondibus & fructibus. Alij me paſcũt de laboribus manuum ſuarum, ſicut præbendarium ſuum: ego autem tanquam pauper & miſer, nec clericum nec laicum gero. Cantare namq; & legere nequeo, laborare neſcio: ſed ſum opprobrium hominum, pecore uilior, cadauere peior.

Tales hodie ſacrũ religionis nomen ſibi ſoli uſurpant: ac ſe Chriſti ſodales, Apoſtolorumq; contubernales iactant: quorum uita omni ſcelere, auaritia, libidine, gula, ambitione, temeritate, petulantia, & ſimilibus referta,

religionis

religionis prætextu ſemper relinquitur inulta, & Romani ſcorti priuilegijs munita, quo impunè illis plura liceat.

A iuriſdictione omniū ſunt exempti: cumq́ ipſi pro foro rei alios quoſq́ conueniant, ipſi tamen conueniri non poſſunt, niſi aut Romæ aut Hieroſolymis. Sed audiamus de hiſce Romanis conſtitutionibus quid ſcribat D. Bernardus lib. 3. de Conſideratione ad Eugeniū: Non eſt bona arbor, faciens fructus tales, inſolentias, diſſolutiones, dilapidationes, ſimultates, ſcandala, odia: quodq́ magis dolendum, inter eccleſias inimicitias graues, perpetesq́ diſcordias. Item: Tū ne deniq́ tibi licitum cenſeas, ſuis eccleſias mutilare mēbris, cōfundere ordinem, perturbare terminos quos poſuerunt patres tui? Si iuſticiæ eſt, ius cuiq́ ſeruare ſuum: auferre cuiquam ſua, iuſto quomodo poteſt conuenire? Erras, ſi, ut ſummam, ita & ſolam, inſtitutā à Deo ueſtram Apoſtolicam poteſtatem exiſtimas. Si hoc ſentis, diſſentis ab eo qui ait: Non eſt poteſtas niſi à Deo. Proinde quòd ſequitur, Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: etſi principaliter pro te facit, non tamen ſingulariter. Deniq́ idem ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non ait, ſublimiori, tanquam in uno: ſed ſublimioribus, tanquā in multis. Non ergo tua ſola poteſtas à Domino: ſunt & mediocres, ſunt & inferiores. Et quomodo, quos Deus coniunxit, non ſunt ſeparandi: ſic nec quos ſubiunxit, cōparandi. Monſtrum facis, ſi manu ſubmouens digitū, facis pendere de capite, ſuperiorem manui, brachio collateralem. Tale eſt, ſi in Chriſti corpore membra aliter locas, quàm diſpoſuit ipſe.

Hæc ſi rectius intellexerimus, deprehendemus priuilegia iſtorum quæ ſint, quæ item immunitates, cur ad ſolum Pontificem Romam currant cuculliones: quod illis nil minus quàm licet. Horum uanitates non caperent omnes pelles Madian: qui ſub pellis agninis ſunt lupi rapaciſsimi, & in ueſtibus ouium aſtutam gerūt ſub pectore uulpem: diſsimulantes artes fallaciæ ſuę, ſcenicā quandam hypocriſim, & merum quæſtū pietatis imagine perſonatum, profitentur: pallido uultu mentiuntur ieiunia,

obſequentibus lachrymis profunda à pectore trahũt ſuſpiria, mobilibus labris frequẽtes orationes, greſſum inceſſumq́ compoſitum, geſtus tranquillos ſimulant, obſtipo capite figentes lumina terræ modeſtiam ſibi uendicant, fucato habitu humilitatem, & ſuſpenſa à collo cuculla ſanctimoniam foris profitentur: intus autem deteſtandos mores ſecum ferunt. Euangelicam paupertatem putant ſitam eſſe in ocio & mendicitate, uesci alienis laboribus. Deniq́ (ut Bernard. in Declamatione ſcribit) tanquam triſtes, inquiũt, ſemper autem gaudentes: tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes: tanquã morientes, & ecce uiuimus. & dum putãt ſeſe ſuſcepiſſe propter Chriſtum & religionem omnia contumeliæ & abiectionis ſigna, (incedunt enim uili ueſtitu ut ruſtici, nudipedes ut hiſtriones retiarij, cincti funibus ut capti latrones, raſo toto capite ut fatui, cucullæ auriculis ac tintinnabulis tenus morionibus ac laruis carniſpriuialibus quàm ſimilimi) uincuntur ambitione, omnem inſtituti ſui rationem in arrogantiſsimos titulos referentes. Paranymphi enim, & Rectores, Gardiani, Præſides, Priores, Vicarij, Prouinciales, Archimandritæ, & Generales uocari gloriantur: & nullum hominum genus eſt tam primi loci appetens, quàm iſtud. Quos ibidem rectè D. Bernardus in hunc modũ deſcribit: Foris nempe ſplendidos & nitentes, intus ſordidos & fœtentes: ambulant enim in ſtolis, & primas cathedras amant, quæ uelut groſsi ficuum uelociter ſunt caſuræ: glorioſi, honorati, & magni in oculis hominum: intus autem, ubi Deus uidet, pleni auaricia, inuidia, ambitione, ſuperbia, luxuria fortaſsis nonnulli. Quando enim talibus datur precioſum illud continentiæ munus, niſi fortè ad iudicium & condemnationem? nequando paueant, & reſipiſcant, & conuertantur à ſtudijs ſuis: ſed obdormiſcãt in peccatis, & deterius pereant ex ipſa ſua irreuerentia & ſecuritate.

Hinc eſt, cum uariæ ſint ſectæ in Eccleſia Antichriſti, quidam aſcendunt per feneſtram, quidã per fauores hominum, alij per emptitias uoces, alij uerò per imperium principum rapiunt patrimonium Chriſti, uelut fures & latrones:

latrones:non per oſtium,ſed aliunde ingreſsi: uicarij Iudæ Iſcariotis, & Simonis Samaritani: ſedentes ſuper ſedem Moyſi ſcribæ & Phariſæi, dicũt, & non faciunt: populi conſcientias onerant,ſuas ne attingunt quidem: hypocritæ ſunt, oſtentantes religionem ſuam in ſcenis. Capiunt primas ſtationes in choro, in gymnaſijs, in ſynagoga, & ubiq;: in foro, in plateis: Rabbi & Magiſtri & Doctores uocari uolunt: domos uiduarum comedunt, ſeducunt & furantur pueros. pijſsimas Chriſti leges labefactant, uerum Dei templum ac uiuas Chriſti imagines negligunt, aurum & oblationes auaro oculo curant. de decimis, collectis, oblationibus, & eleemoſynis accuratè noua cudũt, leges ceremoniarum arctè ſanciunt: fruges, pecora, pecunias, ac minima quæq;, mentham, anethum, cuminum decimant, & canum more de his collatrantes è ſuggeſto confligunt cum populo: iudicium, miſericordiam & fidem omnino negligunt: atq; (ut pij cuiuſdam ſententiã uideas, eam libenter ſubſcribam) excolant culicem, deglutiunt camelum: ceſpitant ad lapidem, ingens ſaxum tranſiliunt: duces cæci, falſi & doloſi, genimina uiperarum, terſi calices, ſepulchra dealbata: foris in mitris, in pileis, in habitu, in ueſtitu, in cuculla oſtentantes ſanctimoniam, intus pleni ſpurcitia, hypocriſi, iniquitate: ſcortatores, ſaltatores, hiſtriones, lenones, aleatores, helluones, temulenti, uenefici: qui iam antea (quod notat Ioannes Camotenſis epiſcopus) non ex uirtutum meritis, ſed aut per turpe obſequium, aut intuitu munerum, aut fauore principum, aut ui armorum ad ſacerdotia, ad beneficia, ad epiſcopatus conſcenderunt: aut ſub hypocriſis fuco hæc ad ſe traxerũt, ex bonis Eccleſię, quę pauperum ſunt, ſibi priuatas diuitias cumulãtes: monopolia & nundinas conſtituentes in eleemoſynis parentum noſtrorum: abutentes illis in ſcortis, in alea, in uenatione, in omni luxu & ſpurcitia. Gaudẽt equis, canibusq;, & aprici gramine campi.

Quod rectè D. Bernard. in ſua Declamatione ſic exprimit prohibendo: De altario uiuat, non ſuperbiat, non luxurietur, deniq; non ditetur, nec cõtra ſancti cuiuſdam

planè dignam omni exceptione ſententiam, ex clericatu ditior fiat. non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis: nec loculos inde congreget, nec in uanitate ac ſuperfluitate diſpergat: non extollat de facultatibus Eccleſiæ cõſanguineos ſuos, aut neptes, ne filias dixerim, nuptui tradat. Res pauperum non dare pauperibus, par ſacrilegio crimen eſſe dignoſcitur. Sanè patrimonia pauperum, facultates Eccleſiarum, & ſacrilega eis crudelitate ſurripitur, quicquid ſibi miniſtri & diſpenſatores, non utiq; domini uel poſſeſſores, ultra uictum accipiunt, & ueſtitum. Nec enim ordinauit Deus, his qui Euangelio ſeruiunt, de Euangelio quærere aut habere delicias uel ornatum: ſed uiuere, ait Paulus, ex eo: ut uidelicet ſint contenti, alimenta corporis, non irritamenta gulæ, aut incentiua libidinis: & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. Sanè qui non fideliter introiuit, neq; per Chriſtũ, quî non infideliter agat, & contra Chriſtum? Faciet, ad quod uenit, ut mactet utiq;, & diſperdat. Aut quando poterit neceſſarijs eſſe contentus, qui eo animo introiuit, ut ſtipendia cleri in uſus uoluptatis, curioſitatis & uanitatis congreget, ſeruet, & expendat?

Tales ſanè ſunt illi Gigantes, qui cõcutiunt populos, uexant regna, ſollicitant bella, diruunt eccleſias, quas religioſorum patrum conſtruxit deuotio: ipſi extruentes palatia, incedentes in ueſtibus purpuratis & decoratis magno plebis detrimento, & religionis infamia, ac reipub. inſupportabili onere: quos non mercenarios pro paſtoribus, non lupos pro mercenarijs, ſed pro lupis diabolos, beatus ille Clareuallenſis Bernardus in Sermone ad generalem Remenſem ſynodũ, pręſente Romano Pontifice, definiuit.

Iam etiam ipſe Romanus ſummus Pontifex: (quod idem ſanctus epiſcopus Camotenſis conqueritur) omnibus grauiſsimus & intolerabilis eſt: cuius pompam & faſtum nullus unquam tyrãnorum æquauit. Huius quoque uerba, aureis literis notãda, eo libentius fideliter deſcribam, quæ habentur de Conſideratione lib. 4, in hunc modum

modum ad Eugenium ſcribentis: Fuerunt ante te, qui ſe totos ouibus paſcendis exponerent, paſtoris opere & nomine gloriantes: nihil ſibi reputantes indignum, niſi quod ſaluti ouium obuiare putaretur: non quærentes quæ ſua ſunt, ſed impendentes. Impendêre curam, impendêre ſubſtantiam, impendêre & ſeipſos. Vnde unus illorum: Et ego, ait, ſuperimpendar pro animabus ueſtris. & tanquam dicerent, Non uenimus miniſtrari, ſed miniſtrare: ponebant, quoties oportuiſſet, ſine ſumptu, Euangelium. Vnus erat de ſubditis queſtus, una pompa, unaq; uoluptas, ſi quo modo eos poſſent parare Domino plebem perfectam. Id omnibus modis ſatagebant, etiam in multa contritione cordis & corporis, in labore & ærumna, in fame & ſiti, in frigore & nuditate. Vbi nunc quæſo conſuetudo hæc? Subijt diſsimilis ualdè longè, in aliud mutata ſunt ſtudia, & utinam non in peius. cura tamen, & æmulatio, & anxietas, & ſollicitudo, fateor, perſeuerant: translata hæc, non imminuta. Teſtimoniũ uobis perhibeo, quòd nec ſubſtantiæ parcitis, non magis quàm antè. Diuerſa autem locatio diſsimilitudinẽ facit. Magna abuſio: pauci ad os legislatoris, ad manus omnes reſpiciunt: non immeritò tamen omne Papale negocium illæ agunt. Quem dabis mihi de tota maxima urbe, qui te in Papam receperit, precio ſeu ſpe precij non interueniente? Et tunc potiſsimum uolunt dominari, cum profeſsi fuerint ſeruitutem. fideles ſe ſpondent, ut opportunius fidentibus noceant. Ex hoc non erit conſilium tibi, à quo ſe arcendos putent: non ſecretum, quo ſe non ingerant. Si ſtante præ foribus quoquam illorum, moram uel modicam fecerit oſtiarius, ego tunc pro illo eſſe nolo. Et nunc experire paucis, nouerim'ne & ego aliquatenus mores gentis? Ante omnia ſapientes ſunt ut faciant mala, bonum autem facere neſciunt. Hi inuiſi terræ & cœlo, utrique iniecere manus: impij in Deum, temerarij in ſancta, ſeditioſi in inuicem, æmuli in uicinos, inhumani in extraneos: quos neminem amantes, amat nemo: & cum timeri affectent ab omnibus, omnes timeant neceſſe eſt.

Hi ſunt,

Hi ſunt, qui ſubeſſe non ſuſtinent, præeſſe non nōrūt: ſuperioribus infideles, inferioribus importabiles. Hi inuerecundi ad petendum, ad negandum frontoſi. Hi importuni ut accipiāt, inquieti donec accipiant, ingrati ubi acceperint. Docuerunt linguam ſuam grādia loqui, cum operentur exigua: largiſsimi promiſſores, & parciſsimi exhibitores: blandiſsimi adulatores, & mordaciſsimi detractores: ſimpliciſsimi diſsimulatores, & maligniſsimi proditores. Excurrimus uſq; huc, plenius te atq; expreſſius admonendum putantes horum quæ circa te ſunt in hac parte. Iam ad ordinem recurramus.

Quale eſt, quod de ſpolijs eccleſiarum emuntur quæ dicūt tibi Euge euge? Pauperum uita in plateis diuitum ſeminatur: argentum micat in luto, accurritur undiq;: tollit illud non pauperior, ſed fortior, aut qui fortè citius prçcucurrit. A' te tamē mos iſte, uel potius mors iſta non cœpit: in te utinam deſinat. Sed reliqua proſequamur.

Inter hęc tu paſtor procedis deauratus, tam multa circumdatus uarietate: oues quid cupiunt? Si auderem dicere, dęmonum magis quàm ouium paſcua hæc. Scilicet ſic factitabat Petrus? ſic Paulus ludebat? Vides omnem eccleſiaſticum zelum feruere ſola pro dignitate tuenda. Honori totum datur, ſanctitati nihil aut parum. Si cauſa requirente paulo ſummiſsius agere, & ſocialius te habere tentaueris: Abſit (inquiunt) non decet: tempori nōn congruit, Maieſtati non conuenit. quam geras perſonam, attendito. De placito Dei ultima mentio eſt: pro iactura ſalutis nulla cunctatio, niſi ut quod ſublime eſt, hoc ſalutare dicamus: & quod gloriā redolet, id iuſtum, ita omne humile probro ducitur inter Palatinos, ut facilius qui eſſe, quàm qui apparere humilis uelit, inuenias. Timor Domini, ſimplicitas reputatur, ne dicam fatuitas: uirum circumſpectum & amicum propriæ conſcientiæ, calumniantur hypocritam: porrò amatorem quietis, & ſibi interdum uacantem, inutilem dicunt. Quid ergo tu? Euigiláſne adhuc ad iſtos, qui circūdederunt te laqueis mortis? Queſo, ſuſtine pauliſper, & ſupporta me. Imò da ueniā, non tam temerè quàm timidè hęc loquēti. A emulor te

lor te æmulatione bona: & utinam quàm uehemẽti, tam utili. Scio ubi habitas, increduli & ſubuerſores ſunt tecum: lupi, non oues ſunt: talium tamen tu paſtor. Vtilis conſideratio, qua fortè inueneris, quomodo, ſi fieri poſſit, conuertas eos, ne ipſi ſubuertant te. Quid diffidimus poſſe reuerti in oues, è quibus uerti in lupos potuerunt? Hic hic non parco tibi, ut parcat Deus: Paſtorem te certè populo huic aut nega, aut exhibe. Non negabis, ne, cuius ſedem tenes, te neget hæredem. Petrus hic eſt, qui neſcitur proceſsiſſe aliquando uel gemmis ornatus, uel ſericis: non tectus auro, non uectus equo albo, nec ſtipatus milite, nec circumſtrepẽtibus ſeptus miniſtris. Abſq; his tamen credidit ſatis poſſe impleri ſalutare mãdatum: Si amas me, paſce oues meas. In his ſucceſsiſti non Petro, ſed Conſtantino: conſulo toleranda pro tẽpore, non affectanda pro debito: ad ea te potius incito, quorum te ſcio debitorẽ. Etſi purpuratus, etſi deauratus incedẽs, non eſt tamen quod horreas operam curam'ue paſtoralem. Paſtoris hæres, non eſt quòd erubeſcas Euãgelium. Quanquam ſi uolens euangelizes, inter Apoſtolos quidem etiam gloria eſt tibi. Euangelizare, paſcere eſt. Fac opus Euãgeliſtæ, & paſtoris opus impleſti. Dracones, inquis, me mones paſcere, & ſcorpiones, non oues. Propter hoc, inquam, magis aggredere eos: ſed uerbo, non ferro. hæc Bern. ad uerbum. Item ſub finem inquit: Mira res ſatis, ſuperq;. Epiſcopi ad manus habent, quibus animas credant: & cui ſuas cõmittant facultatulas, non inueniunt. optimi uidelicet æſtimatores rerũ, qui magnam de minimis, paruam aut nullam de maximis curã gerant.

Sed ut liquidò datur intelligi, patientius ferimus Chriſti iacturam, quàm noſtram. Quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & continua Dominici gregis detrimenta neſcimus. De precio eſcarum, & numero panum, cum miniſtris quotidiana diſcuſsio eſt: rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorũ. cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam: perit anima, & nemo eſt qui reputet. Nec mirum, cum nec noſtros quidẽ aſsiduos ſentiamus defectus. Nónne ad ſin-

gulas ſupputationes iſtas iraſcimur, urimur, anxiamur? Quãto tolerabilius rerum quàm mentiũ ſuſtineremus iacturam? Hinc exclamat pius pater ſub finẽ tertij: O' miſerandam ſponſam, talibus creditã paranymphis: qui aſsignata cultui eius, proprio retinere quæſtui non uerẽtur.

Atq; ij ſunt, ex quibus pendet omnis religio, lex & prophetæ, & totius Eccleſiæ ſtatus: quia pijs patrum inſtitutis nefaria uoluptate, pro ſua libidine, impudẽter flagitioſiſsimeq; abutuntur. cuiuſmodi exemplum de Bonifacio octauo pontifice in Porchetum cardinalem, legitur apud Crinitũ. Hic eſt ille magnus Bonifacius, qui tria magna & grandia fecit. primũ, falſo oraculo deluſo Clemente, perſuaſit ſibi cedere Apoſtolatum: ſecundũ, condidit Sextum decretalium, & Papam aſſeruit omniũ dominum: tertium, inſtituit Iubileum, indulgentiarũ nundinas, illasq; primus in purgatorium extendit.

Sunt & plura alia Romanorum pontifica mõſtra, quę hiſce annectit uir quidam cùm doctus, tum ſanè integerrimus. Quàm turpiter enim præfuerint, Formoſus Papa, & nouem ſequentes, patet. quales etiam fuerunt poſteriores illi, Paulus, Sixtus, Alexander, Iulius, famoſi Chriſtiani orbis perturbatores? quis deniq; non uidet, Eugenium, ob uiolatum Turcæ iuſiurandum, Chriſtianã rempub. in tot funeſtiſsima bella conijeciſſe: acſi non etiam hoſti fides ſeruãda ſit? Nec eſt qui ignoret, Alexandrum ſextum magno Chriſtianæ reipub. damno Zizimũ Pazaithæ Turcæ fratrem ueneno ſuſtuliſſe.

Iamq; ipſi etiam Romanorum pontificũ legati (quod ait Camotenſis, & quotidiana experientia notiſsimum eſt) ſic interdum in prouincijs debacchantur, acſi ad flagellandum Eccleſiam egreſſus ſit ſatan à facie Domini: cõmouent & conturbant terram, ut uideantur habere quod oporteat ſanare: lętantur cùm mala fiunt, exultantes in rebus peſsimis: uixq; tenent lachrymas, cum nil lachrymabile cernunt.

Omnia facinora confeſtim alicuius ſanctorum exemplo conſtantiſsimè excuſant. ignorantiam enim defendunt, exemplo Apoſtolorum; barbariem, impedita lingua Moyſis,

gua Moyſis, Ieremiæ neſcientis loqui, & Zacharię quòd mutus eſſet: infidelitatem, errorem atq; hæreſim, autoritate Ambroſij, Pauli, Auguſtini, & Marcelli martyris: ambitionem, filijs Zebedæi: timiditatem, Iona & Thoma: perfidiam, Petro: fornicationem, Oſea & Samſone. percuſsionem, homicidium & militiam, Petro, qui Malcho auriculã amputauit: Martino, qui Iuliano militauit: Moyſe, qui Aegyptiũ interfecit. Sic fit, ut horum magiſtrorum gladio quiſq;, etiam nolens, ceruices ſuas ſupponat. Gladio inquã ambitionis, auariciæ, mulctæ & extorſionis, mali exempli, ſanguinis & occiſionis, quo armantur cõtra omnem ueritatem, & iuſticiã, & honeſtatem. Non impunè licet illorum placitis contradicere, nec libidini eorum reſiſtere, niſi quis paratus ſit martyriũ ſubire pro Chriſto: hoc erit, excremari pro hæretico: quẽadmodum Hieronymus Sauonarola, prædicatorij ordinis theologus ſimul ac propheticus uir, olim apud Florentiam exuſtus eſt, & Conſtantię beatus uir Ioannes Huſſ, & quamplurimi Chriſti fideles.

Hoc ulcus peſsimum uocat in Declamatione diuus Bernard. quod nec ſummis ſaltem digitis patitur attrectari: Huius & ipſe indignationem (inquit) uereor, ſuper his & graue iudicium. Quid ni timeam, morſus feralem inſaniam, & animarum freneſim non ignorans? Sed Domini ſunt uerba, quæ replico: & eadem ipſi quoq; legunt, & intelligunt pariter, legem quippe ſciẽtes. Item prope finem inquit: Opprimãt nunc quos poſſunt, blaſphement, congregent maledicta, ueniant ſuper nos opprobria exprobrãtium Chriſto, quoniam merces noſtra copioſa eſt in cœlis. Etſi hoc freti exemplo pij patris, intrepidè pro Chriſti nomine omnes uitam exponere deberent: tamen miſerabiliter ferre, & magna patientia illorum tyrannidem quaſi omnes coguntur, & rituũ pompas in ueſtibus, in uaſis, in luminibus, in campanis, in organis, in concentu, in odoribus, in ſacrificijs, in geſtibus, in picturis precioſis, in ciborum & ieiuniorum delectu, & ſimilibus: præſertim magna cum admiratione imperita plebs, quæ nil aduertit niſi oculis obuerſetur, recipit,

arbitraturq́ſ ſine illis carnalibus & externis ceremonijs non poſſe homines promoueri ad Deum: apud quem tamen nihil eſt acceptum, præter fidem in IESVM Chriſtum uiuam & ardentem, in charitate non ficta, & firma ſpe ſalutis ac pręmij, ut & diuus Bernardus ibidem ſentit, inquiens: Magis autem perfectius obſecro relinquat omnia, & ſolum ſequatur Chriſtum, iactans cogitatum ſuum in Deo, enutriendus ab eo, & centuplum ſine dubio percepturus: nec aliud habemus quod reddamus Deo magis acceptum, quàm laudem, gloriam, & gratiarum actionem.

Præterea ab iſtis ſycophantis non minori cura atq́ſ diligentia obſeruantur dies, menſes, tempora, anni, cibi, potus, neomeniæ & ſabbatha, contra apertam doctrinam Apoſtoli, ad omnifariam bonorum morum ac Chriſtianæ doctrinę corruptelam, in choreis, in comœdijs, in hiſtrionibus, in cantilenis, in ludis, in compotationibus, in pompis, in ſpectaculis, & quibuſcunq́ſ mundanis & carnalibus, ſpiritui ſanctitatiq́ſ cõtrarijs operibus. & quemadmodum inquit Tertullianus de Cæſarum ſolennibus: Solent tunc grande officiũ agere, focos & choros in publicum ducere, uicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere, uino gulam cogere, certatim curſitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras: ſic exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus. Huic aſtipulatur pius pater in declamatione, cum inquit: Eam quam uidemus in eccleſijs hodie formam cleri (ne informem dixerim uitam) à quo ſanctorum habuerint? quis unquam uel in nouo uel in ueteri Teſtamento ſic uixerit, aut ſic uiuere docuerit homines? Vtinam ſeſe interrogent ſinguli, nec conſcientias ſuper hæc conuenire proprias diſsimulent. In quibus (iuxta eundem) ſummopere fornicatio cum primis regnat, qui puritatis autori impuro corde & corpore miniſtrantes, non uerentur ſtare angelum Domini, qui ſecet medios, & diſperdat: ſed omnino audent agni immaculati ſacras contingere manus, & intingere in ſanguine Saluatoris manus nepharias, quibus paulo antè, proh dolor, carnes meretricias attrectarint:

ctarint: ſic altaria circuire, ſic frequẽtare pſalmos, cum & eiuſmodi laus execrabilis, & oratio ſit in peccatũ. Quo fit, ut non incaſſum uenerandus pater moneat Eugeniũ, quarto de Conſideratione inquiens: Diſcant à te coepiſcopi tui, comatulos pueros & comptos adoleſcentes ſecum non habere: certè inter mitratos diſcurrere calamiſtratos non decet.

Item, templa more gentilium, ſingulis dijs fabricantium, ſuis diuis inſcribunt: quod nequaquam conuenire ad uerum Dei cultũ, ueramq́ religionem, Origenes contra Celſum multis rationibus docet. & Lactantius ait: Non templa Deo congeſtis in altitudinẽ ſaxis ſtruenda ſunt, ſed ſuo cuiq́ conſeruandus eſt pectore, in quod ſe conferat, cum adorat Deum.

Non habitat templis manuum molimine factis
Omnipotens: ædes aurea, uerus homo.

& Chriſtus ſuos adoratores non in templũ remittit, nec in ſynagogas, ſed in cubiculum, & orare in abſcõdito iubet. quin & ipſe exiuit in montem orare, pernoctans in oratione. Non loquor autem de templo, quod pernecеſſarium eſt huic fidelium congregationi: ſed de illis tot fratrum oratorijs, priuatisq́ ſacellis: quæ, ut ſuperflua & indebita membra, reſecanda ſunt, quæ impediunt ſuis illis ſuperba magnificẽtia ſtructuris, in quam indies multæ admodum ſacræ pecuniæ & eleemoſynæ profunduntur: quum interea Chriſti pauperes, uera Dei templa, imaginesq́, fame, ſiti, æſtu, algore, labore, debilitate, egeſtate periclitentur à debita illorũ ſuſtentatione. Idq́ ideo fieri, haud ineptè cum Bernardo dixero (ex 3 de Cõſid.) quia præ auro Hiſpaniæ ſalus populi uiluit: cuius ſpolijs omnis Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas: & lętatur, dum uidet Germanicos detumuiſſe ſaccos, ſed precio, non maſſa, argentumq́ reputatum fœnũ. Noua res: Quando hactenus aurum Roma refudit?

Hinc magna imaginum ſuperſtitio & idololatria penes rudem & indoctam plebem alitur, unde non parum lucri Antichriſto ſeruientes percipiunt. uetitũ enim imaginum librum nedum probant, ſed ex eo quoq́ diſcipli-

nam hauriunt: librum Dei, qui eſt liber ſcripturarũ, omnino concuſcant, atq; Aegyptiorum ſummam impietatem & ſtulticiam exinde in omnes gentes deriuatã amplectuntur, & mordicus tuentur. Singulares enim ſunt (ut D. Bernard. de Præceptis & diſpenſ. inquit) qui ad bona propria ſunt ſtrennui, ad bona cõmunia pigri: in lecto uigilant, & in choro dormiunt. Et ut 30 ſuper Cant. ait: Legumina, inquiũt, uentoſa ſunt, caſeus ſtomachum grauat, lac capiti nocet, potũ aquæ non ſuſtinet pectus, caules nutriunt melancholiam, choleram porri accendunt, piſces de ſtagno aut de lutoſa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Quale eſt hoc (increpat pius pater) ut in omnibus fluuijs, agris, hortis, cellarijs, reperiri uix poſsit quod comedas? Puta te quæſo monachum eſſe, non medicum: nec de complexione iudicandum, ſed de profeſsione. Parce obſecro primum quieti tuę, parce deinde labori miniſtrantium, parce grauamini domus, parce conſcientiæ: conſcientiæ non dico tuæ, ſed alterius, ſcilicet qui prope te ſedens, & edens, de tua ſingularitate murmurat, & de tua ſuperſtitione ſcandalizatur. Hos & diuus Chryſoſtomus ſuper Epiſt. ad Hebr. taxat inquiens: Qui monachum profiteris, qui crucifixus es, qui debes lugere, rides: dic mihi, ubi Chriſtus hoc fecit? audiſti hoc alicubi? nuſquam, ſed contriſtatum ſæpius legiſti.

Iſti porrò floccipendunt & Chriſtum, & ſcripturas quæ teſtimonium perhibent de Chriſto: & ab imaginibus pictorum ac ſtatuariorum requirunt cognitionem Dei, cui & tribuunt illam auferentes gloriam Dei: non modò ex lignis & lapidibus, ſed etiam ex mortuorũ oſſibus, & ſanctorum martyrum reliquijs, materiam auariciæ ſuæ captant, ſuæ rapinæ inſtrumenta fecerunt, & indies faciunt, cum tollunt ſepulchra confeſſorum, & exponunt reliquias Martyrum, uendunt illorum cõtactus & oſcula: exornant illorum ſimulachra, & feſta illorum magnis pompis decorant: prædicant illos ſanctos, & extollunt magnis præconijs: uitam autem illorum, quos tantopere laudant, longiſsimè fugiunt. ad quos rectè loquitur Sal.

tur Saluator: Væ uobis qui ædificatis ſepulchra prophetarum, ſimiles eſtis illis qui occiderunt eos. Diſtribuūt autem gentilium quoq; more, ipſis ſanctis officia. hic enim cum Neptuno aquis pręeſt, ille cum Ioue fulmen incutit, & cum Vulcano ignem: alius meſſem curat cum Cerere, alius præeſt uitibus cum Baccho. ſic dant occaſionem dementatis mulierculis, ut quælibet habeat ſuas diuas, à quibus ceu à Lucina aut Venere liberos petant, & quæ cum Iunone iratos placāt uel uindicant maritos. idem & in recuperādis furtis ſeu amiſsis locum habet, & medicinæ, præſertim Empiricæ, multum inſeruit.

Vnde ſceleſtiſsimi iſti corriuales, & impij, de pietate Chriſtiana ac ſanctorum miraculis perperam ſentiunt, ſuperſtitioſi & improbi ſunt, cum pro miraculis prodigioſa quæque mendacia, ceu porticus nugamenta, uertunt in hiſtoriam, & ſimplicibus oraculi loco credenda proponunt, magniſq; clamoribus inculcāt. Non minus uerò ſtultiſsimi etiā ſunt, qui ijs fabulis & ſomnis fidem habent. Colunt iſti cum Romanis Iouem adulterum & ſtupratorem, & Febri publicum phanum in palatio dedicāt, & aram malæ Fortunę in Exquilijs: ſub Ditis, Plutonis & Neptuni nominibus, ipſum inferorum principem omnium infimum & miſerrimū Satanam uenerantur, aſsignantes illi cuſtodem tricipitem Cerberum: hoc eſt, carniuorum, qui ſemper circuit, quærens quem deuoret, nulli parcens, omnibus nocens, omnes accuſans.

Colunt quoq; cum Aegyptiorum dijs animalia bruta & monſtra: adhuc hodie idola & ſimulachra colūt: diſsident circa ritus, circa ceremonias, cultum, cibos, ieiunia, quæſtus, pompas, mitras, & circa purpuram. Honorati incedere uolunt, placere ſtudent hominibus (inquit D. pater in Declamatione) delectari & ſuperbire, & huic ſtudio per omnia cōformari, nec ſuam nec proximorum operantur ſalutem, nullo orationis ſtudio dediti, longè minus uerbi prædicationi. Proinde idem 2. de Conſid. ad Eugenium, ſic loquitur: Tolle hæreditaria hęc perizomata ab initio maledicta, dirumpe uelamen foliorum celantium ignominiam, non plagam curantiū; dele fucum

fugacis

fugacis honoris huius, & malè coloratæ gloriæ nitorem, ut nudè nudū conſideres, quia nudus egreſſus es de utero matris tuæ. Nunquid infulatus, nunquid micans gemmis, aut floridus ſericis, aut coronatus pennis, aut ſuffarcinatus metallis? ſi cuncta hęc, ueluti nubes quaſdā matutinales, uelociter tranſeūtes & citò pertranſituras, diſſipes & exuffles à facie conſiderationis tuæ: occurret tibi homo nudus, & pauper, & miſer, & miſerabilis homo, dolens quòd homo ſit, erubeſcens quòd nudus ſit, plorans quòd natus ſit, murmurans quòd ſit homo natus ad laborem, non ad honorem. Et paulo pòſt: Salubris copula, ut cogitans te ſummum Pontificem, attendas pariter uiliſsimū cinerem non fuiſſe, ſed eſſe. Ita tibi ſume formam, ut altus ſedens, non alta ſapiens ſis; ſed humilia de te ſentiens, humilibusq; conſentiens.

Porrò accidere ſecus ſingula, proh dolor, in confeſſo eſt, dum ſibi omnes dimenſiones corporis planè contra ſancti patris doctrinam uſurpant, longiorem uitam promittentes, in latas ac ſuperfluas curas animos diſtendentes, præſumentes in altum plus ęquo, ſimiliter in profundum deijcientes. Poſſeſsionem ui ſibi adſcribunt, cuius ſaltem diſpenſatio illis credita eſt, ut lib. 3 teſtatur: Non tu ille, inquit, de quo propheta: Et erit omnis terra poſſeſsio eius? Chriſtus hic eſt, qui poſſeſsionem ſibi uendicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono patris. Et paulo pòſt: Præſis ut proſis, præſis ut fidelis ſeruus, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Ad quid? ut des illis eſcam in tempore: hoc eſt, ut diſpenſes, non imperes: hoc fac, & dominari ne affectes hominum homo, ut non dominetur tui omnis iniuſticia. Nam nullum tibi uenenū, nullum gladiū plus formido, quàm libidinem dominandi. Certè ut multū tibi tribuas, ſi multum deceptus non es, nil te exiſtimes plus accepiſſe à magnis Apoſtolis.

Huic ſanctæ doctrinæ nil minus quàm obtemperant. Vnde paulo pòſt inquit: Audire grauat? Et ego eo libentius prædico, quo tu id moleſtius audis: ſi tibi ſic expedit, & mihi ſic. Tam non oportet me gloriam Chriſti ſilere,

ſilere, quàm nec te quærere tuam: & ſi pergis murmurare, adhuc reſpōdebitur tibi ex Euangelio Matt.7. Quanto magis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, dicentes, Bene omnia fecit. Hic aduertendum eſt, plurimos ne muſsitare quidem audere contra poteſtates: imò quo minus uel minimum quid attentent, hac ratione coacti ſilent gloriam Dei. Pius uerò pater id magis ac magis ſuo exemplo fieri debere demonſtrat, & autoritate Euangelij. Subiūgit enim: Sic factitando probatis uos habere plenitudinē poteſtatis, ſed iuſticiæ fortè non ita. Facitis hoc, quia poteſtis: ſed utrū & debeatis, quæſtio eſt.

Non ſunt igitur omnia acceptanda, quæ ab hoc Antichriſto in perſona magiſtratus fiunt, præſertim quæ ſunt contra gloriam Chriſti. Sic degenerando, generale opprobrium reddunt propriū: portiones uniuerſitatis concreditas tanquam non ſuas, ſatagūt neſcio quomodo adhuc facere ſuas. Cum parabola Nathan, de homine multas oues habente, unam quę eſt pauperis concupiſcunt: & cum rege Achab rerum ſummam tenētes, adhuc unicam uineam affectant, audientes: Occidiſti, & poſſediſti. Prætendunt fructum emancipationis, cum nullus ſit, niſi quòd (ut pius pater teſtatur eodem libro) Epiſcopi inſolentiores, monachi etiam diſſolutiores fiunt, quid quod & pauperiores?

Inſpice diligentius talium ubiq; libertorum & facultates & uitas, ſi non pudenda admodum & tenuitas in his, & in illis ſecularitas inuenitur. Matris noxiæ libertatis genimina ſoboles hæc. Quid ni peccet licentius uagum & malum liberum uulgus, cum non ſit qui arguat? Quid ni licentius quoq; ſpolietur ac deprædetur inermis religio, cum non ſit qui defendat? Quò enim refugium illis? Nunquid ad epiſcopos dolentes iniuriam? Ridentibus profectò aſpiciunt oculis, ſiue quæ faciunt mala, ſiue quę patiūtur: hiſq; ambitioſis moribus ſe cœlum poſſe aſcendere putant, quibus lucifer olim cœlo decidit.

Colunt deniq; non minori reuerentia, cum primis apud Aegyptios religionum autoribus, Priapi ſacra: quibus ſi ſacerdotes eſſe uelint, in primis initiētur. Hinc eſt,

quòd carens teſtibus, Papa eſſe non poſsit: cum prohibeantur ſpadones, eunuchi & caſtrati ab ordinatione ſacerdotali. Ideo ut in cõfeſſo eſt, ubicunq; ſunt iſta magnifica templa ſacerdotum, & monachorum collegia, plerunq; in proximo ſunt lupanaria: & plurimæ monialium & ueſtalium ac beguinarũ domus, priuatæ quædam meretricularum fornices ſunt, quas etiam monachos & religioſos (ne diffametur illorum caſtitas) nonnunquam ſub monachali cuculla, ac uirili ueſte in monaſterijs aluiſſe Romæ, Bononiæ, Patauij, Viennæ, & in plurimis locis, præſertim Salerni, ſcimus: quòd fortè Heliogabali Imperatoris inſtitutioni facilius obedire, & obſequiũ præſtare poſſe, quàm Chriſto, exiſtimarint. Et ut illuſtrium meretricum catalogus celetur, meretricios & adulterinos cõcubitus germinaſſe monachali ſanctitati ſplendidiſsimos heroas, manifeſtum eſt: puta Herculẽ, Alexandrum, Iſmaelem, Abimelech, Salomonem, Conſtantinũ, Clodoueum Francorum regem, & Theodoricum Gothum, Guilermum Normannũ, Raymirum Arragonenſem, & multos qui hodie regnant & imperant reges. ut Ladislaus Polonus accepit in uxorem Beatricem, cuius nutu Hungariæ regnum obtinuit: tandem repudiata illa, ſuperinduxit aliam ex Gallijs pellicem. Item Carolus octauus rex Francorũ, repudiata Margaretha Maximiliani Cæſaris filia, illius ſpõſam rapuit, & uxorem ſibi copulauit: quam eandem poſtea Ludouicus duodecimus, repudiata ſua, ſibi conſimili thoro coniunxit: conſentientibus iſtis & adiuuantib. regni epiſcopis & pontificibus, quibus uiſum eſt pluris facienda iura acquirẽdæ Britanniæ, quàm iura obſeruandi legitimi matrimonij.

Sic temporis ſucceſſu, & ſatanę inſtinctu, & reges atq; reginæ, huius pernicioſiſsimæ choreæ participes facti ſunt. Quo fit, ut non parum ſuperbiant, dum ſui nodi & Principes corriuales habere ſe uidẽt. Alios enim magna tyrannide huic ſubiecerunt, quod planè ſuperbum atque crudele fuit. Excõmunicabantur enim à Pontificib. Cæſares. neq; excõmunicati tantum, ſed & Imperio deiecti ſunt aliqui; ita ut nil honeſti cogitari queat in his factis

pontificum,

pontificum, præſertim ſi cauſę & rationes omnes expendantur. Hi omnes 1209 anno uno ordine excõmunicati ſunt, & fuerunt interim potentiſsimi & cordati Cæſares, qui magna & præclara negotia confecerunt: Henricus quartus Francus, Henricus quintus Francus, Fridericus primus Sueuus, Philippus Friderici primi filius, Otto quartus dux Brunſuuigcenſis, Fridericus ſecundus Henrici ſexti filius, Conradus Friderici filius. ij ut mancipia huic choreæ meretriciæ lyram pulſabant. Alios nimis in officio retinebant. tales fuerunt: Hermannus Thuringiæ comes, pater Ludouici Comitis, cui diua Elizabeth nupta erat, anno 1212: Fridericus iunior, & Francorum rex. at ſecundus hic Fridericus Cæſar, etſi annos 37 regnarit, & hic tamen tyrannidem Pontificum effugere non potuit. annos enim quinq;, antequam moreretur, à papa Innocentio priuatus eſt imperio. Nemo ſatis deplorare poteſt ſortẽ huius laudatiſsimi Cæſaris, quòd cum tam multis & præclaris uirtutibus prędítus eſſet, interim tamẽ maximas atq; grauiſsimas inſectationes Pontificum Romanorum ſuſtinuit. Iſti officio adſtricti, huic choreæ organica cantica immolabant. Alios porrò factionibus execrabilibus premebant: ut anno 1198 maximæ ſeditiones ortæ ſunt, imperãte Philippo Barbaroſſæ filio. Tum enim Pontifex Romanus Innocentius ſolicitauit ſeriò principes Electores, ut alius Imperator eligeretur, quòd Philippum ferre non poſſet, quem & antea adhuc gubernatorem Italiæ excommunicauerat. cumq; abſolutus eſſet à legato quodam Pontificis, legatus hoc nomine Pontifici pœnas dedit. Hac factione proceſsit, ut eligeretur Bertholdus dux Zeringenſis. hunc Philippus fauore principum excelluit, ideo ſponte imperio ceſſit. Pontificis autem inſtantia necdum ceſſante, effectum eſt, ut à Coloniẽſi epiſcopo, & Comite Palatino Rheni, Bruſuuigcenſis princeps, profugi Henrici filius, Otho quartus huius nominis, Cęſar crearetur. Ad hũc defecerant non pauci principes, Bohemus, Comes Thuringiæ Hermannus, epiſcopus Argentinenſis. & licet Philippo res ceſſerãt, ab Othone tamen ex inſidijs Vvitthelppach

interfectus eſt: & hic ſucceſſu temporis excōmunicatus, non multo pòſt trucidatus perijt. At tales ſunt, qui in iſta chorea pedibus plaudunt, & carmina dicunt.

Alios tandem, quos machinationibus huc compellere non poſſunt, adulationibus & indulgentijs alliciunt. Tales multi antea fuerunt. & quamuis priores modi parum hoc tempore uigent, poſtremus tamen floret, præſertim apud eos qui attentius Babylonicũ illud ſcortum audiunt, quàm Chriſtum: quem omnino exploſum habent, quem denuò crucifigunt, & Iudę oſculo tradũt, ſanguinem innocentiæ effundētes. tales huius choreæ ſunt ornamenta, & aureæ laminæ, quibus fœdiſſima plenaq́; ſtercoribus hæc circũtegitur cloaca: qui adeò hoc fœtore infecti ſunt, ut nil ſentiant odoris florum, nil turis minusq́; opobalſami, iuxta illud: Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorē Teſta diu. Tantũ ergo acquiſierunt catarrhum ex hac Antichriſti cloaca, ut amplius in habitum quaſi mutatus, non catarrhus illis uideatur, ſed naturalis & dulciſsimus quidam odor: præcipuè quia ſpeciebus ſuauioribus uidetur conditus, dum ſuas (exemplo Abrahæ, Iſaac, & cæterorum) diuitias & mundanam gloriam tuentur.

At audiant iſti principes non me, ſed diuum Bernardum, quid nam hic pius uir ſentiat de iſta comparatione: uidebitis tum demum magnũ chaos inter Abraham & Antichriſtianos ueſtros Pontifices. Is ita loquitur in Declamatione: Quid tu camele gibbum? quid tu pecunioſe proditoris loculos tollis? Non ſic impiè, non ſic ingrederis. Foramē acus huiuſmodi ſarcinas non admittit. Excuſant aliqui fortaſſe, dicentes: Abraham, Iſaac & Iacob, cæteriq́; ſancti, nunquid non terrenas diuitias habuiſſe leguntur? ſufficit nobis eſſe, ſicut illi fuerunt. neq́; enim ſumus nos patribus meliores. Si culpabilis eſſet poſſeſſio diuitiarum, nũquam illi in diuitijs tantam à Domino gratiam obtinuiſſent: aut tantam gratiam conſecuti, diuitias nihilominus poſſediſſent. Quid reſpōdebimus nouis imitatoribus ſanctorum ueterum? Imponãt certè uitulos ſuper altare Domini, mactēt arietes, hircos immolent: quia

lent: quia & hæc Abraham fecit, & hic ritus patrum: quibus non modò meliores non ſumus, ſed ne digni quidẽ ſoluere corrigiam calciamentorum eorum. Sed hæc, inquiunt, ſtatum ultrà non habent: ubi reuelata eſt ueritas, tranſiere. Quid ſi ipſas quoq; diuitias ſanctorum temporales, umbram fuiſſe dixerimus futurorũ? In figura ſiquidem eis omnia contigiſſe legimus. Deniq; quidni terrenas palàm diuitias poſsiderẽt ſancti & perfecti uiri, cum ſola adhuc terrena palàm promitterentur à Deo? Sicut enim ſacrificijs illis, ſic & diuitijs carnalibus adhuc populus diſpenſatione diuina morem gerebat: nimirũ ut tanquam paruuli, paulatim à gentilium ſecederent ritu, eadem quæ gentes dæmonijs, Domino immolantes: eademq; & illi, ſed à Domino, non à dæmonijs expectantes. Vbi ſanè cœleſtis promiſsio ſonuit, ſpiritalia iam neceſſe eſt ſpiritalibus comparari, & mutari ſacrificiũ ſpe mutata. Nouerant hæc, quicunq; uel eo tẽpore fuere perfecti: ſed ex charitate populo cohærebãt, ut in manifeſto quidem & agere eadem, & eadem quærere uiderentur.

An fortè uiolenta uideretur extorſio, quod de umbra dicimus, & ſignificatione? olim alter ſuper hęc ſcripſerat in hunc modum: Nullus mihi opponat aurum templi Iudæorum. tunc enim hoc fuit, quando ſanguis immolabatur, quod totum figura fuit. Aurum ergo repudiemus, cum cæteris ſuperſtitionibus Iudæorum: aut ſi aurũ placet, placeant & Iudæi.

Hic uidetis ô principes, quàm turpiter horũ falſa perſuaſione decipiamini, quos tãtopere ueſtro pallio obducitis, cui ueſtra omnia obtuliſtis: quorum choream, ſeu latrinam potius tapetibus circũdatam, ſi detexeritis, tum demum quod olfacere diu imbuti non potuiſtis, ſaltem oculis cernere, & palpare manibus facilè poteritis: quòd plus fidei figmentis monaſticis, nugis Pontificijs, & dictamini Antichriſti adhibueritis, quàm Chriſti. ne dicã, quòd Chriſtum planè expuleritis: quòd eum qui ſola autoritate Chriſti ſe defenderet, non Chriſtianum, ſed hæreticum aut ſchiſmaticum pronunciaueritis. Eſt'ne hoc Moyſen & prophetas audire? Sanè, cum diuite æternis

potius cruciatibus torqueri. Mandata hominũ p̃fertis diuinis. ſed audietis illud Matth. 15. Fruſtra me colũt, docentes doctrinas & mãdata hominum. Tum demum, an non pudebit uos tantæ inſcitiæ, tantæq́ pertinaciæ? an non pœnitebit tantæ crudelitatis, qua enormiter hactenus in præſentem diem ſæuijſtis in Chriſti fideles? Omnium ſanè, & meritò, uos experientia edoceret dignã facere pœnitentiam: quinimò deteſtationem immenſam, huius purpuratæ meretricis. Cognoſceretis quoq́ technas, quibus omnia machinantur mala, omnem dolum & fraudem. Deniq́ condimentum falſitatis & deceptionis intelligeretis, quo hactenus unà cum patribus ueſtris mirabiliter infatuati fuiſtis, & lenocinijs uerborum ac ficta ſanctitate in hanc Antichriſti ſententiam perducti. Quo fit, ut haud lætari poſſetis, ô Reges, dum uoſmetipſos conſpiceretis in numero talium beſtiarum. Videte quale habeatis conſortium, cum prophanis & extremæ fecis uiliſsimis nebulonibus, cum impijs religioſis monachis atq́ ſacerdotibus.

Hinc illæ fratrum Monachorũ cæterorumq́ quæſtuariorum ſectæ natæ ſunt, (ut Richardi uerba ſubiũgam) è quorum numero ſunt, qui maleficia cõmittunt religionis ſpecie, diuorum (ut aiunt) reliquias circumferentes, aut inſidioſa ſanctitate pietatẽ præ ſe ferentes, cum multis confictorum miraculorum appendicibus, diuorũ iras cõminantes, indulgentias & diſpenſationes pollicẽtes, eleemoſynarum prætextu uenantur diuitias: atq́ prouincias peragrantes, ab incautis ruſticis ac credulis mulierculis ſuperſtitioſe attonitis, ouem, agnum, hœdum, uitulum, porcum, pernas, uinum, oleum, butyrum, triticũ, legumina, lac, caſeos, oua, gallinas, lanam, linum, etiam pecunias corradentes, uniuerſam regionem deprædantur, ac onuſti opimis ſpolijs domum redeunt, ubi à ſuis magno omniũ applauſu accipiuntur, collaudanturq́. Idem illud Malleolus p̃poſitus Tigurinus cõfirmat, inquiẽs: Accedunt iſtis fratres Mendicantes atque bardocuculli, quæſtum cum pietate cõmutantes, impudenti mendicitate quocunq́ peruolant: & perfricata fronte, importuna hypo-

na hypocriſi, undiq; pecunias corradunt, ac inſigni ſycophantia in choro, in templis, in ſcholis, in aulis, in palatijs, in publicis & priuatis colloquijs, in confeſsionibus, in diſputationibus, in concionibus, è ſubſellijs, è cathedris, è pulpitis, è ſuggeſtis, impudentiæ ſuæ arcibus, ſpargunt in uulgus, indulgentiarum merces uendũt, ſua benefacta ceremonijs ementiuntur: & à mercatoribus uſurarijs, & à nobilibus prædonibus, malè partorum prædam extorquent: & à craſsis ciuibus, & indocta plebecula, ſuperſtitioſisq; aniculis nummos emungunt. de quibus & Camotenſis ſic ait: Serpentis exemplo ſtultas mulierculas primùm alliciunt, & per illas ſibi aditum parant ad fallendos uiros: qui cum affectata ueſtium uilitate oſtentent paupertatem, & uociferando prædicent ſpernendam pecuniam, fugiendã ambitionem, ipſi nihil magis curant, quàm ut plurimum pecuniæ poſsideant. atq; ob id cauſæ mare & aridam circumeunt, omniũ domos & tabernas penetrant, nec ſacra niſi pro mercede miniſtrant. Eleemoſynas quàm tyrannicè, tanquam tributum poſtulant: omnium negotijs ſe miſcent, compingũt matrimonia malè cohærentia, interuertunt teſtamẽta, componunt lites, reformant ſacras uirgines: ſed omnia hæc, non niſi ſuo compendio.

Hæ ſunt artes fratricæ, ô Reges, quarũ iugo uos ſubiacetis, quorũ conſortio iungimini, quos protegitis & defenditis: quibus iſti in tantam excreuerũt autoritatem, ut timori ſint ipſis Põtificibus & Monarchis, diuitiasq; tantas & pluſquàm mercatorum opes ac principium theſauros congeſſerint, & multis aureorũ millibus mitras & capella mercati ſint, ſummumq; Pontificatũ ingentibus pecunijs ambierint. Iſti ſunt, ô Principes, qui ſuæ poteſtati uos uelut cornua tauri alligarũt. An neſcitis, quãta tyrannide Templarij in uos ſęuiebant? An nondũ ſentitis, uos chorea hac monachorũ longè adhuc magis inuolutos?

At uos gubernatores mũdi, expergiſcimini dum tempus eſt, operemini bonum dum lucem habetis. An non pudet uos, iſtis hiſtrionibus, iſtis rabidis & inſenſatis lupis ſociari? Ego tam diu uos, qui hodie Reges & Imperatores,

ratores & Principes exiſtitis, non pro populo, pro ciuibus, pro plebe, pro iuſticia: ſed pro nobilitate tuenda, cõfirmãdaq́ꝫ, pro huius Monachorũ impiæ choreæ fauore natos cõſtitutosq́ꝫ exiſtimabo, quàm diu ſic uos regnare deprehendero, ut non ueſtræ cuſtodiæ traditæ, ſed rapinæ & depopulationi datæ ciuium omnium fortunæ uideri poſsint: ſi more Antichriſtiano omnia ab omnibus auferetis, & ſubiectis ueſtris utemini pro arbitrio. tum enim, proh dolor, tyrãnis Babylonica in regibus antichriſtianis regnat, cum ſubiectis utuntur pro placito, & conceſſa eis deſuper poteſtate in ſubditos abutuntur. ciues mutationibus, plebem indictionibus, alios exactionib. cæteros uectigalibus, alios ſuper alios ſine modo, ſine fine orantes modeſtiam non in cõmune bonum, ſed in ſua cõmoda conuertunt: ſubditis bene eſſe, quo ipſis bene ſit, permittunt, habeantq́ꝫ, cum uelint, quod rapiant: & quo iuſticiæ ſibi laudem aucupentur, leges arctè ſanciũt, ſed auaritiam & crudelitatem iuſticia ueſtiunt: preuaricationis reos terribilibus ſupplicijs, bonorum proſcriptionibus, & multis enormibus afficiũt: in hoc tyrannis non meliores, quòd cupiũt quamplurimos eſſe præuaricatores. nam ut ſcelera delinquentium uires ſunt tyrannorũ, ſic multitudo tranſgreſſorum diuitiæ ſunt principum.

Hinc uidetis, ô Principes, quomodo & in quibus ſocij eſtis Monachorũ, & articulata membra huius impiæ choreæ: ſocij inquam caſtrenſes, conuentuales, & priuati, in quibus continetur quicquid eſt aſtutiæ, de prouentibus, moneta, uectigalibus, decimis, uſuris, fœnoribus, monopolijs, & comparãdi lucri, de ſodalitijs, fœderibus, litibus & bello: dum alitis collegium Gigantum, & famoſorum nebulonum conuentus, theatrum peſsimorum ſatellitum, & ſcholam corruptiſsimorũ morum & execrabilium ſcelerum aſylum: dum ſuſtinetis adulatores, ſuſurrones, detractores, renunciatores, calumniatores, ſycophantas, pſeudolos, famicidas, ſupplantatores, inuentores malorum, cæterosq́ꝫ tempeſtatum populos, Thraſones, qui faſtu & pompa inſaniunt: ad quos undiq́ꝫ confluunt mimi, hiſtriones, paraſitę, meretrices, lenones, ſaltatores,

tatores, & huiuſmodi prodigia hominum, apud quos uelut in Centaurorũ conuiuijs Bacchi munera non ceſſant: ſic ſua prodigũt ſemel, ut trimeſtri toto impudenter menſas circumeant alienas. qui uos nouitatũ rumuſculis cum aſperſerint, & aures ueſtras titillarint, paulatim ad ea quę cupiunt procedũt: quibus uos Principes ſi arriſeritis, annueritiſq́, & gratum quid acceptumq́ intellexeritis, ſi credideritis, & ex illis confabulatorem quempiam ſecretum adduxeritis, reliquos non item, magnus erit ille in oculis hominum, totuſq́ tumebit, & potentiam adfectabit, honorem & adorationem exiget, etiam per contumeliam. quorum cupiditatibus ſi morem geritis, illis ad omne ſcelus parebitis: eorum hortationes aut diſſuaſiones recipietis, futilibus & infirmis rationib. conuicti. adeoq́ credulos, ueſtros confirmantes errores, utrobique decipient: ut non modò de proditionis perfidia non poſsint argui, ſed inſuper gratiam mereantur. Tales habent Reges & Imperatores, tam in rebus prophanis quàm ſacris, ad mala conſilia nimium promptos: qui ipſos in omnem perfidiam & tyrannidem impellunt. atq́ ij interim optimi habentur, & fideles: qui & ipſi ſuos habent adulatores, paraſitoſq́, omnibus omnia fieri ſtudentes, plures quàm Proteus ſpecies mentientes. qui & exploratores & delatores magno fauore complectũtur, ut ſciant quibus Principem crebrius decipiãt. Gratiam ij omnem uenalem habent, uirtutem omnem contemnũt, aliorumq́ laudes diuerſis ſententijs frangunt, & poſt terga artificioſe cuilibet detrahunt, neminem ſine exceptione laudant, æmulorum calamitatibus gaudent, nullius malo compatiuntur: nulli promiſſa ſe debere putãt, niſi pro ſua libidine: nulli gratiam referũt (ut Aulicus ille refert) ſed omnes pariter aut beneficio indignos iudicant, aut negligentia prætereunt: nonnullos odio compenſant, ſed in odio gratiam fingunt, & diſsimulant iram. præter Principem aut Regem, neminem obſeruãt aut uerentur: ſed ne hos quidem, niſi aut metu, aut pro cõpendio. Sic fit, ut & reges Antichriſtiani regni, & regum primates, aptiſsime quadrent ad hanc choreã, ſcelere omni refertiſsimã.

Quòd ſi rectius examinauerint ſingula, in hac chorea uarias ſpeluncæ latebras, uarioſq; eiuſdẽ latrones corriuales ſuos eſſe, cum quibus pedibus plaudũt, ſaliuntq; in hoc pertinaci gyro, & periculoſiſsimo mari, cõmittunt ſortilega digamorum ſponſalitia, recipiũt blandularum puellarum oſcula, camelos ſaltãtes ſe exponunt, paludatos heraldos & tenebricoſos oniropolas, atros Goeticos, defunctorum inclamantes animas, excantantes pueros, & in eloquium oraculi elicientes: dęmonibus ſe ſubmittentes, illiſq; ſacrificantes, & adorantes, idololatriæ & uiliſsimæ deiectionis rei efficiuntur.

Itaq; ô Apoſtoli, ô Reges inclyti, cõſpicite undiquaq; imminere animab. ueſtris, poteſtatiq; ueſtræ ruinã, procul omni dubio: redite ad uoſmetipſos, reſumite heroicum illum antiquitùs datum animũ, ac extricate uos ex hoc labyrintho, ex hac fœdiſsima cloaca: erigite corpora ueſtra uiuentia, & offerte Deo: reſpicite illum qui uos principes cõſtituit terræ, qui uobis poteſtatẽ tradidit: & ſcitote, quòd magnũ onus ſit uobis impoſitum, & quòd omnium uitæ actionum exactam reddituri ſitis rationẽ. Regite fœlices, cuſtodite uias Domini, Chriſtum Dei filium ſequimini, agnum illum immaculatum, qui ſuſtulit peccata mundi: probate ſpiritũ Dei & Antichriſti: hunc fugitote, illum amplectimini: ſic facile choream hanc euitabitis. Eſtote miſericordes, ſicut pater ueſter qui in cœlis eſt. Voſq; Pontifices, hæreticos non per tenebricoſa argumenta, & rixoſos ſyllogiſmos, ſed per uerbũ Dei, de fide catholica diſputando, & per ſacras literas cõuincite: deinde iuxta ſacrorum canonum documẽta, & ſacrorum conciliorum conſtitutiones, negotium terminate: & inquiſitum ad fidem orthodoxã reducite, aut hęreticũ declarate. neq; enim hæreticus eſt, qui temerarius non eſt: nec fautor hæreticorũ cenſendus eſt, qui innocentem criminis & indemnatum hæreſeos defendit, quo minus ad iniquorum aliquot inquiſitorum, imò rapaciũ luporum tribunal, & in locum non tutum tradatur dilacerandus.

Præterea abſtineatis uobis à ſectarum inſtitutione. Quicunq; enim in Eccleſia Dei ſectas introducũt, & tanquam ſibi

quam ſibi placentes, quæſtus cauſa, aut fictæ ſanctitatis gloria, ſecedunt ab Eccleſia: ij tanquam Nedab & Abiu, alienum ignem offerentes ad altare Dei, ab eo cōburentur. Qui uerò elati, & peruerſæ ſententiæ excogitatis hęreſibus, exurgere audent aduerſus Eccleſiam Dei: cum Dathon & Abiron uoragine terræ abſorpti, uiui deſcendent in infernum. Qui autem ſcindunt unitatem religionis, & Chriſti membra diuidentes affligunt eccleſiā Dei, eadem pœna qua Ieroboam exterminabūtur. Hoc ſi feceritis, ô Pontifices, nemo ſe uobis opponet, aliàs inultus non permanebit à Domino. Dathan & Abiron reſtiterūt Moſi, & terra uiuos abſorbuit: multi cum Chore conſpirauerūt aduerſus Aaron, & igne conſumpti ſunt: Achab & Iezabel perſecuti ſunt prophetas, & canes comederunt eos: egreſsi ſunt pueri ut illuderent Heliſęo, & urſi dilaniarunt illos: Ozias contra ſacerdotes ſacerdotiū ſibi arrogare auſus, leproſus factus eſt: Saul, quia pręter Samuelem ſacerdotum principem ſacrificare pręſumpſit, regia unctione ſimul & prophetico ſpiritu priuatus à Deo, datus eſt ſpiritui malo.

Videant igitur ſummi Pontifices, ne alios ſe gerant, quàm Moſes, Aaron, Heliſæus, Samuel, & reliqui prophetæ: atque ita iuſtum erit, ut qua decet reuerentia, teneantur. Neſas enim eſt, propter modicas & quaslibet cauſas, quæ Chriſtianæ fidei nihil officiunt, unitatem Eccleſiæ ſcindere, & corpus Chriſti diuidere: & quod Phariſæis Saluator improperat, excolare culicē, & camelum glutire: atq; turbata pace Eccleſiæ, in illis pugnare, unde plus obſit ſchiſmatis pernicies, quàm proſit correptio.

Potuiſſent Romani Pontifices multa mala ſuſtuliſſe, pacatamq; & integram ſeruare Eccleſiam, ſi toleraſſent Grecorum fermentum, & Bohemorum calicem, & compeſcuiſſent abuſum Miſſæ: qui utplurimùm in eo uerſatur, quòd illegitimam contineat applicationem. Miſſa enim inſtituta eſt, non oblatio pro uiuis & defunctis, ſed comeſtio corporis & ſanguinis Chriſti filij Dei uiui, cum annūciatione eiuſdem mortis. nec habent iſti idololatræ ullum mandatum Chriſti, poſt paſsionem, ut id faciant in

ſuam cõmemorationem, utpote offerant, quemadmodum ipſe ſe obtulit in ara crucis: quãquam id fieri nugantur incruento modo: ſed nequaquã debet, minus cruento, ut tota epiſtola ad Hebræos teſtatur. quoniam omne ſacrificium propitiatorium ceſſauit: & ſolum euchariſticum nobis relictum eſt, quod conſiſtit in gratiarũ actione, & oblatione laudis. An uerò Miſſa talis oblatio ſit, quæritur. & patet, nequaquam eſſe, ex minori & maiori Canone, qui ex diametro pugnat cum fine ſeptimi capituli ad Hebræos. Quòd uerò cõmemorationem Chriſti mortis habere debeamus, manifeſtè traditur 1. Corint. 11, per annunciationem, id eſt prædicationẽ, & non oblationem. Nec enim datum eſt corpus & ſanguis poſt paſſionem, ſed antequam pateretur, inquit Paulus.

Hic negabat quidam albicans Nigrita, haud uulgaris doctrinę, & prouectioris ætatis, Chriſtum iuſsiſſe in cœna, antequã pateretur, id fieri in ſuam cõmemorationem. At ſciat hic ipſe uir, Paulum ſic loqui: Antequam pateretur, accepit. Imò ipſe euãgeliſta Lucas 22. cap. in hæc uerba loquitur: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis datur: hoc facite in meam cõmemorationem: ſimiliter & calicem, poſtquam cœnauit, dicẽs: Hic eſt calix nouum teſtamẽtum in ſanguine meo, qui pro uobis fundetur. Vnde manifeſtè patet, nedum ante paſsionem, uerumetiam in ipſa cœna, ante calicem, præcepiſſe Chriſtum ut id faciant in ſuum cõmemorationem. Sed hanc materiam fuſius alibi tractaturus ſum, Deo propitiante. Si igitur retinuiſſent ueram inſtitutionem Apoſtolicam Pontifices Romani, haudquaquam tot controuerſijs in religione præbuiſſent occaſionem. Neq; uerò multo maiora hæc ſunt, quàm quod Innocentius octauus (Volaterrano teſte) conceſsit Noruegijs, ut liceret illis ſine uino ſacrificare calicem.

Sciendum quoq; eſt, ô Pontifices, magno opus eſſe iudicio, ut piè ſentiatis de imaginibus & ceremonijs. Imaginum enim exuperans cultus, idololatria eſt: quemadmodum reliquiarum abuſus, execrabile ſcelus. Imagines.

item,

item pertinaciter deteſtari, impiũ eſt: quamobrem olim Philippus & Leo tertius Imperatores damnati ſunt. Pari ratione reliquiarum irreuerentia, à Vigilãtio Gallo progenita, ab Hieronymo profligata fuit.

Nolim autem, ô Pontifices, uos certitudinis regulã in credulitate collocare: imò conſiderate ab initio mundi, quot ſunt, quot fuerunt in religione ſtudia, quot ceremoniæ, quot cultus, quot ritus, quot hæreſes, quot placita, quot uota, quot leges: & nondum à tot ſeculis homines ad rectam fidem perducere poteſt religio, abſque uerbo Dei. Huic ergo inſiſtite, quo incarnato, & in cruce de hoſtibus triumphante, deiecta ſunt templa & idola, & deorum poteſtates ablatæ, defeceruntq; oracula, & ſatanas ſicut fulgur de cœlo cecidit: Lucæ 10.

Non minus eſt, ô Põtifices atq; Reges, quod cupiam uos uitare, ipſam nempe fornicationem: propter quam, produnt ſacræ literæ, filiorum Seth cum filiabus Cain, prope uniuerſum humanum genus diluuio extinctum. Propter fornicationis impetum deletæ ſunt Sichem, & domus Emor, & penè tota tribus Beniamin. Item, quoties Iſrael propter fornicationem externarũ fœminarum percuſſus eſt, & in ſeruitutẽ datus? Iamq; propter unius regis Dauid adulteriũ, quanta ſtrages peſte, fame & gladio facta eſt? Ob id quoq; Thebani, Phocenſes, Circei, expugnati atq; deleti ſunt: & plurima ſimilia huius rei exempla tam prophana quàm ſacra extant.

Vos tandem, ô Principes, aduertite: ut reſpublica optimè adminiſtretur, nulla philoſophia, nulla ars, nulla ſcientia præſtant, ſed probitas rectorum. optimè enim unus, optimè pauci, optimè populus imperãt, ſi probi ſint: peſſimè autem, ſi ſint improbi.

Ita uidetis, Põtifices ac Reges Chriſtianiſsimi, quid facto opus ſit: quomodo & illi qui huic choreæ monachorum ſe dediderunt, eripi: quomodo item extra iſtam ſiti, ne capiantur, ſeſe munire debeant, ſecundum D. Bernardum in Declamatione, uti diſcant ſolita ſpiritus libertate, nulli blandiri, palpare nemini, ſed nudè nudam promere ueritatẽ. Clericus, inquit, qui partem habet in terra,

non habet partem in cœlo. Itemq́ꝫ: Clericus, ſi quippiam habuerit præter Dominũ, pars eius non erit Dominus. uerbi gratia, ſi aurum, ſi argentũ, ſi poſſeſsiones, ſi uariam ſuppellectilem, cum iſtis Dominus pars eius fieri non dignatur. Caueant igitur, qui primas cathedras amant, ne contingat carere ſecundis: & qui primos nunc recubitus eligunt, incipiant cum rubore locum tenere nouiſsimũ. plus enim concupiſcentia mundi, quàm ſubſtãtia nocet: & hæc fugiendarũ cauſa diuitiarum pręcipua eſt. Agite ergo, qui relinquere uniuerſa diſponitis, uos quoq́ꝫ inter relinquẽda numerare mementote. Imò uerò maximè & principaliter abnegate uoſmetipſos, ſi deliberatis ſequi eum qui exinaniuit propter uos ſemetipſum. Ponite grauiſsimam ſarcinam: ponite aſinariam molam, terrenã molem: ponite illa quinq́ꝫ non hominũ planè iuga, ſed boũ, quæ uobis inſipiẽter emiſtis: nec plus uero uobis tribuatis, nec plus iuſto parcatis.

Cæterum, ô Pontifex, ſi ſapis, non primatu gaudebis, ſed fructu. Quid de tuo populo Romano loquar? Audi 4. de Conſid. D. Bernardũ: Quid tam notũ ſeculis, quàm proteruia & faſtus Romanorum? Gens inſueta paci, tumultui aſſueta: gens immitis & intractabilis, uſq́ꝫ adhuc ſubdi neſcia, niſi cum non ualet reſiſtere. En plaga, tibi incumbit cura hæc, diſsimulare non licet. Rides, me forſitan fore incurabilem perſuaſus. Noli diffidere, curã exigens, non curationem. Deniq́ꝫ audiſti, Curã illius habe: & non, cura uel ſana illum. Quid ſi ſummus Pontifex ſis? Nũquid quia ſummus Põtifex (inquit Bernardus) ideo ſummus? Infimum te noris eſſe, ſi ſummum putas. Qui ſummus? Cui addi non poſsit. Grauiter erras, ſi te illũ exiſtimes: abſit, Non tu de illis es, qui dignitates uirtutes putant. Tibi antea experta uirtus, quàm dignitas fuit. Auguſtis relinquito illam ſententiam, alijsq́ꝫ qui diuinis coli honoribus non timuerunt: uerbi gratia, Nabuchodonozor, Alexandro, Antiocho, Herodi. Tu uerò conſidera, non conſummatione ſummum te dici, ſed comparatione, non meritorum, ſed miniſteriorum. Nam planè Apoſtolis interdicitur dominatus in Euangelio 22 Lucę:

Reges

Reges gentium, dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici uocantur. Et infert: Vos autem non ſic. Sonas enim tibi Epiſcopi nomine, non dominium, ſed officium. Diſce, ſarculo tibi opus eſſe, non ſceptro. Vt opus facias prophetæ, præter ſalutem propriam cogites nihil. Quicquid ſe conſiderationi offerat, quod non quoquomodo ad tuam ipſius ſalutem pertineat, reſpue. Si diſcipulus Chriſti es, igneſcat zelus tuus, perſtrepant in palatio leges: ſed caue Iuſtiniani, quin potius Domini. Si enim (ut Apoſt. 1 Cor. 6 docet) in uobis iudicabitur hic mũdus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis. Fructus quippe horũ non ſunt aliud, quàm aranearum telæ. Non patiaris ut fulgeat Eccleſia in parietibus, & in pauperib. egeat: ut ſuos lapides induat auro, & ſuos filios nudos deſerat: ut de ſumptibus egenorum ſeruiatur oculis diuitum: ut inueniant curioſi quo delectentur, & non inueniant miſeri quo ſuſtententur. Da obſecro operam, ut aliquando congratulari tibi poſsim, utq; nunc uerè opto cum D. Bernardo: Quis det uiuere, ut uidere contingat? O' ſi uiderem in uita mea, Eccleſiam Dei talibus innixam columnis. O' ſi Domini mei ſponſam cernerem tantæ commiſſam fidei, tantæ creditam puritati. Quid me beatius, quid'ue ſecurius? cum eiuſmodi circa me uitæ meæ & cuſtodes ſpectarem ſimul, & teſtes: quibus omnia mea ſecreta ſecurè cõmitterem, communicarem cõſilia? quibus me totum refunderem, tanquam alteri mihi? Qui, ſi uellem aliquatenus deuiare, non ſinerent, frenarẽt præcipitem, dormitantẽ ſuſcitarent? Quorum me reuerentia & libertas extollentem reprimeret, excedentem corrigeret? Quorum me conſtantia & fortitudo nutantem firmaret, erigeret diffidentem? Quorum me fides & ſanctitas, ad quæq; ſancta, ad quæque honeſta, ad quæque pudica, ad quæq; amabilia, & bonæ famæ prouocaret?

Et nunc reduc oculos, ô Põtifex, ad eum qui nunc eſt Curiæ ſiue Eccleſiæ ſtatum, & ſtudia Prælatorum: ad ipſam nempe choream ſolitariæ opinionis, ſeu Monachorum: atq; conſidera, ſanctam catholicam Eccleſiam matrem eſſe,

trem eſſe, non dominam: & te non dominum epiſcoporum, ſed unum ex ipſis. obſerua item formam iuſticię, ſanctimonię ſpeculum, pietatis exemplar, ueritatem, fidem, prædicationem Euangelij, Chriſtianam plebem, immaculatam ſponſam, ſponſæ paranymphū, ſapientiam cum timore, reſpectum oppreſſorum & pauperū, tutelam pupillorum & uiduarum, gloriam Dei, legis diuinæ ueram propugnationē, ſal terræ, lumen ſinceræ ueritatis, ſacerdotium altiſsimi, Chriſtum dominū, libertatem Chriſtianam, iuſtificationem gratuitam, fidem in Chriſtū, ſpem & charitatem: eccleſiam ueram, & non hypocriticā aut Antichriſtianam: poteſtatem eccleſiaſticā, & non ſecularem: miniſtrorū eccleſiæ debitam electionem, uocationem, ordinationē, & miſsionem: ceremonias pias, ſacramenta uera quę Chriſti ſunt, baptiſmū, cœnam Domini, & abſolutionē, item ſacrificiū laudis ſeu gratulatorium: conſcientiam bonam, pœnitentiā, confeſsionem, & ſatiſfactionem ueteris Eccleſiæ, regnū Chriſti, crucem & afflictionem propter Chriſti nomē, mortem temporalem, reſurrectionem, & uitam ęternam. Hoc enim faciēs, cum Timotheo & teipſum ſaluū facies, & eos qui te audiunt.

¶ Etſi certò ſciam, tuam ſereniſsimā Maieſtatem, Rex Chriſtianiſsime, in uera & Chriſtiana Religione adeò conſtantem eſſe, ut etiam omnes inſidias Satanę nil moretur, ſubinde puram doctrinam Chriſti propugnando (nec id à me eo animo ſcriptum eſt, ut quicquam dubitem de tua perſeuerantia) uolui tamen hoc ſcripto nodum Antichriſti oſtendere tuæ Celſitudini, & turpitudinem ſummam Romani ſcorti aperire: tibiq́ꝫ ex animo precari, ut perpetuò fulgeat lumen gloriæ Chriſti, quæ eſt imago Dei, ad honorem ſanctiſsimi nominis ſui propagandum & retinendum. Quod faxit is qui omnia condidit, Amen.

FINIS.

AD SERENISSIMVM AC CHRISTIANISSIMVM REGEM BOEMORVM, Diuum MAXIMILIANVM, Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, &c.

PAVLI SCALICHII de Lika, Tractatus De Labyrintho Romani Antichriſti.

QVEMADMODVM magna prudentia Antiochus, & haud temerario conſilio, religionis diuerſitatem ſublatam eſſe uolebat, Chriſtianiſs. Rex, quòd uideret ob religionem, reſiſtere ſæpe Iudæos gentium regibus, ad quorum idola colenda ut Iudæi facilius impellerētur, exuri Bibliorum libros iuſsit, ac uerbum Dei & uniuerſam legem extirpari, & crudelibus admodum ſupplicijs affici eos qui à fide ſua deficere nollent: ita ſanè & Papa ludens in diuinis rebus pro ſua uoluntate ac iudicio, religionem falſam, perinde ac Mahometes, eiusq́ prætextu nouum regnum, ac ſummā poteſtatem in Reges & Imperatores inſtituit: cumq́ ea religio non ſit prorſus abſurda, ac blādiatur in primis rationi humanæ, prætermiſsis omnibus ferè ſublimioribus ſententijs, & articulis fidei, eam ſolam doctrinam retinuit, quæ de bonis moribus præcipit, & quæ irrepere facilius ſolet in animos hominum, quàm doctrina de fide. Proinde ſub imagine & exemplo huius Antiochi, ſimul depinxit Daniel Antichriſtum: & ſignificauit regnum huiuſmodi fore, in quo affligātur Chriſtiani, & deleatur uerbum Dei: ac uiciſsim religio inſtituatur in ſpeciem, quæ aduerſetur uerbo Dei, per quam occaſio cōtingat ad potentiam & ampliſsimas opes conſequendas.

Huius Antichriſti ſeruos numerat 33 cap. ſuper Cantica D. Bernardus, Præpoſitos, Decanos, Archidiaco-

nos, Epiſcopos & Archiepiſcopos. Hunc item Antichriſtum in libris de Conſideratione ſatis abundè deſcribit, inquiens Cõſtãtino, non Petro eum ſucceſsiſſe: qui neſcitur proceſsiſſe aliquando uel gemmis ornatus, uel ſericis, non tectus auro, non uectus equo albo, nec ſtipatus milite, nec circumſtrepentibus ſeptus miniſtris: abſq; his credidit tamen, ſatis poſſe adimpleri ſalutare mãdatum. Ibidem & dęmonem eum appellare non ueretur, dicens: Inter hæc tu paſtor procedis deauratus, tam multa circũdatus uarietate. Oues quid capiunt? ſi auderem dicere, dæmonum magis quàm ouium paſcua hęc. Scilicet ſic factitabat Petrus? ſic Paulus ludebat? Vides omnem eccleſiaſticum zelum feruere ſola pro dignitate tuenda? &c.

Hunc ipſum & diuus Hieronymus in præfatione Didymi de ſpiritu ſancto, purpuratã meretricem nuncupauit. quæ ſic incipit: Cum uerſarer in Babylone, & eſſem purpuratæ meretricis colonus, &c. Vnde facilè cõſtat, quem Daniel, quem item diuus Ioannes in Apocalypſi, Antichriſtũ eſſe debere uaticinati ſint. Hic eſt, qui nulli dominio ſubijci patitur: quod uel ex Gregorio VII, antea Hiltebrando appellato, patet, qui excõmunicauit & perſecutus eſt Henricum quartũ, bellis etiam acerrimis concitatis, ut adſereret & obtineret, ſine Cæſaris ſuffragio & confirmatione Pontificem creandum eſſe, ne Cæſares autoritatem ſibi uendicarent in Pontifices dominandi. Imò hic Monachorum conſul & prætor, potentior & opulentior factus, regna hæreditario quodam iure ad ſe trahere, & cum Cęſaribus & principibus bella gerere non formidat: quod (ut alios prętereã) uel in Paulo quarto, antea Cardinale Theatino, moderno Papa conſpicere licet. is enim regnum Neapolitanũ, ad ſe ſuamq; eccleſiam pertinere, præter omnem pudorem cum magna temeritate aſſerit: quaſi reliquerit Meſsias, ut Iudæi ſomniant, benedictionem corporalem, & non potius ſpiritualem. Cuius rei uel bellum 1557 anno ſuſceptũ aduerſus Philippum Angliæ regem, indubitatũ eſſe poteſt teſtimonium. Hic inquam eſt, qui non cõtentus conſecuta libertate, dominium ipſe in Cæſares, Reges & Principes,

cipes ſibi tandem uſurpat, & magna ſuperbia atq; crudelitate eos quibus ſubeſſe deberet, non excōmunicat tantum, ſed imperio deijcit. Potentiſsimi & cordati Cæſares, qui magna & præclara negotia confecerunt, hi uno ordine excōmunicati & deiecti Chronicis produntur: Henricus quartus Francus, Henricus quintus Frācus, Fridericus primus Sueuus, Philippus Friderici primi filius, Otho quartus Brunſuigcenſis, Fridericus II Henrici ſexti filius, Cunradus Friderici filius. Non poſſum præterire ſummam & impietatem & tyrannidem Innocentij tertij. Is perſecutus eſt Cæſarem Philippum. & dixiſſe fertur, ut Chronica teſtātur: Velle ſe Philippo imperialē coronam adimere, aut Pōtificiam infulam amittere. Inſignibus Imperij donauit Othonē Saxonem. Sed ne hæc quidem diuturna & firma amicitia fuit. nam non multo pòſt, Otho à Pōtifice excōmunicatus eſt, & deiectus Imperio: in cuius locum Fridericus, huius nominis II, Barbaroſſæ filius, Neapolitanus, Siciliæ rex, & Sueuiæ dux, Cæſar delectus eſt: qui conſilio Papæ Innocentij, bellum aduerſus Othonem quartum cum geſsiſſet, idem tādem pręmium retulit, quod alijs Cæſaribus contigit ante ſua tempora. antequam enim moreretur, annis quinq; à Papa Innocentio priuatus eſt Imperio. Quod ne & noſtri temporis principibus eueniat, niſi aliter rebus ſuis conſuluerint, uerendum eſt: ſiue id potentia, ſiue alio aſtu, quo ſatis abundat Romanum ſcortum, contingat.

Huius rei nunc pulcherrimū initium facit Paulus IIII, qui Ferdinandum Cæſarem, tuum parentem, pro Imperatore agnoſcere non uult, tantum abeſt ut coronet. ita fit Sereniſs. atq; Chriſtianiſsime Rex, ut nihil honeſti cogitare queas in his factis Antichriſti, præſertim ſi ipſius auiarium, ex quo tot mōſtra oriuntur, ſeu Labyrinthum diligentius expenderis, quo pios Principes inuoluit, ac pro ſuo arbitrio & flectit, & omnem tyrannidem ſumma cum crudelitate exercet. Hunc ideo ſuccinctiſsimè tractare propoſui, ut innoteſcat & dolus, quo circumueniri cùm Principes tum populus ſolet: & remedium, quo reprimi hic animæ & corporis hoſtis debeat.

Potiſsima ergo præcipuaq́ cauſa huius Labyrinthi, quo etiã eximiæ, nedũ ſimplices mentes intricantur, eſt, infidelis ſcriptorum aduerſorũ interpretatio. Adeò mentiuntur enim nouos ac penè inauditos ſenſus, Scripturæ & rationi contrarios: ut ualde mirer tantã eſſe impudentiam in aduerſarijs, qui mutilatas quaſdã ſententias noſtras circũferre, & ubiq́ ſpargere, ac pro arbitrio deprauare audent, dum aſſerunt nos negare autoritatẽ Eccleſię & Cõciliorum: docere, ſolam fidem hiſtoricam neceſſariam ad ſalutem: opera damnare, & ſacramẽta auferre.

Eiuſmodi nugis quum Principes & imperitũ uulgus fidem adhibent, cur nobis indignentur non eſt mirum, quodq́ terreantur à uera cognitione. Verùm ſi negotium rectius examinauerint, deprehendent, hoſce ſuos Epicureos mera dictare mendacia, & deprauatas ſententias citare, ut eo magis cõcitent Principes, & acerbiores eorum animos reddãt erga pios recteq́ de religione ſentientes. Quis unquã obſecro legit uel apud minimum ueræ confeſsionis doctorem, eccleſiæ autoritatẽ negari?

Hoc fortè inueniet, eccleſiam Romanam non eſſe uniuerſalem. Item, quòd autoritas Eccleſiæ uniuerſalis non pugnet cum doctrina Prophetica & Apoſtolica, ſuper quam & fundata eſt: ideoq́ uitandam eccleſiã, quæ ſpargit diuerſas opiniones à uero Prophetico & Apoſtolico ſenſu: qualia ſunt multa Cõcilia, quę non modò Scripturæ ſacræ, uerumetiam ſibimetipſis contradicunt. Nec ideo negamus ſanctorum patrum expoſitionem, ut falſò de nobis fertur: quam magis amplectimur multo quàm aduerſarij, ut patet in omnibus noſtris ſcriptis: & oſtendam quoq́ apertè, etiam locis ſcholaſticis (quos pro ſe pugnare autumant) eorum propoſitum deſtrui. Quis item apud noſtros audiuit aut legit, nos de ocioſa noticia hiſtoriæ loqui: dum aſſeueramus, ſola fide in Chriſtũ iuſtificari? Planum utiq́, & omnibus manifeſtũ eſt, nos de tali ſemper fide loqui, quæ non eſt ocioſa cogitatio: ſed quæ à morte liberat, & nouã uitã in cordibus parit, & eſt opus ſpiritus ſancti: non ſtat cum peccato mortali, ſed tantiſper dum adeſt, bonos fructus parit. Vnde manifeſtè apparet,

ſtè apparet, nos non damnare bona opera: imò conſtanter potius tueri, eſſe faciēda bona opera, quia Deus ea requirit: ideoq́ ſunt effectus regenerationis, quę neceſſariò ſequuntur fidem, tāquam gratiarū actio erga Deum, in quibus fides exercetur & creſcit, atq́ alij inuitātur noſtro teſtimonio ad pietatem. Concedimus quoq́ opera aliquo modo eſſe meritoria, non remiſsionis peccatorū, aut iuſtificationis, ſed aliorum præmiorum corporalium & ſpiritualium, quæ redduntur tum in hac uita, tum poſt hanc uitam. Neq́ fides ideo iuſtificat aut ſaluat, quia ipſa ſit opus per ſeſe dignum: ſed tantum, quia accipit miſericordiam promiſſam. quo fit, ut hac fide ſaluari dicamur, quæ aſſentitur promiſsioni, ſicut Paulus ait: Iuſticia ideo eſt ex fide, ut firma ſit promiſsio. Quapropter illud quod aduerſarij ex Iacobo adducunt, Ex operibus iuſtificari hominem, non ex fide tantū: ut reliqua prætercam, nil militat aduerſus nos. Primò, quia non docemus mortuam fidem, de qua ibi Iacobus diſputat. Deinde, quòd puerilis ſit hæc conſequentia: Ex operibus iuſtificamur, ergo opera iuſtificāt. Antecedens enim fidem intelligit. quare rectius conſequentia ſtaret: Ergo fides iuſtificat. dicit enim paulo antè: Oſtendam tibi ex operibus fidem. id ergo iuſtificat, quod ex operibus monſtratur: nempe fides. Quaſi dicat, Non iuſtificabitur quis fide tantum, id eſt fide mortua, quæ eſt ſine operibus: ſed iuſtificatur uiua fide, quæ eſt ex operibus: id eſt, quam conſequuntur opera, tanquam fructus & neceſſaria teſtimonia fidei. Hinc patet, quàm claram & lucidam ueritatem defendamus, quam aduerſarij noſtri perperam & diſſolutarū ſcoparum more ſecant & reſecant.

Præterea, quónam zelo audēt ſpargere, nos ſacramenta auferre: cum hoc antea ipſi probauerint, quòd fateamur ſacramenta non eſſe tantū notas profeſsionis inter homines, ut quidam fingunt, ſed magis eſſe ſigna & teſtimonia uoluntatis Dei erga nos, per quæ mouet Deus corda ad credēdum? Quòd autem dicamus, ſacramenta non conferre gratiam per ſe, ſanè non eſt nouum, nec abſimile definitioni ſacramēti, ut in terminorum Theo-

logicorum declaratione Bonauentura docet, inquiens: Sacramentum eſt materiale elementum, oculis ſubiectum, ſimilitudine repræſentans, inſtitutione ſignificās, ſignificatione gratiam conferens. Hinc non poſſum elicere, ſacramenta gratiam per ſe conferre: ſed ſignificatione ſacramentali, ſic baptiſmus cōfert gratiam, non quòd aqua ſit, ſed quia ſignificat regenerationem in Chriſto IESV. Similiter duo ſola ſacramenta Bonauentura 4. Sent. diſt. 8. de Inſtitutione ſacramenti euchariſtiæ, Dominum inſtituiſſe docet, cuius uerba libenter adiungam: Quæritur (inquit) quare magis Dominus ipſe, per ſe, ſiue in propria perſona, hoc ſacramentum & baptiſmum inſtituit. Et ad hoc dicendum, quia in baptiſmo eſt inchoatio, & in hoc conſummatio. ideo illud inſtituit in principio ſuæ prædicationis, iſtud in fine & receſſu à diſcipulis. Et ideo hęc duo confirmauit Matth. ultimo. hęc Bonauentura ad uerbū. Vnde non obſcurè patet, hunc numerum ſacramentorum non eſſe nouum, ut noſtri aduerſarij aſſerunt: ſed ex Chriſti inſtitutione promanare, ſicut apertè diui Bonauenturæ uerba ſonant. Quapropter non uideo cauſam, cur tam iniquis iudicijs recipiatur noſtra ſententia ab aduerſarijs, quæ nil in ſe habet quod offendat: Scripturis per omnia optimè conuenit: nihil habet uel abſurdi, uel obſcuri, uel ambigui: à uera pietate & ſolida ędificatione minimè abhorret. Nouam eſſe cauſantur, ſed falſo. habet enim multa adhuc & firma ueterum teſtimonia: quibus recenſendis ideo ſuperſedeo, quoniam à pijs & doctis uiris diligenter collecta ſunt. Ex eorū ergo lucubrationibus petat, qui uolet. nolo enim rem actam agere.

Altera huius Labyrinthi cauſa & fundamentum eſt, legis & promiſsionis confuſio. utriuſq; enim doctrinam referunt ad ordinem quo ad nos, quia humana ratio naturaliter intelligit aliquo modo legem: non reuocāt pias mentes ad conſiderandas promiſsiones, nec de gratuita remiſsione peccatorum, nec reconciliatione, quæ fit per fidem in Chriſtum: ſed quòd lege mereātur remiſsionem peccatorum, & quòd propter legem iuſti reputentur: &

quoniam

quoniam oportet prudenter ὀρθοτομεῖν legem & promiſ-
ſiones, ipſi non uident quid legi, quid promiſsionibus Scriptura tribuat, quòd nimirum ſic laudet & præcipiat bona opera, ut non tollat gratuitam promiſsionem, nec tollat Chriſtū. Hinc eſt, ut à legę, id eſt Decalogi pręceptis, ſimul & promiſsione, declinauerint ad ciuilia opera: & affinxerint ueram noticiam & dilectionem Dei ordine à notioribus nobis ad notiora naturæ petendā eſſe. Hic ordo indagandi cum familiariſsimus ſit ipſi Ariſtoteli, maximam partem Theologiæ ex ipſo hauſerūt, ſeq; præcipitarunt ad impiam Gentium opinionem de operibus, ſacrificio, imitatione operum, incerta fide, reconciliatione Dei propter opera: ſimiliter ad imitationem populi in lege, quod ex opere operato, ex opere inquam operato, operato ô Principes opere, haberent placatum Deum. Sic tandem hæc Theologia à Pariſienſium Sorbona, mixtione quadam ex diuinis eloquijs & philoſophicis rationibus, tanquam ex Centaurorum genere biformis diſciplina conflata eſt. Et quoniam humanus animus, donec ocioſus eſt, nec ſentit iram aut iudicium Dei, hoc ordine putat ſe peruenire poſſe in ueram noticiam & dilectionem Dei: ideo faciendo quod eſt in ſe, docet homines mereri remiſsionem peccatorum. Et quoniam hæc opinio naturaliter blāditur hominibus, produxit uarios cultus & obſeruationes, quæ talium operū fiduciam alerent, atq; augerent. Quo fit, ut hinc tādem pullularint arduę uiuendi regulæ & uota, Stoicæ ſimię, palliata mendicabula, cucullata monſtra, & ingens malorum turba: atq; illud mare magnum, in quo cum cæteris piſcibus habitant Leuiathan & Behemoth, cete grandia, beluæ & reptilia, quorum non eſt numerus: de quo exiliunt noui cultus in Eccleſia, de fide & operibus, de primatu ſedis Antichriſti, de Scripturarum prauitate, de Sacramentorum nugis & mutilatione, de ſatisfactione, de matrimonij inhibitione, de humanis conſtitutionibus, de abuſu Miſſæ, ac id genus idololatriæ. Sic uident piæ mentes, quânam ratione deuoluti ſint atq; exciderint hi Cētauri ex uera noticia ac cultu Dei: quàm deniq; intricati pertinaciter

naciter hæreant & perſiſtant in hoc labyrintho: & opera perperam torqueant in propriã perditionem, dum iudicant & ſanctos operibus promeruiſſe remiſsionem peccatorũ, & propter illa opera iuſtos reputatos eſſe coram Deo. Ideo imitantur ea, confidentes ſe talibus operibus iuſtos fore. Sed candidæ mentes ſciant, has opiniones de operibus impias & dãnatas eſſe: quia obſcurant gloriam Chriſti, ſi honos debitus uni Chriſto, tribuitur noſtris operibus. Deinde, quia non poſſunt reddi in his operibus pacatæ conſcientiæ, ſed alia alijs accumulantes, tandem deſperant, & nunquam aſſequuntur noticiam Dei. At cum acceſſerit fides, quæ credit quòd gratis reputemur iuſti: tum demum conſequũtur ueram noticiam Dei. audent enim inuocare Deum, & ſentiunt ſe exaudiri. Atq; hæc eſt firma & neceſſaria conſolatio pijs & perterrefactis mentibus. Hoc enim cõſtitutum eſt à Deo (ut Ambroſ. 1 ad Rom. inquit) ut qui credit in Chriſtum, ſaluus ſit, ſine opere, ſola fide, gratis accipiens remiſsionẽ peccatorum. quod & Apoſtolus 2. ad Epheſ. apertè confirmat: Gratia enim eſtis ſaluati, per fidẽ, & hoc non ex uobis, Dei enim donũ eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Vnde facilè patet, ſola fide nos iuſtificari. Quoniam aufert nos, aufert quoq; noſtra opera: quibus ablatis, nil reſtat niſi ſola gratia, quam per fidem ſolam apprehendimus. Ergo ſola fide iuſtificamur. quod rurſus 3. cap. ad Rom. Ambr. teſtatur in hac uerba: Iuſtificati, inquit, ſunt gratis, quia nihil operantes, neq; uicem reddentes: ſola fide iuſtificati ſunt, dono Dei.

Deinde nõ poſtrema cauſa huius Labyrinthi eſt, quod rectam Sacramenti adminiſtrationem, quæ uerbo continetur (ubi, ſiue in fide confirmandi ſumus, ſiue in cõfeſſione exercendi, ſiue excitandi ad officium, prędicatione opus eſt) uerterunt in mutam actionem, & totam uim conſecrationis à ſacerdotis intentione pendêre uolunt, & ad populum nil pertinere arbitrantur, cui myſterium maximè explicandum eſſet. Hoc uel eo fit, quòd non obſeruet, promiſsiones illas quibus conficitur conſecratio, deſtinari non ad elementa ipſa, ſed ad eos qui recipiunt, quem

quem ordinem & Paulus docet, ut unà cum pane & calice promiſsiones fidelibus offerantur. Et Chriſtus non panem alloquitur, ſed diſcipulos iubet manducare, quibus corporis & ſanguinis ſui cõmunicationem pollicitus eſt.

Non hic magicam aliquam incantationem imaginari nos decet, ut ſatis ſit uerba demurmuraſſe, quaſi ab elementis exaudiãtur: ſed uerba illa, uiuam prædicationem eſſe intelligamus, quę auditores ædificet, quę intus penetret in eorum animos, quæ cordibus imprimatur ac inſideat, quæ efficaciam in complemento eius quod promittitur exerat. Hæc ſi penitius introſpicerent, abſtinerent ſibi ab illa repoſitione Sacramenti, cuius extra ordinẽ fit diſtributio inutilis, & ſine recitatione inſtitutionis Chriſti, atq; cum magna confuſione ſigni & ueri myſterij, cuius uitium & abuſus maximè in ſilentio cõſiſtit. Nec eſt prætendenda neſcio cuius'nam temporis receptio: quin potius in re tanta, & in qua non ſine magno periculo erratur, nihil tutius eſt quàm ipſam ueritatem ſequi.

Præterea hoc quoq; accedit, quod maximè intricatos reddit animos, & in iſta captiuitate Babylonica retinet, rara & perfunctoria cõmunicatio & memoria paſsionis IESV Chriſti, qua & fidem ſuam ſuſtinerent ac roborarent, & ſeſe ad confeſsionem laudis Deo canendam, bonitatemq; eius prędicandam hortarentur: & qua poſtremò mutuam charitatem alerent, & ſibi etiam inter ſe teſtificarẽtur, cuius copulam in unitate corporis Chriſti uiderent. Ad hæc inquiunt aduerſarij, quòd ſingulis diebus non una, ſed penè infinitæ Miſſæ celebrãtur, quibus hanc memoriam & mutuam charitatem innuunt. Rectè ſanè innuunt, ſed non prædicant: & quotuſquiſq; eſt, qui uel minimum quid intelligit in illa demurmuratione Miſſæ? quodq; maius eſt, nec ipſimet ſacrificuli intelligunt, tantum abeſt ut populus præſens quid iſthic agatur intelligere poſsit. Atq; hæc eſt illa ædificatio aduerſariorum. Sic'ne factitabãt Apoſtoli? ſic patres ludebãt? quaſi talis fuerit uſus Eccleſiæ Apoſtolicæ, quem Lucas in Actis cõmemorat, quũ fideles ait perſeuerantes fuiſſe in doctrina Apoſtolorum, cõmunicatione, fractione pa-

nis, & orationibus. quem & apud Corinthios fuiſſe inſtitutum ordinē, ex Paulo cōijcere licet. Verùm quoniam ſcriptura non patiuntur ſibi ſatisfieri, hoc quoq; demus. Ad patres nos reuocant. Age audiamus ueteres illos Canones, quos Anacleto & Calixto tribuunt: ut peracta conſecratione omnes cōmunicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus.

Et in uetuſtis illis Canonibus, quos Apoſtolorum uocant, habetur: Qui non perſeuerant uſq; ad finem, & ſacram cōmunionem non percipiunt, tanquam inquietudinem Eccleſię mouentes, corrigēdos. Audiamus item Antiochenum concilium, in quo decretū eſt, ut qui Eccleſiam intrant, Scripturas audiunt, & à cōmunione abſtinent, ab Eccleſia remoueantur, donec uitium hoc correxerint. Quòd etſi in concilio Toletano primo uel mitigatum fuit, uel mitioribus ſaltem uerbis propoſitum: tamen illic quoque ſtatuitur, ut qui audita concione nunquam cōmunicare depræhenſi fuerint, admoneantur. Si poſt monitionem abſtineant, arceantur. Itaq; hæc conſuetudo, quæ ſemel quotannis cōmunicare iubet, uelut certiſsimum Diaboli inuentum fugiēda eſt: nec credendum eſt, Zepherinum (ut aduerſarij nugantur) eius decreti fuiſſe authorem, cuius inſtitutum malè detorſit poſteritas ad unam quotānis cōmunicationem: quaſi in reliquum anni tempus pulchrè defuncti, in utramq; aurem ſecuri dormiant. Aliud enim erat ſacram cœnam proponere fidelibus, quoties in cœtum conuenirent, ubi bona eorum pars cōmunicaret: aliud, diem illum ordinis & politiæ cauſa inſtituere, quo totus Chriſtianorum populus fidei cōfeſsionem participatione cœnæ Domini ederet. Vnde manifeſtum eſt, non prę ſcribi à Zepherino unum anni diem, ut in totum annū ſocordes reddat: quem peruerſum uſum & tēpore Chryſoſtomi iam obrepſiſſe eum legenti facilè apparebit. Sed uidere ſimul licet, quātopere ſibi diſplicuerit, cum exclamat: O' cōſuetudinē, ò præſumptionem. Fruſtra ergo habetur quotidiana oblatio: fruſtra ſtamus ad altare. Nemo eſt qui ſimul participet. tantum abeſt, ut autoritate ſua interpoſita comprobarit.

Atq;

Atq; ex hoc abuſu natum eſt, ut populo dimidiam cœnæ Domini partem uel furati ſint, uel eripuerint: nempe ſymbolum ſanguinis, quod laicis interdictũ, paucis raſis & unctis in peculium ceſsit. Excuſant hoc furtũ, quod ob certa pericula laicis altera ſpecies ſit ablata: quaſi hoc periculum in modernis indoctis & incompoſitis ſacrificulis non magis longè regnet, quàm etiã in aliquo indocto laico, dum manibus, quibus paulo antè meretricias carnes contrectarint, audent corpus & ſanguinem Chriſti contingere. Et multa alia, quæ prætereo: nam in chorea Monachorum hanc rem prolixius tractaui. Hæc ſanè magis enormia ſunt pericula, quàm ea quæ falſo prætextu Antichriſti cohors cõmemorat: quaſi anima laici non æqua ratione Deo curæ ſit, ac ipſius ſacrificuli: quaſi pro ſacrificulis plus Chriſtus, quàm pro laicis, ſanguinis effuderit. Non ſic docuit Hieronymus, in 2. Malach. inquiens: Sacerdotes, qui euchariſtiam conficiunt, & ſanguinem Domini populo diſtribuunt. Nec ſic Chryſoſtomus concionatur Homil. 18 ſecundæ ad Corinth. 8, dicens: Non, ſicut in ueteri lege, partem quidem ſacerdos comedebat, partem uerò populus: uerùm omnibus corpus unum proponitur, & poculũ unum. Ea quæ ſunt euchariſtiæ, cõmunia ſunt omnia inter ſacerdotem & populum. Idipſum etiã Auguſtinus plurimis locis teſtatur: & ueteres, ſacrilegium eſſe enunciare non dubitabãt, ſeparare quæ eſſent à Dominio coniuncta. Sic enim refertur (de conſecr. diſt. 2. cap. comperimus.) Gelaſius fuiſſe locutus: Comperimus, quòd quidam ſumpta tantũmodo corporis ſacri portione, à calice abſtineãt: qui procul dubio, quoniam neſcio qua ſuperſtitione uidẽtur adſtricti, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Diuiſio enim iſtius myſterij, ſine grandi ſacrilegio non admittitur. Audiebantur illæ Cypriani rationes, quæ ſanè Chriſtianam mentem permouere debent: Quomodo, inquit, docemus, aut prouocamus eos in cõfeſsione Chriſti ſanguinem fundere, ſi militaturis ſanguinem eius denegamus? Aut quomodo facimus ad martyrij poculum idoneos, ſi non eos ad bibendũ Domini po-

culum prius in Eccleſia iure communionis admittimus? Quod autem ad ſacerdotes reſtringunt Canoniſtæ illud Gelaſij decretum, magis puerile eſt cauillũ, quàm ut refutari debeat. Hæ inuentiones Satanæ parturiunt & offundunt tenebras, quibus ſacram Chriſti cœnam infuſcant & inquinant, ut ſaltem eius puritas in eccleſia non retineatur. Eſt autem huius horrendæ abominationis caput, ſignum, quòd non modò obſcurata & peruerſa, ſed penitus obliterata & abolita euanuit, & ex hominũ memoria excidit ſacra Chriſti inſtitutio; peſtilentiſsimus nimirum error, qui totum ferè orbem occæcauit, ut crederet Miſſam ſacrificium & oblationem eſſe ad impetrandam peccatorum remiſsionem. Neq; id cõmuni tantum uulgi opinione receptum eſt, ſed ipſa quoq; actio ſic eſt inſtituta, ut genus ſit placationis, quo pro uiuorum & mortuorum expiatione Deo ſatisfiat. Item, adeò altas fixit hæc peſtis radices, ut uno Miſſæ nomine totam fidei ſummam cõplecti ſe multi credant. Nec uident ſub hoc fucato ſplendore, quomodo Chriſtum inſigni contumelia afficiant. crucem eius ſepeliunt & opprimũt, mortem eius in obliuionem tradũt, fructum qui ex ea nobis proueniebat tollunt, ſacramentum quo mortis memoria relicta erat eneruant & diſsipant. Sic tandem miſeras conſcientias in hunc Labyrinthum inuoluunt, ut nullũ aliud preſidium eſſe nedum credant, uerumetiam pertinaciter defendant, quàm hanc Miſſæ abominationem: quam & cæci uident, & ſurdi audiunt, & pueri ipſi intelligunt, in calice ipſo propinatam, omnes Reges terræ & populos à ſummo uſq; ad nouiſsimum ſic inebriauiſſe, ſic percuſsiſſe ſopore ac uertigine, ut brutis ipſis ſtupidiores, proram & puppim ſuæ ſalutis in hac una exitiali uoragine ſtatuerint.

Hanc ſanè Helenam, pro qua ueritatis hoſtes tanta rabie, furore & atrocitate digladiantur, cum qua ſpirituali fornicatione (quæ omnium eſt maximè execrabilis) ſic fornicantur, facilè piæ mentes uitabunt, ſi (ut taceam craſſos illos abuſus, quibus ſacræ ſuæ Miſſæ profanatam puritatem prætendere poſſunt, quàm turpes nundinas

exerceant,

exerceant, quàm ſordidos quęſtus faciãt ſuis miſſationibus, quanta rapacitate auaritiã ſuam expleant: hæc enim ex chorea Monachorum abundè ſatis conſtant) primò intolerabilem illic blaſphemiam ac cõtumeliam Chriſto irrogari perpenderint, dum ſe ſucceſſores Chriſti in Miſſa eſſe prædicant. Quandoquidem ſacerdos & pontifex à patre cõſecratus, non ad tempus (ſicut in ueteri Teſtamento conſtituti leguntur, quorum uita mortalis, ſacerdotium immortale habere non poterat: quare & ſucceſſoribus opus erat, qui ſubinde in demortuorum locum ſubrogarentur) ſed in æternum, ſecundũ ordinem Melchiſedech, ſucceſſore non indigeat, ut expreſsè D. Chryſoſtomus 7 ad Hebr. Homil. 13 docet, inquiens: Propterea ergo ſaluat, quoniam non moritur, quia ſemper uiuit, & non habet ſucceſſorẽ. ſi uerò non habet ſucceſſorem, poteſt etiam omnibus adeſſe. Hic manifeſtè confitetur Chryſoſtomus, Chriſtũ non habere ſucceſſorem. Quod confirmat D. Paulus apertè 8. ad Hebr. Nunc, inquit, tánto melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quòd in melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt. Nam ſi illud prius culpa uacaſſet, non utiq; ſecundi locus inquireretur: per conſequens, Quoniam hoc culpa uacat, igitur non inquiretur ſecundi locus. Iam uerò, qui quotidie ſacrificant, oblationibus ſacerdotes præficiant neceſſe eſt, quos Chriſto uelut ſucceſſores & uicarios ſubrogent: cum tamen ſacerdotẽ noſtrum, filium Dei duntaxat, in æternum perfectum diuus Paulus apertè doceat 7 ad Hebr. Lex, inquit, homines conſtituit ſacerdotes, infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurandi, qui poſt legem eſt, Filium in ęternũ perfectũ. Vbi manifeſtum eſt ſacerdotij diſcrimen: nempe in lege homines ſacerdotes extitiſſe, poſt legem uerò filium in æternùm perfectũ. Chriſtus ergo, qui morte non impeditur, unus eſt: nec conſortibus indiget.

Secundò perpendendum erit, quòd hæc uirtus Miſſæ Chriſti crucem & paſsionem obruat & opprimat: cum nihilo honorificentius de Chriſto ſentiant, quàm de bobus & uitulis, qui ſub lege immolabantur: quorum obla-

tiones ex eo inefficaces arguuntur & imbecillæ, quòd ſæpius iterabantur. Hoc prohibetur apertè 9. ad Hebr. Neq; ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex, intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati, ab origine mundi. nunc autem ſemel in cōſummationem ſeculorum, ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit. & quemadmodū hominibus ſtatutum eſt ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. Secundò ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem. & 10 ad Hebr. inquit: Vna oblatione conſummauit in ſempiternū ſanctificatos. Hoc Ioan. 19, & poſtrema ſua uoce, & inter ultimos ſpiritus edita, Chriſtus ſignificauit, quum dixit, Conſummatum eſt: uno ſuo ſacrificio perfectum eſſe & impletum, quicquid in ſalutem noſtrā erat. Itaq; quò ſpectat Miſſa hac lege tradita, qua millies centena ſacrificia in ſingulos dies peraguntur, niſi ut Chriſti paſsio, qua unica hoſtia ſe patri obtulit, ſepulta ſubmerſaq; iaceat? Hanc Satanę audaciā, quę ueritati adeò apertè ac dilucidè obluctatur, nemo niſi cæcus non uidet.

Tertiò aduertendum eſt, quòd Miſſa ueram & unam mortem Chriſti obliteret, & ex memoria hominum excutiat. Variat enim hoc teſtamentum, quo nos peccatorum remiſsione & ęterna iuſticia donauit Dominus noſter IESVS Chriſtus: ideoq; mortem eius abnegat, & tāquam nullius momenti habet, dum ſingulæ Miſſæ nouam peccatorum remiſsionem, nouam iuſticiæ acquiſitionem promittūt: ut iam tot ſint teſtamenta, quot Miſſæ. Hinc patet, unicam & ueram Chriſti mortem obliterari per Miſſas: imò ipſum Chriſtum rurſus, ſi fieri poſſet, trucidari. Nam ubi teſtamentum eſt, inquit Apoſtolus 9 ad Hebræos, mortem teſtatoris illic intercedere neceſſe eſt. Miſſa nouum Chriſti teſtamentum præ ſe fert: eius ergo mortem poſtulat. Præterea hoſtiā, quæ offertur, occidi & immolari neceſſe eſt. Si Chriſtus ſingulis miſsis ſacrificatur: eum ſingulis momentis mille in locis crudeliter interfici oportet. Inquit enim Apoſtolus: Si neceſſe habuiſſet

habuiſſet ſæpius offerre ſemetipſum, oportuiſſet illũ frequenter pati ab origine mundi.

Quartò expendendum eſt, quòd fructus qui è morte Chriſti redibat, præripiatur: impedit enim quo minus eum agnoſcant, aut de eo cogitent, ubi nouam in Miſſa redemptionem uident, quum Chriſtum patri in Miſſa offerunt, ſeq; putant hoc oblationis opere aſſequi peccatorum remiſsionem, & participes fieri paſsionis Chriſti. Hac ratione ſanè paſsioni Chriſti nihil aliud ſupereſt, quàm ut ſit exemplum duntaxat redemptionis, quo diſcamus ipſimet noſtri eſſe redemptores. Ita tandem ſacra cœna, quæ eſt donum Dei, & cum gratiarum actione accipienda, inducta Miſſa è medio tollitur, inducitur & deperditur. Sacrificium enim Miſſæ precium Deo numerare fingitur, quod ipſe in ſatisfactionem accipiat: Deum ſibi debitorem facit, cõmunitatem diſſoluit ac diſtrahit: quum ſacrificulus ſuam uictimam ſeorſim uoraturus, ſe à toto fidelium populo ſegregat. Illudit Deo, quum unus priuatim ad ſe rapit, quod non niſi inter plures fieri debuerat. Quapropter cum hic non ſit fractio panis ad cõmunionem fidelium, non erit cœna Domini, ſed falſa & præpoſtera cœnæ imitatio, deprauatio, & impius abuſus.

Quintò, conſiderandum eſt, quod ueros ritus ſacramenti obſcuret, & nedum promiſsionem & uoluntatem Dei erga nos, per quam fides in nobis erga Deum excitaretur & confirmaretur, aut memoriam & certam propagationem ad omnem poſteritatem promiſsionis, uerumetiam neruos publicorum congreſſuum impediat: quum ritus acceptos à patribus, & amiſſa doctrina patrum corrumpunt, & ſubinde nouas opiniones & noua idola fugiunt: Euangelij uocem in latebris, ut Eleuſinia, incluſam tenent: quam exaudiri Deus à toto genere humano uult, ſeq; agnoſci & inuocari, ac ſeiungi à Dianæ, Iouis & aliorum idolorum cultoribus.

Sextò uidere licet, quòd deleat miniſteriũ Euangelij, & diſsipet cœtus atq; congreſſus Eccleſiæ, dum conſolationem pijs gratiſsimam, quam puritas Euãgelij, & pius

uſus Sacramentorum continet, negligit: quũ non iubet annunciari mortem Domini, & hanc cœnã diſtribui donec uenerit: & ueros adoratores adorare Patrem in ſpiritu & ueritate. Deus enim eſt ſpiritus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare.

Septimò, Chriſtum & per naturalem participationẽ, & per dilectionem abuſus cœnę aufert: id eſt, efficaciã & ſubſtantiam: dum imaginatur Chriſti memoriam, ueluti ſpectacula Herculis aut ſimilia: & apprehẽdit has profanas cogitationes, teſtimonium certum noſtræ ſalutis.

Octauò, expendendum eſt hoc teſtimonium, quòd Filius Dei ſudans ſanguinem, luctans cum ira Dei, laceratus & pendens in cruce, conculcatur hac idololatria: quum hoc teſtimonio quis non mouetur, nec expaueſcit cogitatione iræ Dei, & mortis Chriſti, nec in hac ipſa actione & manducatione conſiderat quid agatur: negligit fidem, qua petitur & accipitur remiſsio peccatorum, per admonitionem de uniuerſo Euãgelio, & de toto beneficio noui Teſtamenti.

Nonò, ueram pœnitentiã obfuſcat, qua nec petit nec accipit remiſsionem peccatorũ. non exuſcitat enim animos ad eam, nec adfert fidem, nec optat commonefieri, ut hoc teſtimonio & promiſsione noui Teſtamẽti fidem confirmet, dum fingit ex opere operato, ſine bono motu utentis, prodeſſe ſumptionem.

Decimò, uera gratiarum actio exploditur: quippe nullam admittit doctrinam, qua cõmemorari deberẽt Chriſti beneficia, & publica uoce, & in priuatis orationibus, qua accederet fides, plurimas res maximas cogitãs: iram Dei aduerſus peccatum: mortem filij Dei, qua pater placatus eſt: donationem Euangelij & Sacramentorũ, quibus nobis applicat promiſſam remiſsionẽ peccatorum.

Vndecimò, uerum templum ſcindit, & publicam congregationem: nec ſuo enim, nec aliorum exemplo, inuitare ſinit alios ad hanc publicam congregationem: contra apertam doctrinam præcepti de Sabbato, qua Deus uult miniſterium eſſe publicum, publiceq́ʒ ſonare uocem Euangelij, ac omnes hanc audire & diſcere.

Duodecimò,

Duodecimò, ueram confeſsionem interdicit, quia ſacramentum ſumere ſecundum Chriſti inſtitutionem uetat, eiusq́ doctrinæ approbationem: & prohibet ne quis ſit membrũ eius cœtus, cum quo manducat agnũ: ac diſſipat mutuę dilectionis uinculũ, & affingit, quod doctrinam de uero uſu ſacramenti & de exercitio fidei obruit.

Decimotertiò, conniuet perſeuerare in delictis contra conſcientiam, & manifeſtis & arcanis, dum non agit pœnitentiam, & fidem negligit, nec explorat doctrinam fidei: terret ab inuocatione uera Dei, & mentis reconciliatione, quum propria dignitate & puritate nititur, nec reſpicit quòd Chriſtus pro nobis ſit uictima.

Decimoquartò, admittit inſtitutum extra & præter uerbum Dei: alium finem conſtituit, quàm qui à Deo propoſitus eſt, dum ſpectaculum facit ex cœna Domini: offert filium Dei pro uiuis & defunctis, & mereri eis remiſsionem peccatorum aſſerit: confertur ad bona corporis impetranda, ad uictoriam, ad fœlicitatem in mercatu, ad depellendum morbum, & ad ſatiandum proprium uentrem.

Decimoquintò, quòd extra uerbum Dei, ac uſum ueteri Eccleſiæ omnino ignotum, tranſſubſtantiationẽ panis in corpus Chriſti ſtatuant, & præbeãt anſam circumgeſtationis, & cauſam idololatriæ. quod etſi Deo poſsibile ſit, tamen quia non eſt opus, neq́ exigit neceſsitas, ſufficeret ad ueritatem ſacramenti credere, quod corpus Chriſti uerè ſit in cœna præſens: niſi ex hac humana inſtitutione accederent plurimi introitus, & pinguia officia, ac referta marſupia. Nec abſurdum eſt corpus Chriſti etiam panem appellare. Patet enim, quod & Apoſtolus & Patres poſt conſecrationem panis, euchariſtiæ panem uocant. 1 ad Corint. 11. Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c. Auguſtinus in Serm. ad infantes: Quod uidiſtis, panis eſt, & calix, quod uobis etiam oculi ueſtri renunciant. Quod autem fides ueſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, & calix ſanguis. Hęc uerò moderni ſacrificuli autoritate Miſſæ nequaquã admittunt: & contra apertum mandatum Deuteronomij

4 & 12 agunt, quod ſic habet: Non facietis ſinguli quod ſibi rectũ uidetur. Item: Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas.

Etſi pertinaciſsimè defendãt hos abuſus, & aſtutè cogitatis præſtigijs excuſent, ac uarijs fucis pingant, hæc tamen horrenda profanatio fugienda eſt: iuxta illud, Fugite idola: diſcendo pium uſum ſacramenti, ne excitemus aduerſus nos iram Dei ineuitabilem, & pœnam horum ſcelerum. Cogitemus ergo meram miſericordiam Dei erga nos, qua miſertus generis humani, ad ſalutem fidelium miſit in mundum unicum ſuum filium Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, qui morte ſua nos à peccato, morte, inferis & Satana liberauerit, & participes uitæ æternæ fecerit: & agnoſcamus doctrinã Chriſti, nedum annunciationem redemptionis noſtræ & fidem in Chriſtum uerè iuſtificantem, uerũ etiam pœnitentiam, & cunctorum ſcelerũ grauem accuſationem: ſimul quoque cum fide & pœnitentia mutuam charitatem, conſtantiã in uera fide, atque patientiam in aduerſis & cruce.

Non eſt decipiendus populus hiſce ſacrificijs. Sacramenta enim ueterum promittebant Chriſtum. At poſtquã uenit, non decet ſymbola in Eccleſia defendere, quę atteſtentur Chriſtum uenturum: ſed abrogatis ueterum ſymbolis, circumciſione, epulo Paſchali, & ſacrificijs, baptiſmum & cœnam Domini obſeruemus, non aũt Miſſam. Nec moueat nos, quod ordinata ſit à uetuſtis pontificibus Romanis, ideoque ſit celebris. ſic enim longè celebrior erit cœna Domini, quæ ante omnes Pontifices, & ipſam Romam, à Chriſto IESV unico põtifice & ſummo, inſtituta eſt. hæc enim præcellit meritò omnium, etiam maximorum in mundo, autoritatem.

Quòd ſi patres uetuſti autoritate, eruditione & ſanctimonia excellunt, ac propter ipſos Miſſa uidetur præclara: utique maiori in precio debẽt eſſe Apoſtoli, patrum patres, & omnibus rebus anteferẽdi, qui tamen Miſſam neſciuerunt: cœnam uerò Domini celebrarunt non alia forma, quàm ea quæ nobis in Euãgelio traditur. iuſtè igitur placere nobis debet magis inſtitutum Domini, extra

quem

quem nihil eſt ſanctum: quin potius execrandum & ſacrilegum atque impium omnino & adulterũ, quicquid humano furore inſtituitur, ut diſpoſitio diuina uioletur.

Fugiamus igitur eam conſuetudinem, quæ cum ueritate Dei pugnat. talis ſiquidem fruſtrà colit Dominum, mãdata & doctrinas hominum docens: & id ſequamur, quod Chriſtus docet. nam ſi id fecerimus quod mandat nobis, iam non dicet nos ſeruos, ſed amicos. Hic enim eſt, quem pater de cœlo conteſtatur, filius dilectiſsimus, in quo bene ſentit: ipſum audiamus. Vnde nec attendere debemus, quid aliquis ante nos faciẽdum putauerit; ſed quid, qui ante omnes eſt, prior fecerit. ſic facilè uitabimus hunc Labyrinthum Romani Antichriſti, Miſſaſtæ anhelitum ſacerdotis ab Epiſcopo cõſecrati, immolationem pro peccatis uiuorum & mortuorũ, incluſionem panis in ſcrinio, & circumportationem in monſtrantijs & geniculandi * adoremus cantillationem.

Hæc ſunt, Sereniſsime ac Chriſtianiſsime Rex, quæ de hoc Labyrintho, ſeu fuco & tyrannide Romani Antichriſti, quo inſidiatur uniuerſo orbi Chriſtiano, ipſa nimirum Miſſa, & Miſſæ membris, breuiter tractare, atque ex animo confiteri uolui: quæ pro tuo candore erga ſynceram religionem, ſyncerè & clementer, ut ſoles, excipias oro.

FINIS.

AD SERENISSIMVM AC ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM, D. D. Ferdinandum, Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, &c. PAVLI SCALICHII de Lika, in Tractatum de Illuſtrium origine Procœmium.

ILLVSTRIVM *originem ſcrutaturus, Sereniſsime Princeps, eueſtigiò rapior ad ſacrum illud contemplandi genus, de humanarum actionum diuerſitate, de morum ac uitæ integritate, de libertate ac ſeruitute, de uera nobilitate & uirtutum habitu, de animorum ſimilitudine & diſsimilitudine, in qua uera illuſtrium origo, uerus nobilium fons, pariterq́; ignobilium continetur: ut oſtenderem huius mundani opificij concordiam, qua res minimè creſcunt: & diſcordiam, qua res etiam maximæ dilabuntur. ut patefacerem quid appetendum, ſequendumq́; quidúe fugiendum in hac mortali uita, & uitandum meritò occurrat: in quo'nam potiſsimùm ſitus eſſe debeat humanus actus, & ad quem ſcopum dirigatur. Diu ſiquidem cogitabundus, & quaſi in ecſtaſi cõſtitutus, animo uoluebam omnes latebras mundi, & conſpiciebam omnes miſerias & calamitates. deprehendebam nec fœlicitatem, nec uirtutem, nec mutuum amorem: ſubitam uerò rerum tranſmutationem, & ſummum malum, caligantibus quaſi oculis per tenebricoſum & lubricum interſtitium, per intercapedinem obſcuriſsimam, uix diſcrimine uero cernebam. Adeò omnes quaſi ſub una differentia mali poſitos intuebar. Hunc ſtatum humani,*

humani generis, hanc conditionem humanæ propagationis, quis non deploraret? Sanè prorupi ad fletum, & animi dolorem. Lugere enim meritò debent omnes, quorū uita cum honeſtate coniuncta eſt, quorum mores uirtuti ſunt annexi, tot ac tantos funditus periclitātes, dum omnes quæ ſua ſunt curant, & rempub. prætereuntes, imò uelut Sireneos ſcopulos fugientes, priuatum emolumentum ſectantur. Hæc & ſimilia præſentis ſeculi inſignia cum penitius introſpexiſſem, deprehendi alios gloriari in iniquitatibus, malicia, fraude, dolo, contentione, rixis, inimicitia: alios uerò damnari in charitate, gaudio, pace, patientia, longanimitate, bonitate, benignitate, manſuetudine, fide, modeſtia, continentia, & in caſtitate. Utra igitur pars eorum iuſtum brauium obtineat, utra uerè nobilis & illuſtris nuncupanda ſit, hoc tractatulo breuiter contexto declarare uolui, iure Illuſtriſſimo tuo nomini aſſcripto: non ut tibi leges præſcribat ullas, qui uirtutis omnis obſeruantiſſimus cultor, adeoq; uiuum quoddam exemplar ab omnibus meritò haberis: ſed ut tutela, alarumq; tuarum caſtiſſimo patrocinio incolumis & ſaluus permaneat. Quem oro, ut pro tuo erga nobiliſſima ſtudia ſingulari fauore, clementer excipias.

DE ILLUSTRIUM VIRORUM ORIGINE, PAVLI SCALICHII de Lika, &c. *Tractatus.*

SAPIENTISSIME monemur inter cætera ſacrato Pythagoreorum præcepto, Per uiam publicã non ingredi: non ut feramur per rupes deuias, (nec enim laborẽ pedibus imperat) ſed figuratè, egregia Philonis ſentẽtia, ſubindicatur, nec dictis nec factis utendum protritis ac uulgaribus. Vna ſiquidem Lactantio eſt uirtus, ac bonorum uita, quæ fert non in Elyſios campos, ut Poetæ loquuntur, ſed ad ipſam mundi arcem. *—At læua malorum*

Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Id præceptũ, teſte Philone, diligenter obſeruârunt, haud aliter quàm oraculum, quotquot legitimè ſunt complexi philoſophiam: adeò ut deflectẽtes à gregarijs opinionibus, nouam ſibi uiam aperuerint, inducta propria quadam ſpecie dogmatum: quam nefas ſit alijs (ut idem elegantiſsimè ſcriptis mandauit) præterquàm puris attingere. Impuros autem cenſet, quotquot uel diſciplinas nunquam guſtârunt: uel eas perperam, non rectè acceperunt, ſapientiæ pulchritudinem dehoneſtando in ſpeciem Sophiſtices. Hi, inquiens, cùm propter hebetes animi oculos, lumen intelligibile uidere nequeant, quod nimio fulgore perſtringit aciem, tanquam in tenebris degentes, non credunt in die uiuentibus: & quæcunque perſpiciunt illi adiuti radijs ſolaribus, pro ſpectris habent, ac prodigioſis mendacijs. Ita proh dolor capti & mancipati ſunt, ut neq; ſui compotes reddi queant, dum omnes affectus in eis dominantur, & omnibus paſſionibus ſunt ſubiecti: quomodo enim ſe puros & aptos ad uirtutem contendere auderent, cùm ſerui ſint, cùm libertatem amiſerint, cùm omni diſcrimine humanæ ſocietatis orbati

tis orbati ſint? Quis nam quæſo negare poterit, ut Cicero monet, omnes leues, omnes cupidos, omnes deniq; improbos eſſe ſeruos? An ille liber mihi uideatur, cui mulier imperat, leges imponit, præſcribit, uetat, iubet quod uidetur? qui nil imperanti negare poteſt, nil recuſare audet? ſi poſcit, dandum eſt: ſi uocat, ueniendum: ſi eijcit, abeundum: ſi minatur, extimeſcendum? Ego uerò, ut idem uult, non iſtum modò ſeruum, ſed nequiſsimum ſeruum, etiamſi in ampliſsima familia natus ſit, appellandum puto. An etiam eorum ſeruitus dubia, qui peculij cupiditate, nullam conditionem recuſant duriſsimæ ſeruitutis? Hæreditatis ſpe, quid iniquitatis inſeruiendo non ſuſcipitur? quem nutum locupletis orbiq; ſenis non obſeruat? loquitur ad eius uoluntatem, quicquid denunciatum ſit facit, aſſentatur, aſsidet, inuitat. Quid horum eſt liberi? quid deniq; ſerui non inertis? Quid iam illa cupiditas, quæ dicitur eſſe liberalior, honoris, imperij, prouinciarũ? quàm dura eſt domina, quàm imperioſa, quàm uehemens? Iudex uerò quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit? An non eſt omnis metus, ſeruitus? Omnis an debilitas, an humilis & fracti timiditas, ſeruitus eſt? an non ab omni ratione alienũ, plenum impudentia & inſania, aut quomodocunq; dicenda eſt horum aliqua portio libertatis? Eadem ſomniatio, Virum bonum non poſſe non facere quod facit: cùm Seneca apertè, non eſſe bonum niſi faciat, audet pronunciare. In cauſa eſt, ut dicit Philo, hebetudo mentis hominum opinionibus addictorum, & ſenſibus: quorũ conſiſtorium ſemper à rebus iudicatis corrumpitur, propter ipſorum inconſtantiam. Atqui debuerant inquit, ſi æmularentur ueritatis ſtudium, non minus ſapere, quàm qui ægrotant corporibus. nam illi deſiderio ſanitatis, committunt ſui curam medicis: iſtos uerò piget inſcitiam depellere, morbum animi, accitis uiris ſapientibus, qui non ſolùm profligare poſſent imperitiam, uerùm etiam ſcientiam in eius locum inducere, rem omnium precioſiſsimam: qua, ut ſic cum infimo uiuas, quemadmodum ſuperiorem tecum uiuere uelis, Senecæ precepti ſummam adimplere

adimplere poteris. Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit? qua Crœſus? qua Darij mater? qua Plato? qua Diogenes? Viue cum ſeruo clementer, uiue comiter. In ſermone iſtum admitte, in conſilium & conuictum: & colant te ſerui tui potiùs, quàm timeant: non enim quiuis ſeruus malus eſt. Quinimò, ſecundum Auguſtinum, bonus etiamſi ſeruiat, liber eſt: malus autem ſi regnet, ſeruus eſt: nec eſt unius hominis, ſed (quod grauius eſt) tot dominorum, quot uitiorum. Conditio ſiquidem ſeruitutis iure intelligitur interpoſita peccatori. Et, ſecundum Hieronymum, ſapienti ſeruire, libertas eſt. Ex quo colligitur, quòd ſtulto, imperare ſeruitus eſt: & quod peius eſt, quòd paucioribus præſit, pluribus dominis & grauioribus ſeruit. Seruit enim proprijs paſsionibus, ſeruit ſuis cupiditatibus: quarum dominatio nec nocte nec die fugari poteſt, quia intra ſe dominos habet, intra ſe ſeruitutem patitur intolerabilē. Vnde Ambroſius inquit: Seruit, quicunq; uel metu frangitur, uel delectatione irretitur, uel cupiditatibus ducitur, uel indignatione exaſperatur, uel morte deijcitur. Seruilis enim eſt omnis paſsio. Tales'ne ſunt illuſtres? tales'ne liberi? Certè, ut ait Plato ſuauiloquus, inuidia extra diuinum chorum ſita eſt: nihil autem ſapientia diuinius, & magis expoſitum: nunquam claudit ſuum auditorium (ſicut elegantiſsimè Philo edocet) ſed patentibus ianuis admittit ſitientes ſermonem dulcem ac potabilem, frequentatores ſuos fluentis doctrinarum abundè proluens, ut inebrientur ſobria temulentia. Illi uerò iam, ut ſacris initiati, furoreq; diuino perciti, damnant priſtinam ſuam negligentiam, iacturamq; temporis, in rebus nihili contrita uita per imprudentiam. Operæprecium igitur fecerint, ut idem ſuadet, ſi quotquot ubiq; ſunt iuuenes ætatis floridę, primitias eruditioni dedicârint, tam in pręſens quàm in futurum paraturi ſibi decus & præſidium. Sicut enim uaſa, odorem quo primùm fuere imbuta referunt: ſic iuuenum animæ, quas primum formas imaginatione concipiunt, nūquam aboleri ſinunt, ne alijs quidem inſuper affluentibus. Hæ uerè illuſtres, uereq; nobiles nuncupantur,

pantur, quarum mores non concupiſcentia, non timor, non gaudium, non dolor ſubigit, uelut è carcere liberatas, & uinculis.

Omiſſa igitur altera illa parte Illuſtrium, quæ eſt corporis, quibus dominātur homines: & animi, quibus dominantur affectus & uitia: parte inquam fortuita, & alienis à natura, pendentibusq́ ex ſola opinione uocabulis uernarum, uenalitiorum, captiuorum: quæramus uerè illuſtrem, non ſubiectum hominibus potentioribus, nec ullis affectibus obnoxiū, qui ſolus ſui cōpos eſt, etiamſi multi ſe heros eius nuncupent. Is enim exclamabit cum Philone illud Sophocleum, nil differens à Pythijs oraculis: Deus mî, Princeps, non ullus mortaliū. Deum enim omnium uerum, Boëtio diſertore, principem bonū eſſe, & cōmunis humanorum animorum conceptio probat. Nam cùm nihil Deo melius excogitari queat, id quo melius nil eſt, bonū eſſe quis dubitet? Fortiſsimus in mundo Deus cuncta regit, cum omnia ſpecula præuidet ac proſpicit. Neq́ enim fas eſt homini, ut idem aſtipulatur, cunctas diuini operis machinas ingenio comprehendere, uel explicare ſermone: hoc tantū proſpexiſſe ſufficiat, quod naturarum omnium proditor Deus, idem ad bonum dirigens cuncta diſponat. Quo fit, ut ſolus reuera illuſtris, ſolus uirtutis plenus, ſolus liber ſit, qui ſolū Deum ſequitur: imò, ut equidem ſentio, imperium habet in terreſtria, tanquam immortalis, ſummiq́ regis mortalis uicarius. Ille enim, ut canit Boëtius,

Sedet interea conditor altus,
Rerumq́; regens flectit habenas,
Rex & Dominus, fons & origo,
Lex & ſapiens arbiter æqui,
Hic eſt cunctis continuus amor,
Repetuntq́; boni fine teneri:
Quia non aliter durare queunt,
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſæ, quæ dedit ipſe.

Sanè ſi quis negocium penitius introſpiciat, liquidò noſcet, nullas res tam cognatas eſſe inuicem, quàm liber-

tatem, quæ uerè efficit illuſtrem, & curam ſui. Improbos enim, ut Philoni placet, multa impediũt, auaricia, luxus, ambitio: probos omnino nihil, reſiſtentes tãquam in certamine cupidini, pauori, timiditati, dolori, & cæteris id genus. Didicerunt enim, inquit, cõtemnere iuſſa iniqua dominorũ, animis imperitare uolentiũ, quippe illuſtres libertatis amatores: cuius propria felicitas, hoc eſt, ſua ſponte facere quicquid placuerit, laudatur hoc ſenario,

Quis ſeruus eſt, mortem qui poteſt temnere?

Intellexerat, quiſquis eius autor fuit, nihil æquè mentem erroneam, humilis ſtatus, uilem & ſeruilem reddere, ut mortis metum. Vſq; adeò uitæ ſumus cupidi. Iſtis Caſſiodorus hoc pacto occurrit: Quis mortem temporalem metuat, cui æterna uita promittitur? quis labores carnis timeat, cum ſe in perpetua requie nouerit collocandum? & Boëtius his uerſibus:

Mors hominum fœlix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mœſtis ſæpe uocata uenit.
Heu heu, quæ ſurda miſeros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæua negat.

Cogitandum autem (Philo graphicè oſtendit) immunem eſſe à ſeruitute, non ſolùm contemptorem mortis, ſed & paupertatis, & obſcuritatis, & doloris, atq; cæterorum quæ uulgares inter mala numerant, cùm ſint ipſi mali rerum iudices. Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſsimus, non abs re, cùm ad philoſophandũ Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, neq; putauit ſe poſſe & uirtutes & diuitias ſimul poſsidere: Nos autem (ut Hieronymus ſubinfert) ſuffarcinati auro, Chriſtum pauperem ſequimur, & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſeruamus? Plenus uenter facilè de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene uixiſſe, laudandum eſt. Eſto itaq;, inquit Ambroſius, pauper ſpiritu, & eris diues qualicunq; cenſu: quia non in abũdantia diuitiarum uita eſt hominis, ſed in uirtute & fide. Iſtæ te diuitiæ uerum diuitem faciunt, ſi ſis in Deum diues. Fugiendi uerò ſunt

rò ſunt illi, ſecundum Philonem, qui ſeruum ex uſu ſuo æſtimant, conſiderantes eius miniſteria, cum oporteat mores ingenuos reſpicere. Nam qui humili ſeruiliq; animo, humilibus ſeruilibusq; negocijs inuitus dat operam, uerè ſeruus eſt. Cæterùm qui tempori ſe accõmodans, ſuapte uoluntate tolerat fortunæ inſolentiam, nihil humanum à ſe alienum putãs, non ignarus diuinas res perpetuò ſeruare ſuæ fœlicitatis ordinẽ, & hac quoq; parte humanis præcellere, agitatis iactatisq; fluctuatione continua, utcunq; momenta negociorum hinc inde prægrauant, fortiter ferẽs quicquid acciderit: philoſophus mox euadit, illuſtris, ac ingenuus.

Ille nanq; ſolus uir fortis & illuſtris debet iudicari, ſecundum Lactantium, qui temperans eſt, moderatus, & iuſtus. Ac primũ argumentũ Seneca compoſitę mentis exiſtimat, poſſe cõſiſtere, & ſecum mori. Turpe enim eſt, cedere oneri, luctari cum officio quod ſemper recepiſti. Non eſt uir fortis & ſtrenuus, qui laborẽ fugit. Proinde talis qui eſſe cupit, non cuiuſuis audiet imperia. Quòd ſi quis urgeat, tormenta minitans, reclamabit ſtrenuè cum Hercule apud Euripidem:

Combure carnem hanc, concrema, repleto te
Meo cruore: nam prius uel ſidera
Terram ſubibunt, terra uel ſcandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur uox tibi.

Talis bonus uir cenſetur, qui ualidè cõfirmatus certo animi propoſito efficit, ut aduerſarius prius delaſſetur inferendo iniurias, quàm ipſe quicquam agat præter animi ſui ſententiam. Nam bonus, Ariſtotele docente, ſingula cum ratione iudicat: & nihil eſt Deo ſimilius, ut Apuleius ſcribit, & gratius, quàm uir animo perfecto bonus, qui tam hominib. cæteris antecellit, quàm ipſe à dijs immortalibus diſtat. Is eſt, ut Horatius canit,

Qui conſulta patrum, qui leges, iuraq; ſeruat:
Quo multæ magnæq; ſecantur iudice lites:
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.

Vnde profectum eſt Antiſthenis dicterium, Virum bonum eſſe moleſtam ſarcinam. Quippe, Philo inquit, ſicut

inſipientia bene fertur, & leuiter: ſic prudentia grauiter incumbens, premit uehementer ſuopte pōdere, nec facilè poteſt excuti. Proinde Iudæorum legislator ait, graues manus habere actiones eius, Philone interprete. hoc ænigmate ſignificans, non ſuperficiem contrectātes, ſed penetrantes in ſolidum, utpote ſubnixas non flectendo mentes propoſito. Itaq;, inquit, à nemine cogitur, cùm ſit contemptor & mortis & cruciatuum, lege naturæ præpoſitus omnibus inſipientibus. Sic magno & excellēti ingenio, ut Lactantius adducit, uiri cùm ſe doctrinæ penitus dediſſent, quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus publicis & priuatis actionibus, ad inquirendæ ueritatis ſtudium ſe contulerunt: exiſtimantes multo eſſe præclarius, diuinarum humanarumq; rerū inueſtigare ac ſcire rationem, quàm ſtruendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus, quoniam fragiles terrenęq; ſunt, & ad ſolius corporis pertinent cultum, nemo melior effici poteſt. Erant illi ueritatis cognitione digniſsimi: quam ſcire tantopere cupierunt, atq; ita, ut eam rebus omnib. anteponerēt. Quemadmodū capris, ut inquit Philo, bubus, ouibus, præſunt caprarij, bubulci, paſtoresq;: greges autem non poſſunt præeſſe opilionibus: ſic & uulgus, pecori non abſimile, opus habet curatore Principe, qui ordo eſt bonorum uirorum, prefectorum ſuis gregibus. Certè Homerus, Reges uocare ſolet ποιμένας λαῶν. at natura bonis uiris, Philone aſtruente, hoc nomen magis competere uoluit, inquiens: Illi paſcuntur magis quàm paſcunt, deditiamoribus, potationibus, & cupedijs: ne quid dicam de auro argentoq;, & alijs rebus precioſioribus quas expetūt. At hi nullis capiuntur illecebris, & inſuper alios monent, caueant ſibi ab inſidioſis uoluptatibus. Quis enim hoſtis, ut Seneca inquit, in quenquam tam contumelioſus fuit, quàm in quoſdam uoluptates ſuæ? Quidam ſe uoluptatibus immergunt, quibus in conſuetudinem adductis carere non poſſunt. Ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eò peruenerint, ut illis quæ ſuperuacua fuerunt, facta ſint neceſſaria: ſeruiunt itaq; uoluptatibus, non fruūtur: & mala ſua,

quod

quod malorum eſt ultimum, amant. Hac præterea uolu ptate dominante, ſecundum Ciceronem, maximas uirtu tes iacere omnes neceſſe eſt. Sunt etiã turpitudines plu rimæ, quę niſi honeſtas plurimùm ualeat, cur non cadant in ſapientem, non eſt facile defendere. Dicebat Architas Tarentinus, nullam capitaliorem peſtem, quàm uolupta tem corporis, hominibus à natura datam: impedit enim conſilium uoluptas rationi inimica, ac mentis (ut ita di cam) præſtringit oculos, nec habet ullum cum uirtuti bus commercium. Licet cupidis uoluptatum, odioſum fortaſſe & moleſtum eſt carere: ſatiatis uerò & expletis iucundius eſt carere, quàm ſequi: quanquam non caret is, qui non deſiderat. Ergo hoc non deſiderare, dico eſſe iucundius: dico eſſe probi uiri libertatem, uiri illuſtris in genuiq; fortem animum, qui ſe cupiditate non flectit, quam diuinus Plato eſcam malorũ appellat, quòd ea ho mines capiantur. Hanc ſi quis ſummum bonum dixerit, Ciceronis ſentẽtia, eius uox pecudis eſſe uidetur, non ho minis: ipſum miſeriæ, ærũnæ premunt omnes: qui ſe bea tum, qui florentem putat, dum ſe ſuæ libidines torquent,

Miſeret profectò quiſq; ſeruulus.

Quid enim miſerius, ut Philo ait, quàm ne ſui quidẽ eſſe compotem? Atqui ſapiens fœlix eſt, uirtutis ſummarium circumferens, in quo ſita ſunt omnia: ut neceſſariò conſe quatur, uirum bonum eſſe liberum, & meritò illuſtrem: ſicut canit Poeta in Sermonib.

Quis'nam igitur liber? ſapiens, ſibi qui imperioſus:
Quem neq; pauperies, neq; mors, neq; uincula terrent.
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus teres atq; rotundus,
Externi ne quid ualeat per læue morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna. Potes'ne
Ex his, ut proprium, quid noſcere? quinq; talenta:
Poſcit te mulier, uexat, foribusq; repulſum
Perfundit gelida: rurſus uocat. eripe turpi
Colla iugo liber: liber ſum, dic age. non quis?
Vrget enim dominus mentem non lenis, & acres
Subiectat laſſo ſtimulos, uerſatq; negantem.

Idem:

Ad ſummum, ſapiens uno minor eſt Ioue: diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum:
Præcipuè ſanus, niſi cùm pituita moleſta eſt.

Quis precor ab hac coaceruatione aliud illuſtrem exiſtimabit? Ac Dei amicos nõne liberos fatebimur? Et quotquot in iræ, concupiſcentiæ, aut cuiuſcunq; uitij perturbationis'ue inſidioſæ poteſtatem deueniunt, omnes ſeruitutem ſeruiunt: ſicut è diuerſo liberi ſunt, quotquot uiuunt ſub legibus. Eſt autem uera lex, apud Philonẽ, recta ratio, non huius aut illius mortalis inſtitutũ, in tabellis chartulis'ue ſcriptũ inanimis: ſed immortalis, ipſa ſtylo naturæ ſempiternę in mente immortali exarata. Proinde mirãda eſt (inquit Philo) hebetudo multorum tam manifeſtas rerum proprietates non conſiderantium, qui maximis populis, Athenienſi Lacedæmonioq; aiunt ad libertatẽ ſufficere leges latas à Solone, Lycurgoq;, quarum præſcripta ſeruantur ab his ciuitatibus: uiris autem ſapientibus negant ſatis eſſe dictata rationis, ex qua ceu fonte leges naſcuntur, liberum facturæ omnem qui aduerſus eius imperata interdictaq; non eſt contumax. Eſt autem, inquit Philo, manifeſtũ libertatis indiciũ, præter dicta ſuperius, æquũ ius diſſerẽdi de repub. quod omnibus liberis hominib. & probis eſt mutuũ. Quamobrem laudantur illi Senarij, ut conſoni philoſophorũ ſentẽtiæ,

Cum lege ſeruus nullum habet commercium. Et:
Es ſeruus, & rationis expers natus es.

Vnde ſequitur, neminem probũ ſeruire, ſed eſſe omnes liberos, omnes illuſtres: ſicut inſipientem ſeruum eſſe, & uilem, colligitur. Vt liberis omnibus ex ęquo ius loquendi cõceditur, inter quos probi nõnulli: & nulli ſciunt minus uitam inſtituere, quàm mali: ſicut nulli melius, quàm ſapiẽtes. Ergo nemo malus liber eſt, ſed omnes ſeruiunt. Mens enim praua, ut D. Gregorius docet, ſemper in laboribus eſt: quia aut molitur mala, quæ inferat: uel metuit, ne ſibi ab alijs inferantur: & quicquid contra proximos excogitat, hoc contra ſe cogitari à proximis formidat. Quo fit, ut Zeno cum ceteris uirtutis admiratoribus

fortiter

fortiter pronũciet, Non oportere malos uiros cum probis contendere. ait enim: An non plorabit malus, ſi bono aduerſabitur? Ergo nullum ius ſinit malum probo contradicere. Licet uulgus non animaduertens quàm pernicioſa ſit animis rationis cæcitas, tantũmodo externis angitur infortunijs: quandoquidem carent iudicio. Quod ſi poſſent uiſum recipere, inquit Philo, conſpicati tot inſipientię decipulas, tot damna accepta per ignauiam, debacchationesq́ luxuriæ, iniquitatesq́ iniuſticię, ſummę fœlicitatis amiſſæ iacturam deplorarent ſeriò, nec ullam in tanta calamitate conſolationem admitterent. Nam, ut Seneca ſcribit, tolerabilior eſt pœna uiuere non poſſe, quàm neſcire: & ſecundum Ciceronem, inſipientia nullum maius malum eſt. Quo fit, ut (teſte Ariſtotele) conſcij propriæ ignorantię, admirentur homines ſcientes, & meritò intonante uoce illud Ouidianum proferant,

Proh ſuperi, quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent.–
Quantum animis erroris ineſt?

Atq́ Horatij aureum carmen recitent:

Quid quiſq; uitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas.–

Qui aũt lucem uidet (ut Gregorius docet) ſcit quid de tenebris æſtimet. Nam qui cãdorem lucis ignorat, etiam obſcura pro lucidis approbat. At ſectanda eſt prudẽtia, fratres: rectè enim uulgò dici audimus. Eum qui prudenter agit, bene agere omnia: quiſquis autẽ rectè agit omnia, peccatum, reprehenſionem, culpam, mulctã euadit. Qui enim prudens eſt, ut Seneca inquit, idem & temperans, & cõſtans: qui conſtãs eſt, imperturbatus eſt: ſine triſtitia eſt, qui imperturbatus eſt. Ergo prudẽs beatus eſt. Vnde procedit illuſtriũ uigor, unde deriuatur uera ratio, quæuis arcana penetrandi, quæ peculiaris eſt, & à natura inſita illuſtribus: ſine hac nemo uerè illuſtris eſſe poteſt. itaq́ licet ei quidlibet agere, & quomodolibet uiuere: isq́ ſolus bonus uir nuncupandus eſt, is ſolus prudenter agit: ſolus ergo liber eſt, ſolus illuſtris. Quid ni enim? cùm nec cogi poſsit, nec uetari. Vetatur enim, ſe-

cundum

cundum Philonẽ, qui à concupitis rebus cohibitus arcetur. At ſapiẽs, inquit, cupit uirtutem, qua non potiri non poteſt. Quòd ſi non cogitur, certè ſua ſpõte agit, & cum uirtute coniuncta ſunt facta eius omnia: qui nec trahi à uitijs, ut pondus habentibus: nec eis offendi, ut auerſandis poteſt. Vnde ſatis apparet, nihil inuitum coactumq́ facere. Quòd ſi ſeruus uilisq́ eſſet, cogeretur utiq́. Ergo liber, idemq́ illuſtris erit, quiſquis bonus, quiſquis prudens. Neq́, ſecundum Ariſtotelem, abſq́ prudentia aliæ uirtutes fiunt, neq́ prudentia perfecta eſt abſq́ alijs uirtutibus: ſed cooperãtur quodãmodo ad ſe inuicem, conſequentes prudentiam. Nullius enim (Poggius inquit) uirtutis uſum abſq́ prudentia utilem eſſe: nulloſq́, quicunq́ hi fuerint, ciues procul à prudentia poſſe neq́ publicis, neq́ priuatis in rebus, boni uiri officium præſtare: amicos quoq́ gratiores effici prudentia, & utiliores miniſtros. Nam ſicut uidetur eſſe fortiſsimus, qui plurimos hoſtium pugnando cæperit: ita, cum id perſuadendum eſt, qui plures in ſuam traxit ſententiam, eloquẽtiſsimus & prudẽtiſsimus ęſtimatur. Solere enim homines, quem in procurandis ſibi uitæ cõmodis prudentiorem putent, huius libenter conſilijs uti. quod ut eſt in multis alijs, ita & in corpore infirmis ſatis licet perſpici, à quibus ad unguem ſeruarentur medicorum præcepta. In mari quoq́ nautas omnes parêre gubernatori, ſic & uiatores itinerum peritos ſequi: hos enim, ut Lucius inquit, præſcire cuncta decet, qui priuſquam incipias, conſultò (ut Saluſtij uerbis utar) ubi conſulueris, maturè facto opus eſſe ſuadent. Sanè perplacidè dicebat Cleobolus: Cum quis exierit domo, primùm quid ſit facturus quærat: cum autem intrauerit, quærat iterũ quid fecerit. Vnde duorum temporum maximam habendã curam dicebat Pythagoras, & mane & ueſperi: id eſt, eorũ quæ acturi ſumus, & quę geſsimus. Ii ſunt fructus ingenui, illuſtris ac probi uiri: hoc deniq́ eſſe animi bene conſtituti (ut Ciceroni placet) lætari bonis rebus, & dolere contrarijs, hinc colligitur. Quoniam autem quidam inerudititales argumentationes non intelligunt, quibus in uniuerſum de rebus decernitur:

decernitur, ſolent percontari: Ecquando fuerũt uiri, quales fingis, aut ubi reperiuntur? reſpondere licet cum Philone: Nulli ſeculo defuiſſe uiros uirtute præſtantes, qui freti ope ſolius Dei, & iuxta rectum naturæ ius uiuentes, non modò ipſi fuere liberi atq; illuſtres, uerùm etiam familiares ſuos repleuerũt ingenuo generoſoq; ſpiritu: & ſunt nunc quoq;, inquit, imagines quædam uiuę, expreſſæ ad illorum ſapientum effigiem. Quãuis aduerſarij fateantur ſe carere eiuſmodi illuſtriũ genere, & uera libertate, pertractos in ſeruitutem ab imprudẽtia, uitijsq; cæteris: non ſtatim, inquit, id æſtimandũ eſt de uniuerſo hominum genere. Quòd ſi non uidemus prodire horũ agmina, nil mirum. primùm, quia quæ pulchra, ea rara ſunt: deinde, quia ſemoti à turba domeſticorum, uacant naturæ contemplationibus, cupientes, ſi quo modo queant, uitam ciuium corrigere. Virtus enim libẽter prodeſt publicè omnibus. Tales deberemus conſulere, & ueſtigare eorum latebras, & orare ſuppliciter, ut efferatam uitã noſtram ad mitiorem ſtatum reducãt, & pro bello ac ſeruitute pacem inducãt, libertatemq; huius comitem. Nunc pecuniæ cauſa ſcrutamur intima quæq;, aperimus terræ uenas duras & refractarias. Metallarij puteos fodiunt, in planis atq; montanis quærẽdo aurũ, argentum, cuprum, ferrum, cæteraſq; ſpecies. Vanitas faſtum colens pro numine, profunda maris penetrat, quærẽs uaria lapillorum precioſorũ genera, uel ſaxis latẽtibus adnata, uel oſtreis: & ob hoc ipſum precioſiora, quantum oculi delicijs ac luxu corrupti iudicant. At prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, iuſticięq; cauſa nemo peregrinatur, ne in peruijs quidem regionibus & hoſpitalibus: nemo enauigat maria, naucleris alioquin patentia, per totum annum ultrò citroq; curſitantibus. Sic rerũ uerſa conditio eſt (ut Boetius ſcribit) ut diuinum merito rationis animal, non aliter ſibi ſplendere, niſi inanimatæ ſupellectilis poſſeſsione uideatur. Nihil autem ita pecunias cõcupiſcere facit, (ut Chryſoſtomus inquit) ut glorię cupido. Propter hoc namq; famulorum greges, equos auro opertos, & argenteas menſas expetũt homines: non ut utilitatem aut uo-

luptatem impleant, ſed ut multis oſtendantur, dicentes apud ſe: ſi bene fecerimus cum pauperibus, quis non uidet? ſi uiderint, non multi uident: & ſi multi uident, pro tempore uident: & tranſit tempus, & cum tempore beneficij memoria. Melius eſt ergo ędificia facere, quę aſpiciant homines, non in hoc ſolum tempore, ſed in poſterum. O' inſipiẽs, quid tibi prodeſt iſta memoria? ſi ubi es torqueris, & ubi non es laudaris? Vanitas uanitatũ, &c. Hunc uerſiculum, ſi ſaperent qui in potẽtia uerſantur, in parietibus omnibus, & in ueſtibulis ſuis ſcriberent, in foro, in domo, in ianuis, in greſsibus, & ante omnia in conſcientijs ſuis, ut ſemper eum oculis cernerẽt, & corde ſentirent. Qui enim omnium pecuniarum contemptum habent, & nulli imaginationi totius mundi ſe immiſcuerũt, & tyrannicas corporum concupiſcentias ſuſtinuerũt: hi multoties capti uana gloria, omnia perdiderunt. Hęc (ut Boẽtius inquit) quàm fallax ſæpe, quàm turpis eſt? unde non iniuria Tragicus exclamabat: Gloria in millibus mortalium nihil aliud eſt, quàm aurium inflatio magna. Qui (ut Seneca habet) ſordido uehiculo erubeſcit, precioſo gloriabitur: quid ad rem pertinent mulæ ſaginatæ? quid iſta uehicula cælata? quid phaleræ deauratæ? quid monilia demiſſa pectoribus? iſta nec dominum poſſunt facere meliorem, nec mulã. Nunquid fortis ſe fortem gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmũ? Nunquid diues in opibus ſuis gloriatur, cuius ſpem fur uel tyrannus abripit? Nunquid nobilitas gloriabitur effœta, nonnunquam indignis & miſerabilioribus ſeruiens? Citò ignominia fit ſuperbi gloria. Diuitias ſiquidẽ (Petro Rauennatę aſſerente) & honores ſollicitudo inſeparabiliter comitatur. pompa mundi & fauor populi fumus eſt, & aura ſubitò euaneſcens: quæ ſi plerunq; placeant, pœnitudinem inducunt: ſi delectant ad modicum, productiore ſpacio diſplicebunt. Et quamuis Valerius Maximus dicat, Nullam eſſe tãtam humilitatem, quæ dulcedine glorię non tangatur: tamen qui ueram humilitatem habet, quæ uirum probum atq; illuſtrem parit & gignit, ab omni gloria uana facilè alienus eſſe poteſt. Nec opus

habemus uirtutem in lōginquas aut tranſmarinas regiones petere, cuius radices autor naturę in proximo depoſuit, ſicut ille ſapiens Iudæorū legiſlator teſtatur dicens: In ore tuo, in corde tuo, in manibus tuis: ſubinnuens, dicta, facta, cōſiliaq́ꝫ, quę omnia cultura indigent. Qui ergo labori præferunt ocium (ut Philo docet) non ſolùm germinibus officiunt, ſed & radices ipſas exiccando interimunt. Contrà qui ocium ut noxium fugientes, ad laborem ſe applicant, uelut generoſarum plātarum cultores, continua cura præcelſas uirtutes educunt in æthera, immortales uirentesq́ꝫ perpetuò, ferentes fœlicitatis fructum nūquam interiturum: quandoquidem, iuxta quorundam opinionem, non tam fœlicitatem afferūt, quàm ipſæ ſunt fœlicitas: &, ut Moſes uocare ſolet compoſito uocabulo, ὁλοκαρπώματα, quaſi dicas, frugem ſolidam. Siquidem, ſecūdum Philonem, terreſtres plantæ interdum nullum fructū ſuo cultori afferunt, atq; inſeruntur: in anima uerò totæ quantæ ſunt in fructus abeunt, prudentiæ, iuſticiæ, fortitudinis, temperantiæ. Omnis nanq; ſapientia hominis in hoc uno eſt, ut Deum cognoſcat & colat. Hoc noſtrū dogma, ait Lactātius, hęc ſumma eſt. Quanta itaq;, ait, poſſum uoce teſtificor, proclamo, denuncio: Hoc eſt illud, quod philoſophi omnes in tota ſua uita quæſierunt, nec unquam inueſtigare, comprehēdere, tenere ualuerunt: quia religionem aut prauam retinuerūt, aut totam penitus ſuſtulerunt. Qui uult ergo ſapiens & beatus eſſe, (unde illuſtris originem trahit,) audiat Dei uocem, diſcat iuſticiam, ſacramentum natiuitatis ſuæ noſcat, humana contemnat, diuina ſuſcipiat, ut ſummum illud bonum, ad quod natus eſt, poſsit adipiſci. Cùm igitur tales occaſiones ultrò nobis ſe præbeant, non pudet querelarum, quaſi negata ſit hominum generi ſapientia? quam poteramus ceu ſcintillam in fomite fumante redaccendere: nos uerò (ut ſapiētiſsimè Philo docet) ubi res diligentiam poſtulat, ad nos propriè pertinēs, ſegnes & ſupini ſumus, corrumpimus uirtutum ſeminaria: quæ autem fugiēda ſunt, deſideramus & requirimus. Propterea notanter inquit idem Philo, diuitum illuſtrium, uolupta-

 riorum,

riorum, terra mariq́ plena ſunt omnia: prudẽtum autem, iuſtorum, proborum exiguus numerus, quibus nihil neceſſe eſt: nec cõturbat ſapiens publicos mores, nec populum in ſe uitæ nouitate conuertit, dicit Seneca. Hoc deinde ſcio, nèminem poſſe benè uiuere, ſed nec tolerabiliter, ſine ſapientiæ ſtudio. Cum omnia habueris, tunc & habere ſcientiam uoles, & ſapientiam: hæc erit ultimũ uitæ inſtrumentum. Sapiens etenim ad omnem incurſum inuictus & interritus eſt, non ſi paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetũ faciat, pedem refert: interritus contra illa ibit, & inter illa ſapiens plenus eſt gaudio, hilaris, & placidus, & incõcuſſus, cum dijs ex pari uiuit, & uincit uirtute fortunã: hic uerè talis illuſtris omnibus habendus eſt: hic uerè diuinus nuncupandus ueniat. Quorum numerus etſi rarus eſt, tamen reperiuntur, atteſtante Græcia ſimul & Barbaria. Nam in illa, ſeptem meriti ſunt cognomẽ ſapientiæ: ſcilicet, Thales Mileſius, Solon Salaminius, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prieneus, Cleobulus Lyndius, Periander Corinthius. Sed poſtea Pythagoras primus non ſe σοφὸν, ſed φιλόσοφον appellauit. Quãquam uerò alij quoq́ præceſſerunt eos, aut ſecuti ſunt: illorũ tamen memoriam, teſte Philone, uetuſtas obliterauit: Recẽtiores, inquiens, non fuiſſe in precio apud ſui ſeculi homines, ideo minus inclaruerunt. At in barbarico ſolo frequentior celebratur numerus eorum, quibus egregia dicta factaq́ pepererũt tam inſignem gloriam. Quales, ut idem inquit, apud Perſas Magi naturæ ſcrutatores, præ ueritatis cognoſcendæ ſtudio, qui per ocium diuinas uirtutes contemplantur clarius, & alios eiſdem initiãt myſterijs: apud Indos Gymnoſophiſtæ, qui cum naturali moralem coniungunt philoſophiam, honeſtatis probitatisq́ amorem tota uita præ ſe ferendo. Nec Palæſtinę Syrięq́ deeſt hoc genus hominum, uirtutem ſectantium, cuius regionis non paruam partem populoſa Iudæorum gens incolit. In his quidam nominãtur Eſſęi, circiter (ut Philo numerat) quatuor millia, à ſanctitate, inquit, dicti: quia ſumma religione Deo ſeruiunt, non mactãdo uictimas,
ſed ſuaſ-

ſed ſuaſmet ipſorum mentes componendo ad ſanctimoniam. hi uicatim habitant, urbes fugiunt, propter familiaria ciuibus earum uitia: gnari, non minus periculi eſſe ab eorum cõuictu, quàm ab aeris intemperie peſtifera, propter contagium incurabile: uiuuntq́ partim ex agricultura, partim ex opificijs in pace florentibus, benefici erga ſuos & proximos, nullam condentes pecuniã, nec parantes ampli reditus latifundia, ſed quotidianis neceſsitatibus quærentes remedium. nam penè ſoli hominum degunt ſine prædijs, ſine pecunijs: & propter uitæ inſtitutum diuites habentur magis, quàm ob rerum copiam: frugalitatem non uana exiſtimatione ducentes eſſe quęſtum maximum. tela, iacula, gladios, galeas, thoraces, ſcuta, nemo apud eos fabricat: ſicut nec arma cætera, nec machinas, nec aliud quid bello utile: imò ne ea quidem ſtudia reperias ibi, quibus in pace facilè abutũtur homines. negociatores, inſtitores, naucleros, ne in ſomnis quidem uiderunt, ſubtrahendo materiam auariciæ: nemo ex illis ſeruit, omnes liberi miniſtrant ſibi inuicem: dominationem damnant ut iniuſtam atq́ impiã, repugnantem iuri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit, educauitq́ tãquam mater fratres germanos reuera, non ſolo nomine. Horum actiones inculpabiles, & mores diuiniſsimos; ac reliquas circumſtantias elegantiſsimè uberius Philo proſequitur. Hæc de Eſſæorũ inſtitutionibus, quoad prȩſens, ſufficiat narraſſe, ac horum exemplo ad uirtutum culturam properare. Tales enim uirtutis athletas reddit philoſophia, abſq́ omnibus curioſis & ambitioſis Græcorũ uocabulis, exercens eos in laude dignis actionibus, quibus certa perpetuaq́ libertas conſtabilitur. Id cõpertum eſt in multis & uarijs temporũ difficultatibus, ſub tyrannide potentiorum diuerſis præditorum ingenijs: ex quibus alij immaniſsimi, & omnium beſtiarum ferociſsimi, nullam crudelitatis ſpeciem omiſerũt, gregatim mactando ſubditos, ac lanionum more uiuos fruſtatim concidendo: alij ſuam rabiem celantes, diuerſo malitiæ genere acerbas clades dederunt, ut oppidatim monumenta impietatis ſuæ relinquerẽt ad perpetuam afflictionum me-

 moriam,

moriam. Nemo tamen uel è crudelibus illis, uel ex alte-
ris fucatis ac ſubdolis, ualuit modò dictos cœtus Eſſæo-
rum ſiue ſanctorum in culpam inducere: ſed omnes di-
ſceſſerunt uicti uirtute horum uirorum, laudantes eos ut
liberos ciues, & ſuo iure uiuentes, accepto à natura, præ-
dicantesq́ illorũ ſodalitia, ſocietatemq́ inenarrabilem,
in qua exemplum fœlicis & perfectæ uitæ uidere liceat.
Hos tales nobis proponere, & uelut ſcopum intueri non
obfuerit, ad uerè illuſtrium ingenuarumq́ mentium fa-
cultatem conſequendam. Hi enim uerè liberi ſunt, qui-
bus nemo dominari poteſt: ac ob uirtutem coniunctam
cum eruditione, etiam apud Reges hoſtium in admira-
tione ſunt, & ſumma reuerentia. Id ne fabuloſum uidea-
tur, extant ſcripta, præter Philonis, aliorum quoq́ pluri-
morum, de Alexandro Macedone: qui oſtentare uolens
Græciæ Barbarorum ſapientiam, hortatus eſt Calanum
Indum, unum ex genere Gymnoſophiſtarum, patientiſ-
ſimum eius ſeculi hominem, ut proficiſceretur ſecum, pa
raturus magnam gloriam in tota Europa, ſimul & Aſia.
quod cum non impetraret, ualde appoſitè & generoſè
ait: Et quid magnum Græcis oſtendes, Alexander, ſi po-
tes me cogere, ut quæ nolo faciam? In hunc modum: Ca-
lanus Alexandro. Amici tibi ſuadent, ut cogas Indo-
rum philoſophos: ne per ſomnũ quidem conſpicati no-
ſtras res, & noſtra negotia. Corpora de loco ad locum
transferes, animis inuitis nullam uim inferes, nihilo ma-
gis ac ſi lateres & ligna cogas uocem emittere. Ignis cor-
poribus uiuis maximos dolores excitat, non ſine perni-
cie: hunc tamen nos deſpicimus, dum uiui comburimur.
Nullus rex, nullus princeps poteſt efficere, ut quicquam
agamus præter animi ſententiam. Non ſumus Græco-
rum philoſophorum ſimiles, qui diu meditatas oratio-
nes recitant in celebritatum conuentibus: ſed res à uer-
bis apud nos non diſcrepant. Breui modo & beatitatem
& libertatem adipiſcimur. Talibus ſententijs an non
congruit illud Zenonium: Facilius eſſe utrem inflatum
mergere, quàm quemuis uirum probum inuitum ad ali-
quid agẽdum cogere? nam inuictus animus, rationis re-
ctæ placitis

ctæ placitis confirmatus, cedit nemini. Anaxarchus, & Zeno Eleates, excruciati tormentis inauditis antea, ſic ea contempſerunt, quaſi aut alienis, aut etiam ipſorum inimicorum adhiberentur corporibus: quorum alter ſublimis pendens, & diſtentus, ut arcanum quoddam proderet, ignis ferriq; uim ſuperauit: præciſaq; mordicus lingua, in tortorem ſuum eam expuit, ne ulla uox inuito extorqueretur. alter uerò ſtupenda uerba protulit: Tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non potes. Celebratur Laconis pueri mira quædam ingenuitas. captiuus enim abductus à quodam Antigoni milite, liberalia quidem non recuſauit miniſteria: ſeruilia uerò negauit ſe exhibiturum, quòd abhorreret à ſeruitio. ac licet per ætatem nondum poterat legibus Lycurgi inſtitui, quas uix deguſtauerat: tamen præſenti uitæ uiolentam mortem prætulit, ut fœliciorem: & redemptione deſperata, libens ſibi manus intulit. Narrãt Macedones, etiam Dardanias mulieres, quæ ſeruitutem credebant miſeriam turpiſsimam, ſuos pueros quos in ulnis baiulabant, proieciſſe in fluminis gurgitem, acclamando: Vos certè non ſeruietis, ſed priuſquam infœlicem uitæ curſum aggrediamini, ſalua libertate, cõpendiariam atq; neceſſariam uiam decurretis ultimam. Polyxenã quoq; Tragicus Euripides inducit, contempta morte curam libertatis gerere, dum ſic loquitur:

Defungor ultro, nemo tangat corpus hoc:
Præbebo collum ſortiter, liceat mori
Me liberam. –

Si itaq; pueri & mulierculæ, illi ætate, hæ ſexu fragiles, Philonis ſentẽtia, natiuo libertatis amore tenentur, adeò ut, ne hanc amittant, ad mortem tanquã ad immortalitatem properent: Credimus, inquit, uiros ſapiẽtes non hoc ipſo eſſe liberos, fruiq; ſyncera fœlicitate, dum uirtutes ſecũ circũferunt, quas nulla importuna uis poteſt eis eripere: quin & ultrò ſubeant perniciẽ pro libertate: & tum demũ in quauis conditione ſeruitij, liberi ac illuſtres ſunt (iuxta Ambroſij ſententiam) cum amore non capiũtur, auaritiæ uinculis non tenentur, metu criminis non obligantur.

gantur. Qui ſecuri expectāt preſentia, eos non terrent futura: ſicut (Philone introductore) Xanthios recenti, inquit, adhuc memoria. Cùm enim unus è cōiuratis in Iuliū Cæſarem Brutus eos obſediſſet, odio non tam partium quàm ipſius ducis, qui amicū & Imperatorem ſuum interemerat, repugnauerunt pro uiribus, donec eos paulatim hæ deficerent. Poſtremò in totum his exhauſti, concluſerunt ſuæ quiſq; domi uxores, parentes, liberos, atq; ita mactarunt: cōgeſtisq; in aceruum, ignem ſubdiderūt, & ſeipſos inſuper iugularunt, ut fatali neceſsitati ſalua libertate magnanimitateq; ſatisfacerēt. Hos uerè delectauit (Auguſtino aſſerēte) libertas uera, qui ab amore rerum mutabiliū liberi eſſe appetierunt. Sic Cynicus Diogenes, ac in dicendo huius æmulus Chęreas quidam, uir eruditus, habitans Alexandriæ, Ptolemęo minitāti, ſuam libertatem non minoris faciens quàm potētiam regiam, reſpōdit: Aegyptijs impera, ego te tuamq; iram nihil moror. Habēt enim (ut inquit Philo) regium quiddam generoſæ animæ, quarum ſplendorem nec fortunæ obſcurat iniuria. Quod decet opponi amplis dignitatibus, ad retundendam liberis dictis ſuperbiam. Quis ab hac generoſitate illuſtrem reddi naturam negabit? quis regium aſſeuerabit, & illuſtrem adimet? At facilè illæ lachrymę unde fluant cōijcio: fortè ex dicto Theodori cognomento impij. is cum Athenis, ut Philo narrat, profugus ad Lyſimachum ueniſſet, exprobrantibus quibuſdam ex optimatibus eam fugam, reſpondit: Non profugi, ſed idē mihi accidit quod Herculi. nam & ille ab Argonautis fuit expoſitus, non ob crimen ullum, ſed quòd uel ſolus eſſet iuſtum onus nauis, & cæteri uectores uererētur, ne prægrauata ſubſideret: ita ego quoque migraui propter magnanimitatem, quam cum Athenienſium rectores non ualerent aſſequi, inuidere maluerūt. Cumq; Lyſimachus amplius rogaſſet, num & è patria excidiſſet per inuidiā ciuium? reſpondit: Nequaquā, ſed propter excellentiam ingenij, quod non capiebat patria. Sicut enim Semele Baccho grauida, cùm non potuiſſet perferre uterum, Iupiter eam miſeratus, abortiuum ambuſsit, & inter Deos retulit:

retulit: ſic cùm patria mea minor eſſet, quàm ut caperet philoſophum, bonus quiſpiam ſiue Deus ſiue genius, Athenas in locum fortunatiorem, cõmodioremq́ue me tranſtulit. At ego horum inuidiam contemno. Scio enim, ut Alexander dixit, inuidos homines nihil aliud eſſe quàm ipſorum tormẽta. Inuidi (ut legitur apud Paulum Oroſium) atq; maligni, uitioſo oculo uident, & confuſi caligine nequitiæ in id cadunt, ut minus uidendo plus uideant: cum tamen id quod eſt, ita ut eſt, uidere non poſſint. Intantùm enim captum cor obliquat inuidia, ut rectum natura non uideat. Scio quoq;, cum Xenophonte, nonnullos liuore ductos, morbo animi obtemperaturos: tamen memor, nullam unquam uirtutem caruiſſe inuidia (malè enim cum eo agitur, cui nullus inuidet) æquanimiter fero eorũ dicacitatem. Solent inuidi, & qui præcipuè ſuo ingenio diffidũt, aut qui pręſtant impudentia, alios detrahendo obloquẽdoq́ue laceſſere: uerùm utantur ſuo inſtituto ac moribus, modò id ſciant, malitiã magnam partem ſui ueneni bibere. Porrò ego ad ipſam libertatem ſapientum, ſicut & ad cætera bona hominum aſpirabo, quod etiam animalibus quibuſdam ſimili quodam modo inſertũ eſſe uidemus. certè gallinacei tam audacter certare ſolent, ut non animoſitate uincãtur, ſed uiribus. Quod intelligens Miltiades imperator Athenienſium, ut Philo meminit, quãdo rex Perſarum excito Aſię robore tam multa millia traiecit in Europã, quaſi ad primum clamorem oppreſſurus Gręciam, cõuocatis in Panathenaicum conuentum ſocijs, pugnantes oſtendit has alites: ratus hoc ſpectaculum maiorem uim habiturũ ad permouendos, quàm orationem. nec eum fefellit ſua opinio. Correptis enim armis, eam expeditionem ſuſceperunt, quaſi debellaturi cum ingenti ſtrage hoſtium, contemptis mortibus & uulneribus, ut ſaltem inſepelirentur libero ſolo patrię. Quis putat ſapientes prõptiſsimè non prælaturos ſeruituti interitum? aut iuuentutem magnanimam in uirtutis certamine cedere gallinaceis? Nemo ignorat ſanè, libertatem eſſe rem egregiam, rem inquam illuſtrem: ſicut è diuerſo, ſeruitutem longè turpiſsimam.

Quo fit, neq; probum quenquam ſeruum eſſe, neq; inſipientem ullum liberũ: etiamſi uel Crœſus ſit, aut Midas, aut magnus Rex, ut hi Euripidis ſenarij docent:

Nam liberum eſſe, maximum dico bonum:

Quòd ſi quis eſt pauper, putet ſe diuitem.

Pro hac libertate Græci olim barbarícq; conflictabantur bellis cõtinuis. Centuriones enim, tribuni, & imperatores ipſi, nullam cohortationem habebant efficaciorem in prælijs, quàm: Eſte uiri, libertas agitur, qua nil hominib. optabilius, ut quæ ſit fons fœlicitatum cunctarum, priuatarum etiam. Et Argonautæ quidẽ admirandi ſunt, qui nullum inter nauales ſocium receperunt, niſi liberũ: ingenuorum contenti miniſterijs, libertati non officientibus. Sicut & nauclerus Iaſon, & natus & educatus liberaliter, amatorcq; ingenuorũ, nauem ſuam neminem ſeruum patiebatur aſcendere. quamobrẽ Aeſchylus ſic loquitur:

Argus ubi ſint ſacra ligna dicito.

Hæc eſt illa illuſtris proſapia, hęc uerè generoſa animi facultas, pro qua non eſt quicquam, quod ultrò etiam non offeratur. Hæc illa eſt uirtus, uelut arx munitiſsima, quæ contemnit omnes machinas, quibus eminus impetitur. huius robore quiſquis ſe cõmunijt, poteſt cõfidenter dicere: Alij facilè ſunt expugnabiles,

Aſt ego meipſum ſoluere, imperareq;

Noui mihi: uirtute namq; metior Omnia.

& omnes uafros, ambiguæq; fidei homines uulgò nominare illiberales, & parum ingenuos. Inde illud apud Philonem:

Erectum ſeruile caput, uidiſſe nefas eſt:

Semper id obliquum colla retorta gerit.

Quod enim, inquit, tortum eſt, degeneres mores arguit: ſicut erectus habitus, apertos & minimè fucatos, quãdo dicta cum cogitatis conſonant. Sublata autem uana opinione, à qua pendet uulgus hominum, Philone aſſerẽte, ueritatem rem ſanctiſsimam cõplexi: nec libertatem tribuamus his qui ſe ciues nominant, nec empticijs mancipijs ſeruitutem obijciamus: ſed omiſsis natalibus, & tabulis, & in totum rebus corporeis, ſcrutemur naturã animi: qui

mi: qui ſi concupiſcentijs agitatur, aut ab inopia ceruice obtorta trahitur, & ipſe ſeruit, & totum hominem heris innumeris adigit. Sin autem inſcitiam prudentia, luxum temperantia, formidinem fortitudine, auariciam æquitate ſuperat, imperat etiam, tantum abeſt ut ſeruiat. Cęterùm qui nondum ad harum alteram acceſſerũt ſpeciem, nec ſerui omnino nec liberi, quales ſunt in prima pueritia, puri, ſynceriq́, pręceptis nutricandi ſunt, & ante omnia ceu lacte alendi cibis teneris, ſcilicet diſciplinis encyclicis: mox alimenta ſolidiora ſuggerenda ſunt, quorum opifex habetur philoſophia: ut ad uirilem habitudinem firmitatemq́ prouecti, ad finem optimum perueniant, quod eſt ſecundũ naturæ ductum uiuere, iuxta non Pythij, ſed Zenonis oraculum. Hęc Philo. Tales cibi, mea ſententia, & grauiſsimorũ uirorum autoritate, ingenuos ac uerè illuſtres alunt: non auaricia, non luxus, pompa, & inanis mũdi gloria. Si enim penitius introſpicias uel etymologiam uocis, facilè deprehendes eum eſſe illuſtrem, qui arcana rerum penetrat, qui occulta naturæ indagando adaperit: ac eos qui ciuitates, oppida, uillas, & ſimilia luſtrant, impropriè illuſtres dici. Oportet enim à nobiliori denominationem ſumere nobiliorem: nec dubium eſt, animã præſtantiorem, & æterno ſimiliorem eſſe, corpore corruptibili & momentaneo. Quo fit, ut quæ animi ſunt primò luſtrentur, ac penes animi dotes illuſtriũ attributio fiat: tandem quæ corporis eſſe uidentur, ſobriè, ac potius obiter quàm ex intentione, tali nomine cõdecorentur. Mirari itaq; non ſatis ualeo, hanc imbecillitatem hominum, qui hæc quaſi omnibus obuia percipere nequeunt. Hiſce itaq; hominibus non fuerit incõmodum, altius ruminare uirtutum encomia, & earũdem habitus, quo purius in poſterum de re ſublimiori iudicare ualeãt, & de ea ſyncerius ſentire. Virtus enim (ut Lactant. Firmianus docet) colenda eſt, non imago uirtutis: & colenda non eſt ſacrificio aliquo, thure, aut precatione ſolẽni, ſed uolũtate ſolenni atq; propoſito. Nam quid eſt aliud colere uirtutem, niſi eam comprehendere animo, aut tenere? Qui enim ſic uirtutes colũt, ut umbras & imagines

uirtutum conſectentur, ea ipſa quæ uera ſunt, tenere non poſſunt. Seneca quoq; nullum eſſe aliud uirtutis præmium, quàm immortalitatem, fatetur, laudans uirtutem in eo libro, quem de Immatura morte cõſcripſit: Vna, inquit, res eſt uirtus, quæ nos immortalitate donare poſſit, & pares dijs facere. Sed & Stoici, quos ſecutus eſt, negãt ſine uirtute effici poſſe quenquam beatum: ergo uirtutis præmium beata uita eſt. Si uirtus, ut rectè dictũ eſt, beatam uitam facit: Non eſt ergo, ut aiunt philoſophi, propter ſeipſam uirtus expetẽda: ſed propter uitam beatam, quæ uirtutem neceſſariò ſequitur. Quod argumentum docere eos potuit, in quo eſſet ſummum bonũ. Hinc uirtutem dicunt Stoici, quæ ſola efficiat uitam beatam: nec quidquã uerius poteſt dici. Nullus inſuper ex uirtute fructus eſt, ubi uirtus mortalis eſt, & caduca. quo fit, ut umbram quandam uirtutis, non autem uirtutem ipſam uideant. Nam uirtus eſt, iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrenare. Quid dicam de uirtute? Officium uirtutis eſt, non peccare: quo profectò fungi non poteſt, qui Deum neſcit. quoniam ignoratio eius à quo bona oriuntur, imprudentem impingat in uitia neceſſe eſt. Itaq;, ut breuius & ſignificantius utriuſq; ſumma officia determinem: ſcientia eſt, Deum noſcere, uirtutes colere: in illo ſapientia, in hoc iuſticia continetur. Quod piè Seneca Tragicus in Octauia, in hæc uerba protulit:

Pulchrum eminere eſt inter illuſtres uiros,
Conſulere patriæ, fera cæde abſtinere,
Tempuſq; iræ dare: Orbi quietem,
Seculo pacem ſuo.
Hæc eſt ſumma uirtus,
Petitur hac cœlum uia.

Idem in Hercule Oetæo:

Sed locum habet uirtus inter aſtra:
Nunquam Stygias fertur ad undas
Inclyta uirtus. Ibidem:
Viuite fortes: nec lethæos
Sæua per amnes uos fata trahent:
Sed cum ſummas exiget horas

Conſumpta

Conſumpta dies, iter ad ſuperos
Gloria pandet.

Hæc ad confirmationem, qua de quæritur, ut Philonis phraſi utar, mihi ſanè ſufficerent. Sed quoniam medici ſolent uarijs morbis adhibere uaria remedia, neceſſariū duco, iſtis, ut uidentur, paradoxis propoſitionibus, propter nouitatē, alias inſuper probationes apponere. Quidam enim uix continuatis argumentationibus cōuicti, errorem ſuum agnoſcunt. Rectè igitur inquit Seneca: Omnibus naturam dediſſe fundamenta, ſemenq; uirtutum: quid ergo prohibet, dediſſe animum ingenuum, atq; illuſtrem? nunquid illuſtris maior uirtute? quandoquidem illuſtris uerè trahit originē à uirtute, quæ ſola hominem extollit, & ſuper aſtra mortales collocat: nec ea quæ bona aut mala uocantur, aut cupit nimis, aut expaueſcit. Superuacua ſiquidem ex animo tollenda ſunt. Non dabit ſe in has anguſtias uirtus. Hæc inquam ſola, regna, urbes, prouincias temperat: fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosq; diſpenſat: officia modò arcto fine circumdat, paupertatis, exilij, orbitatis. Non tamen minor eſt, ſi ex altiore faſtigio in priuatum, ex regio in humilem ſubducitur, ex publico, ex ſpacioſo rure, in anguſtas domos uel angulos coit. Errare itaq; mihi uidetur, qui dixit,

Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus Adiuuat.

Non enim ullo honeſtamento eget. Ipſa magnum ſui eſt decus, & corpus ſuum conſecrat. Poteſt ex caſa uir magnus exire: ex deformi humiliq; corpuſculo formoſus animus, & liber, & magnus. Hoc genus hominum Therapeuticum ſemper, (Philonis ſententia) in cōtemplatione diuinitatis proficiet, etiam ſole hoc ſenſibili prætérito: nec unquam ſuum ordinem deſeret, tendētem ad fœlicitatem perfectiſsimam. Huic uitę inſtituto qui ſe addicunt, non ex more aut rogati id faciunt: ſed amore correpti rerum cœleſtiū, & quaſi furore diuino perciti, donec ad contemplationem illam deſideratiſsimam perueniāt. Deinde præ immortalitatis, beatæq; uitę cupidine, quaſi iam hac mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt liberis aut cognatis, ultrò eis poſſeſsione cedēdo, atq; etiam

ſocijs & amicis, ſi cognati deſint. Oportet enim, ut idem inquit, qui perſpicaces diuitias adeptus eſt, cæcas illas relinquat mentibus cæcutientibus. Anaxagorã & Democritum celebrant Græci, quòd præ amore philoſophiæ prædia ſua compaſcua pecori reliquerint. Cura enim pecuniæ, poſſeſsionumq́ꝫ, affert diſpendium temporis, cuius præcipuè nos decet parſimonia, iuxta illud Hippocratis medici monitum: Vita breuis, ars longa. Idem & Philoni uidetur Homerus ſubinnuere in Iliade, his uerſibus:

Myſorum terram aſpicies, queis prælia cordi,
Et facilis uictus: ſiquidem lac paſcit equinum
Egregios homines, nullis uirtute ſecundos.

acſi cura uictus parandi, ſit cauſa iniuſticię, propter diſparitatem: iuſticiam uerò gignat diuerſum ſtudium, qua naturæ opulentia cernitur, non contenta uulgaribus fœlicitatibus. hæc ſiquidem eſt, qua philautiæ magis omnes incumbere ſtudent. Hoc inquam malum, Ambroſio dicente, iamdudum humanis influxit mẽtibus, ut pecunia honori ſit, & animi hominum diuitiarum admiratione digni: ut nemo niſi diues, honore dignus putetur. Vbiq́ꝫ enim, ut Iſidorus inquit, pecunia uincit, omnes mendicitatem ſpernũt. Sed pulchrum eſt, Caſsiodoro autore, neglexiſſe fœda lucra pecuniæ. Propter pecuniarum enim poſſeſsionem (ut Plato in Phædone habet) omnia prælia nobis ſunt. Malè quoq́ꝫ res ſe habet, ut Cicero inquit, cum quod uirtute effici debet, id tẽtatur pecunia. Sed ut pecuniæ non quærẽdæ ſolum ratio eſt, uerùm etiam collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditent, nec ſolum neceſſarios, ſed etiam liberales: ſic gloria & quærenda & collocanda ratione eſt. Quanquã præclarè Socrates ad gloriam hanc uitam eſſe proximam, & quaſi compendiariam dicebat, ſi quis id ageret, uidelicet ut qualis haberi uellet, talis eſſet. Nihil itaq́ꝫ eorum, Valerio teſte, quæ uirtuti debentur, emere pecunia licet. Vnicæ filiæ pater, Themiſtoclem cõſulebat, utrum eam pauperi ornato, an locupleti parum probato collocaret? Cui is inquit: Malo uirum pecunia, quàm pecuniã uiro indigentem. quo

tem. quo dicto ſtultum monuit, ut generum ſibi potius, quàm diuitias generi legeret. Nam ut Horatius canit,

Sed quia naturam mutare pecunia neſcit:

& Iuuenalis ſimiliter in hæc uerba monet,

Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nummi, quàm funera.- Idem:
Ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris. Idem:
Interea pleno dum turget ſacculus ore,
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat qui non habet.-

Relictis igitur facultatib. & auocamētis omnibus, iuxta monitum Philonis, fugiendū eſt ſine reſpectu fratrum, liberorum, parentū, uxorumq́: & deſerātur numeroſę cognationes, ſocietates, amicitiæ, ipſa deniq; patria, in qua genitus quis aut educatus eſt, quandoquidem conſuetudo magnum momentum habet ad allectandos animos. Demigrandum aūt eſt non in aliam ciuitatem, ſicut ſeruis qui ſe uendi heris alijs impetrant miſeri, ut qui ſeruitutem mutant, non effugiunt. Quæuis enim ciuitas, inquit, uel optimis ornata legibus, plena eſt tumultu plurimo, quem nemo ſapientiæ ſectator ſuſtineat. Sed extra mœnia degendū eſt, in hortis, aut uillis ſolitarijs: amando ſolitudinem, non hominū odio, ſed ad cauendos cōgreſſus cum diſsimilibus, quos ſcimus morib. bonis officere. Nil enim dānoſius (ut Seneca inquit) bonis moribus, quàm in ſpectaculo deſidere. Salutare itaq; eſt, non conuerſari diſsimilibus, & diuerſa cupiētibus. Turba etſi non mutat te, impedit tamē. Multum aūt nocet, etiam qui moratur. In uitia alter alterū trudimus. Quomodo autem reuocari poſsint ad ſalutē, quos nemo retinet, populus impellit? Si ergo quid in aliquibus ex ſordida cōuerſatione ſeruile eſt, honeſtorum conuictus excutiet. Nulla enim res magis animos induit honeſtos, & in prauū inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum uirorum conuerſatio. Paulatim enim deſcēdit in pectora, & uim pręceptorum obtinet, frequenter aſpici, frequenter audiri. Hoc genus reperiri Philo docet, in multis orbis regionibus, meritò, ut abſolutæ probitatis receptum à Græcis atq; Barbaris.

Maximè

Maximè tamen in Aegypto frequentatur per præfectu-ras ſingulas, præſertim circum Alexandriã. Ex omnibus autem locis optimus quiſꝙ Therapeutarum tãquam in huius generis patriam mittitur, in locum aptiſsimum, tu-tum ſimul & laudatum, ſaluberrimũ, frugalem, non conti guum, (non enim placet id amantibus ſolitudinem) nec tamen longè remota, quia ſocietatem diligũt, ut poſsint inuicem ſuccurrere contra latronum incurſus fortuitos: ſinguli habent ſemnea, ubi perpetuã habent Dei memo-riam, ut ne in ſomnis quidem aliud eis obuerſetur, quàm imagines diuinarum pulchritudinum. & ſunt in his, qui ſomniando produnt præclaras ſacræ philoſophię ſenten tias. per ſex dies in ſuis illis modò dictis monaſterijs phi-loſophantur, non progrediẽtes foràs, imò ne proſpicien-tes quidem: ſeptima uerò conueniunt in cœtum cõmu-nem, & iuxta ætatis ordinem conſidunt, decenti habitu: tùm progreſſus in mediũ natu maximus, & dogmatum eius ſectæ peritiſsimus, diſſerit uultu ad grauitatẽ com-poſito, uoce moderata, non ſine magna prudentia, ſecus quàm oratores, aut ætatis noſtræ Sophiſtæ, oſtentatores eloquentiæ: ut quibus magis cordi ſunt exquiſitæ ſenten tiæ, diligensꝙ & accurata harũ enarratio, quæ non ſum-mis inſidat auribus, ſed per auditũ penetret in animum, ibiꝙ firmiter inhęreat. Reliqui omnes auſcultãt per ſum-mum ſilentium, annutãtes oculis tantũ, aut capite. Tem-perantiæ tanquam fundamento in anima iacto uirtutes cæteras ſuperſtruunt, nec cibum nec potum quiſquã ſu-mit ante ſolis occaſum: quòd ſapientiæ ſtudiũ luci conue nire iudicent, tenebris uerò curam corporis. ideo totos dies alteri, alteri uerò exiguam partem noctis tribuunt: nonnulli ex his uix tertio quoꝙ die famem ſentiũt, atten ti magis ad diſciplinarum ſcientiam. Nec deſunt qui prę-lautæ acceptis epulis ſapiẽtiæ, copioſe prębentis ſua pla-cita, perdurãt duplum eius temporis: & uix ſexto die de-guſtant cibum neceſſariũ, aſſueti ſicut cicadæ rore uiue-re, canticis opinor ſolantes inediam. Septimum uerò diem ut feſtum, ſacratumꝙ, honore dignantur eximio, quo poſt curam animi, corpus quoꝙ reficiunt ſimplici pane:

pane: ſal uicem ſupplet obſonij. qui delicatiores ſunt, hyſſopũ pro condimento adijciũt, potum è fluentis hauriunt, edunt ne eſuriant, bibunt ne ſitiant, ſaturitatem cauendo ut inimicam animo pariter ac corpori. Sobrietatem ſummopere obſeruant, quæ (teſte Auguſtino) eſt recti iudicij tenax, memorię recordationisq́ inſeparabilis ſapientia, ſecretorũ cuſtos, arcani uelamen, lectionum & doctrinæ capax, ſtudiorum & artium bonarum diſciplina pariter & magiſtra ingeniorum, & capiendarũ pediſſequa, bonæ famæ ſemper auida, ſalubria atque utilia creans, uirtutis ſingulare auxiliũ, cuncta cum ratione diſponens, in cõgregatione honeſtorum ſemper ingerens. In uniuerſum, exercent modeſtiam ut fontem ueritatis: ſicut è faſtu mendacium prognatum autumãt. Profluunt enim è mendacio uarię malorum ſpecies: contrà ex ueritate, omnium fœlicitatum humanarum diuinarumq́ copia. Adeſte fratres, hæc condimenta maſticate, hanc proſapiam agnoſcite: hos tum demum uerè illuſtres, etiam nolentes fateamini oportet. Iſte enim eſt uerè cultus diuinus, hîc eſt naturæ genuina obſeruantia, ubi nulla expletio meri (ut uulgò ſolet fabula de Cyclope Vlyſsisq́ ſocijs fidem inuenire) nulla cõflictatio, nulla iniuria, aut contumelia, (ut apud noſtræ ætatis homines, qui modò ad conuiuiũ uenerãt amici & integri, paulo pòſt exeunt inimici, & mulctati membris quibuſdam, aut certè horum extremitatibus) non obliquata ceruice ructant inter pocula, non uita luxu diffluit, quæ malum affert omnibus: ibi nulli lecti gemmati, nulla uis poculorum, nulla oſtentatio alicuius opulentiæ, ſicut ſolet fieri apud noſtri ſeculi magnates: cùm tamen totum hoc negocium uera æſtimatione nihil aliud ſit quàm ſtolidus luxus, hominis abutentis fortunæ beneficio. Ibi nullæ obſoniorum, bellariorum, condimentorumq́ ſpecies, elaboratæ à piſtoribus & cupediarijs: quorum eſt cura, non tantum guſtui ſatisfacere, uerùm etiam oculos exhilarare mundicijs. Ibi non ſeptem aut plures menſæ inferuntur, eorum plenæ quæ terra, mare, amnes, aerq́ ferunt: ibi non efferũtur patinæ uacuatæ à cõuiuis uoracibus: ibi non uſq́ ad fauces

expleti locum habẽt, ſicut apud noſtros, qui cum nil poſ-
ſunt amplius edendo laſſati, appetitu eſuriunt, oculos paſcendo carnium opimarum copia, nidorem uerò exhalantem attrahẽdo naribus. poſtremò, his quoq; ſentibus ſaturatis, faciunt mentionẽ de abitu, egregiè collaudata conuiuatoris magnificentia, &c. Iſtiné illuſtres nominandi ſunt? imò helluones potius, & beluinã more Epicureorum agentes uitam. Quis enim ſobrius non mallet famem & ſitim, quàm in talibus epulis nimiam cibi potusq; abundantiam? Iſti ueniunt ad hoc ſacrum conuiuium, in quo nemo ſeruus, ſed omnes ingenui & illuſtres adſunt. miniſtrant ſponte, non expectãdo iuſſa, ſed præueniendo alacritate uoluntaria, tanquam germani filij, coniunctione arctiore ducti quàm ſanguinis: quãdoquidem rectè ſapientibus uirtute nil eſt antiquius. Hi poſtquam diſcubuerint, nullam potationem recipiũt, ſed maius ſilentium quàm antea, ita ut ne mutire quidem cuiquam liceat, aut reſpirare uehementius. proponit quiſpiam quæſtionem è ſacris literis petitã, aut ſoluit ab alio propoſitam, nihil de ſolutione ſollicitus: nec enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ, ut modernæ ſimiæ & Sorbonici atlantes: hoc tãtum agit, ut rem diligentius perſpiciat, perſpectã non inuideat minus perſpicacibus, ſed non minus diſcendi cupidis: atq; ita immoratur doctrinæ, ſubinde inculcans imprimensq; animis preclaras ſententias. Nam expeditã elocutionem, & una ſerie continuam, auditorum mens non ualens aſſequi, à tergo relinquitur, nec ſatis audita percipit: totũ uerò auditorium attentum, auſcultat in uno eodemq; habitu, cum omni debita reuerentia, intelligere ſe nutu uultuq; indicans, probare uerò hilaritate ac exporrectis frõtibus. Huc huc properate, quotquot adeſtis cæci, & recipite uiſum illuſtrium contemplationum: accedite luxu ſtolidi propius, & de Therapeutis naturæ contemplatoribus induite ſanctam æſtimationem, & huic tantum ſtudio, curandæq; animæ per totam uitam deditis, cœli & mundi ciuibus, patri conditoriq; rerum propter ſuam uirtutem (Philone aſtruente) cõmendatiſsimis; qua conciliante adepti

cœleſtis numinis amicitiam, præmium conuenientiſsimum, fortuna uirtuti poſthabita, euaſerũt ad ſupremũ fœlicitatis faſtigium. Horum exemplo & tu Inuidia moueare, ac confringe dentes caninos: deſiſte ab ineptijs diu ſatis cultis, & apprehende hunc Therapeutarũ Therapeutridumq; chorum, ac ad eius imitationem quæ tua ſunt compone: tum demum illuſtris uerè diceris, tum demum beatitudinis terminũ fœlicitatisq; ſcopum manibus tenebis. Qui porrò laudibus extollũt nobilitatem, ut bonum maximum & cauſam magnorum bonorũ, ipſi (eodem autore) reprehendendi ſunt uel ob hoc, quòd nobiles cenſent, natos è familijs iamdudum claris & diuitibus: cùm ne maiores quidem illi quos iactãt, propter opulentiam illuſtres aut fœlices fuerint: quandoquidem uerum bonum in nulla externa re, nec in corpore, imò (ut Philoni placet) nec in quauis parte animæ, ſed in principali tantum, ſitum eſſe natura uoluit. Poſtquam enim Deus, inquit, pro ſua bonitate charitateq; etiam inter nos hoc collocare decreuit, nullum templum inuenit ei dignius quàm mentem hominis. Mens enim circumfert illius boni effigiem: quamuis id perſuaderi non poſſit his, qui ne ſummis quidem labris deguſtauerũt ſapientiam, caligantibus in luce clariſsima. Nam aurum, argentum, honores, dignitates, ualetudo, forma, ſunt in uirtutis tanquam in reginæ miniſterijs. Quoniam igitur nobilitas expiatæ purgatæq; mentis ſors eſt præcipua, nobiles & illuſtres dicendi ſunt ſoli prudentes & iuſti, etiamſi è uernis aut empticijs nati ſint: malis uerò, prognatis ex honeſtis maioribus, nullus locus eſto inter nobiles. Nam nequam ne inter ciues quidem cenſendus eſt, cum uirtutis exul ſit, ueræ bonorum uirorum patriæ. Talis, fieri non poteſt, quin ſit ignobilis, etiamſi auos proauosq; laudatos memoret: ipſe tota uita non minus alienus à nobilitate, quàm ab illorum ſtudijs. Nec ſatis eſt malis, quod ſint ſuapte natura ignobiles: niſi omnes, ut uideo, perpetuum bellum gerant cum uerè nobilibus, uel contra maiorum ſuorum dignitatem, obſcurantes extinguentesq;, ſi quid ſupereſt ſplẽdoris gentilicij. Et hoc eſt, ut opinor,

 (ſicut

(ſicut proſequitur Philo) cur parentes liberorum amantiſsimi, interdum exhæredant liberos, & à familia genteq́ ablegāt, quoties natiuam parentum charitatem degeneres nimia nequitia ſuperant. Vndecunq́ autem homines naſcantur, Auguſtino dicente, ſi parentum uitia non ſectentur, honeſti & ſalui erunt. Semen enim hominis, ex qualicunq́ homine, Dei creatura eſt: & eo malè utentibus, malè erit. Sponſus ille qui uocaturus erat ad nuptias bonos & malos, cōgruens inuitatis, naſci etiam uoluit de bonis & malis. Quo exemplo diſcant, inquit, filij parentum ſuorum, iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. Iſmael ut ſepararetur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna diſcordia. Quo fit, ut Dominus noſter IESVS Chriſtus, teſte Hieronymo, uoluerit non ſolùm de alienigenis cōmixtionibus, ſed etiam de adulterinis naſci: nobis magnam fiduciā pręſtans, quòd qualicūq́ modo naſcamur, dum tamèn ueſtigia eius imitemur, ab ipſius corpore non ſeparamur, cuius per fidem mēbra effecti ſumus. Sola apud Deum libertas eſt, non ſeruire peccatis. Summa apud Deum nobilitas eſt, clarum eſſe uirtutibus. Ideo (inquit Philo) puto ipſam Nobilitatem, ſi Deus ei formam uocemq́ daret humanam, ſic allocuturam iſtos contumaces poſteros: Gentilitas non ſanguine ſolo æſtimatur apud Veritatem iudicem, ſed factis ſtudijsq́ ſimilibus. At uos in contrarium tenditis, quæ odi amatis, quæ probo improbatis & auerſamini. apud me honor eſt pudori, ueritati, moderationi, modeſtiæ, innocentiæ: apud uos in nullo precio habitis. Impudentiam odi, mendacium, impotentiā, ſuperbiam, maliciam, uobis familiariſsimas. Cur igitur factis alieniſsimi, uerbis fucatis fictisq́ uultis obrepere, & inſinuare uos in amicitiam? nec moror, nec fero ueſtras fraudes ac offucias. facile eſt cuiuis, comminiſci ſermones bonos in ſpeciem: ſed pro malis moribus bonos adſciſcere, difficile. Hæc cōſiderans, & nunc inimicos exiſtimo, & poſthac exiſtimabo, quicunq́ inſtaurant cauſas odij: quos equidem ſuſpectiores habebo, quàm eos quibus probro datur generis obſcuritas. Nam hi poſſunt excuſari, quia nullum

nullum cum uirtute fuit illis cõmercium: uos eſtis inexcuſabiles, qui præclaris prognati familijs, iactatis maiorum ſplendorem ac gloriam: & cûm abundetis exemplis domeſticis, nulla uobis inhærent maiorũ decora, per ueſtram negligentiam. Redeatis autem ad puchrum illud diploma Hieronymi, inquientis: Nulli te unquam de generis nobilitate præponas: nec obſcuriores quoslibet, & humili loco natos, te inferiores putes. Neſcit religio noſtra perſonas: nec conditiones hominum, ſed animas inſpicit. Illud autem Ambroſij aduertite, quod extra paradiſum uir factus eſt, intra paradiſum mulier: ut aduertas, quòd non loci aut generis nobilitate, ſed uirtute unuſquiſq; gratiam cõparat ſibi. Deniq; extra paradiſum, hoc eſt, in inferiori loco uir factus, melior inuenitur: & illa quæ in meliori loco, hoc eſt, in paradiſo facta eſt, inferior inuenitur. Cæterûm paupertatem & ignobilitatem, ægritudinem & mortem, nemo ſapiens mala dixerit, ut uos ſoletis, nec in malorum ſorte numerauit. Sed cum uolueris ueram hominis æſtimationem uidere, & ſcire qualis ſit. (Seneca inquit,) nudũ inſpice: deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia. Corpus ipſum exuat, & animum intuere qualis quãtusq; ſit, alieno an ſuo magnus. Habet hoc propriũ generoſus animus, quòd conciliat ad honeſta. Neminem excelſi ingenij uirum humilia delectant, & ſordida. Erigite, inquit, audacter animos: & quicquid in medio ſordidi iacet, trãſilite, expectat uos in ſummo magna nobilitas. Nonnullis autem (ut Gregorius docet) ſolet nobilitas generis párere ignobilitatem mentis, ut minus ſe in hoc mundo deſpiciant, qui plus ſe cæteris aliquid fuiſſe meminerunt. Vnde nunquam (ut Chryſoſtomo placet) de uitijs erubeſcamus parentũ: ſed illud unum quæramus, ſemperq; amplectamur, uirtutem uidelicet. Huiuſmodi, etiamſi alienigenã habet matrem, etiamſi fornicatione pollutam, uel quolibet huiuſmodi dedecore ſordidatã, nil tamẽ de eius aut uilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quòd ſi fornicatorẽ ipſum ad meliora conuerſum, nequaquam prior uita commaculat; multo magis ex meretrice natus

 & adultera,

& adultera, ſi propria uirtute decoretur, parentum ſuorum haud dedecoratur opprobrijs. Quo fit, ut nobilitas uel bonitas cognatorũ non ualeat, niſi fuerimus nos ipſi boni. Adam primus homo (ut Gregorius inquit) pro peccato de paradiſo eiectus eſt: hoc eſt, quia Dei nobilitatem à ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt. Ille itaq; clarus & illuſtris, Chryſoſtomo docente, ille ſublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem ſuam putet, ſi dedignetur ſeruire uitijs, ab eis non ſuperari. Quid enim prodeſt ei quem ſordidant mores, generatio clara? aut quid nocet generatio uilis, quem mores adornant? ipſe enim ſe uacuum ab omnibus bonis oſtendit, qui gloriatur in patribus. Genus Apoſtolorũ, ut Bernhardus uult, eſt non aliunde nobile, quàm morum ingenuitate, & fidei fortitudine. Vnde Boëtius inquit: Splendidum te, ſi tua non habes, aliena claritudo non efficit, nec aliena turpitudo deprauat. Anacharſis ideo, exprobranti ſibi Attico, quod Scytha eſſet: At nihil quidem, ait, probro tibi eſt patria, ſed patriæ tu. Similiter Iphicrates, quoniã cerdonis eſſet filius, ad Harmodium, qui ſibi ignobilitatem exprobrabat: Meum, inquit, genus à meipſo initium ſumit, tuum autem in te finit. Sed omnes ex eadem maſſa proueniunt, & in eandem redeunt: quare omnes una nobilitatem origine hauriamus oportet, iuxta Boëtium in hunc modum canentem:

Omne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat. Idem:
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen,
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia ueſtra,
Auctoremq; Deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni uitijs peiora fouens,
Proprium deſerat ortum.

Quapropter, non oportet nos fieri ſicut equos & mu-

los, in

lōs,in quibus non eſt intellectus. Quin potius erigenda in altum ſunt colla:aduertēdus Pſalmiſta,in quánam humanam rationem differentia ponat, & ambabus manibus apprehendendus eſt:& uidebimus tum demum huius ſeculi illuſtribus illud Iuuenalis optimè conuenire,

- Sed quis feret iſtas
Luxuriæ ſordes? quanta eſt gula quæ ſibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?
Pœna tamen præſens, cum tu deponis amictus
Turgidus,& crudum pauonem in balnea portas.
Hinc ſubitæ mortes, atq; inteſtata ſenectus:
It noua,nec triſtis per cunctas fabula cœnas,
Ducitis iratis plaudendum funus amicis.

Videbitis inquam, hæc eſſe ſibila ſerpentis antiqui, hæc cōſilia,quibus draco hominē de paradiſo expulit:ac non propter porcum,(ut Auguſtinus inquit) ſed propter pomum mortē inuenit: & Eſau primatū ſuum non propter gallinam,ſed propter lenticulā perdidit. At ruminādum eſſe illud Bernhardi, neceſsitas requirit: Quomodo, inquit, ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt, ſic ſpirituales & corporales delicię in eodē ſe non cōpatiuntur.ubi crapulam ructantis inter pocula Chriſtus ſenſerit, uina ſua dulciora ſuper mel & fauū menti propinare dedignatur: ubi curioſa diuerſitas ciborū paſcit uentrē,cœleſtis panis ieiunā deſerit mentē.& affluentiam ciborū,ſecundū Hugonem, comitari ſolet inſolentia uerborū:ſaturitatē uentris, ſequitur leuitas operis, & uanitas mētis. unde Sedit populus mūducare & bibere, & ſurrexerūt ludere. Sanè non Aetnæ ignes (ut Hieron.habet) non Vulcania tellus,non Veſuuius & Olympus, tantis ardoribus æſtuāt, ut iuueniles medullæ uino plenæ, & dapibus inflāmatæ. Hæc decipiunt (ut Auguſtinus inquit) quem Sodoma non decepit. Vritur ille flāmis mulierū, quem ſulphurea flāma non urebat: cōfundit naturā, amittit gratiā, perdit gloriā, incurrit dānationem ęternā, quibus nec equū nec mulū eſſe obnoxiū patet:imò dum hęc ab illis regi deberent, præſentia contrariū poſcunt ordinem. Quem enim non uincit homo, uincit libido; & obruitur uino, qui non

uincitur.

uincitur ferro, & ſimul aciem mẽtis ingeniumq́ euertit, quam quidẽ turpitudinẽ nec equus nec mulus admittit. Quo fit, ut miſerũ aſſerat Plautus opus, ædes plenas eſſe conuiuarum & mulierum. Nam, ut Iuuenalis ſonat,

Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo precijs obſtantibus: interius ſi
Attendas, magis illa placent quæ pluris emuntur. ac Ouidius:
-Et ebrietas geminata libidine ſurgit.

Appoſitè profectò Apuleius in hæc uerba loquitur: Sapientis uiri ſuper menſam celebre dictum eſt: Prima, inquit, cratera ad ſitim pertinet, ſecũda ad hilaritatem, tertia ad uoluptatem, quarta ad inſaniã. Quod equidem dictum modernis illuſtrib. ineptũ eſt. At uideant Laertiũ, qui ait: Anacharſidis illud dictũ memoratur, Vitẽ uuas treis ferre: primã uoluptatis, ſecũdã ebrietatis, tertiã mœroris. Hoc quiuis heluo, magno ſuo & dãno & malo experitur. Quid enim turpius ebrioſo? cuius fœtor in ore, tremor in corpore: qui promit ſtulta, prodit occulta: cui mens alienatur, facies transformatur. Quemadmodũ, ut Seneca inquit, muſto dolia ipſa rũpuntur, & omne quod in imo iacet, in ſummã partem uis caloris eiectat: ſic uino exęſtuante, quicquid in imo iacet abditũ effertur, & prodit in mediũ. Onerati mero, quemadmodũ non cõtinent cibum uino redundante: ita ſecretũ, & quod ſuum eſt, & alienũ, pariter effundunt. Proinde uideãt quid agant. aduertãt Pſalmiſtã qui canit: Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. Nam nedum tales, ſed peiores longè exiſtunt: quos dum ſuperare deberent, ab illis ſuperantur. Ac inſerant mentibus Bernhardi ſententiam: Homo, inquit, nihil aliud eſt, quàm ſperma fœtidũ, ſaccus ſtercorũ, & cibus uermiũ. Poſt hominem uermis, poſt uermem fœtor & horror: ſic in hanc ſpeciẽ uertitur omnis homo. Non extollat ſe igitur homo ortu carnis, ſed uirtutibus quicquid fuerit offerat. Si quis enim, ut Seneca inquit, omnia alia habeat, ualetudinẽ, diuitias, imagines multas, frequens atriũ: ſed malus ex cõfeſſo ſit, improbabis illum. Item: Si quis nihil quidem illorũ habeat quæ retulit, careat pecunia, clientũ turba, nobilitate, auorum &

rum & proauorum ſerie: ſi ex confeſſo bonus ſit, probabis illum. Ergo hoc unum eſt bonum hominis, quod qui non habet, in omniũ aliorum copia dãnatur ac reijcitur. Quæ ſiquidẽ conditio rerum, eadem hominũ eſt. Nauis bona dicitur, non quæ precioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteũ aut aureum roſtrum eſt, nec cuius tutela ebore cęlata eſt, nec quę fiſcis atq; opibus regijs preſſa eſt: ſed ſtabilis & firma, & iũcturis aquam excludentib. ſpiſſa, ad ferendũ maris incurſum ſolida, gubernaculo parẽs, uelox, & non ſentiens uentos. Gladium bonũ dices, non cui deauratus eſt capulus, nec cui uagina gemmis diſtinguitur: ſed cui ad ſecandũ ſubtilis acies, & mucro munimẽtum omne rupturus. Regula non quàm formoſa, ſed quàm recta ſit, quæritur. Eo quidq; laudatur, cui cõparatur, quod illi propriũ eſt. Ergo in homine quoq; nihil ad rem pertinet, quantum aret, quãtum fœneretur, à quàm multis ſalutetur, quàm precioſo incumbat lecto, quàm perlucido poculo bibat: ſed quàm bonus ſit. Bonus aũt eſt, ſi ratio explicita & recta, & ad naturæ ſuæ uolũtatem ſit accõmodata. Hæc uocatur uirtus: hoc eſt, honeſtum, & unicum hominis bonum, à quo illuſtriũ genus deſcendit. de quo cæci diſputant modo cæco, ſuperbi ſuperbo, raptores rapaci, inuidi inuido, illuſores illuſorio: contemnunt omnia præ ſe, ea ſola placent quæ fallax eorum iudicium producit. ea probantur & acceptãtur, non à ſapientibus & prudẽtibus, non à probis & honeſtis, apud quos hæc ludibria mundi, hę uanitates uanitatum nec audiuntur, nedum locum habent: ſed ab his, quos inanis uexat gloria mundi, quibus cupido omnium malorũ fons inſerta manet, quorum iniquitatem reuelabũt cœli, & terra cõſurget aduerſus eos, ac impijs & peccatoribus reddet uindictam Dominus, cuſtodiens eos in die uindictæ, & iudicium faciens in ſanctis millibus ſuis.

Magnis uirtutibus rarò parcit iniqua fortuna.

FINIS.

AD SERENISSIMVM AC ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM, D. D. Carolum, Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, &c. PAVLI SCALICHII de Lika, &c. in Alphabetariam reuolutionem, ſeu perfectiſsimam ad omnes ſcientias Methodum,

PROOEMIVM.

QVANDOQVIDEM non ignoro, Sereniſsime Princeps, quòd fœliciſsimi ingenij ſagacitate, cùm eam diſciplinam quæ de moribus tractat, tùm quæ naturæ arcana continet, complexus es, adeò ut dum ſæpe cum eximij iudicij & raræ prudentiæ eruditionisq́; Magnifico uiro D. Magno ab Eck, de ijs qui in ſumma admiratione eſſent apud plurimos, colloqueremur, tuas omnibus alijs præferendas naturæ dotes ſemper cenſuerimus. quòd hac ætate, profundiſsima quæq́; ſcrutari & conſequi ualeas, ut meritò apud omnes in maxima expectatione exiſtas: unde tibi circa ea immorandum diutius non uidetur, ſed cum deſideriorum Princeps exiſtas, & cupidus altiſsimarum rerum contemplationis, non contentus hac ingenioſorum uirorum in actionibus cautione, circumſpectione, prouidentia, in conſideratione rerum omnium docilitate, arte, intelligentia, opinione, ad conſtantem, puram & ineffabilem ſapientiam de quibuslibet ſenſibilibus, non humana diſciplina, ſed diuina traditione ab uno & item altero receptã, properare debes. Qui enim ſe cuipiam ex philoſophorum familijs addixerunt, poſſunt illi quidem, uel in paucarum quæſtionum diſcuſsione, ſuæ doctrinæ periculum facere. Tu uerò cum Prin-

cum Princeps ſis, ſicut in omnes Principum familias, ſic in nullius uerba iuratus, te per omnes philoſophiæ doctores fundas, omnes ſchedas excutias, ac omnes familias agnoſcas, ne cum tibi de omnibus illis eſſet dicendum, ſi priuati dogmatis defenſor reliqua poſthabueris, illi uidearis obſtrictus. Quocirca, ſagaciſsimi ingenij ſolertia præditus, infracto animo ad prima quæq; conſcendere non uerearis, ac cum Alexandro illo Magno doctrina potius quàm magnitudine imperij excellere contendas. Id fiet, cum eam noticiam conſecutus fueris, quæ olim Moſes, Ioſue, Dauid, Salomon, & cæteri, in cognitione rerum non minus, ac in prælijs & certaminibus antecelluerunt. Conſequi autem non difficile poteris, ſi hanc reuolutionem Alphabetariam percognitam & in promptu habueris, qua à Moſe populus Iſraeliticus uſq; ad Meſchiah rectus eſt: imò ad hæc uſq; tempora regitur. Hanc uerò paucis menſibus diſcere poteris, & ad omne ſcibile rationabiliter reſpondere. Quoniam & alij extant ætatis noſtræ teſtes celeberrimi, qui eam exiguo tempore adeò cognouerũt, ut de omni propoſito infallibiliter diſſerere potuerint. Petrus enim Daguinus Mediatus, uir tota Italia celebratiſsimus, trigeſimoſeptimo ætatis ſuæ anno, cum uix prima hauſiſſet literarum elementa, ſeptem duntaxat menſibus huic artificio incumbens, omnibus doctiſsimis uiris miraculo habitus eſt: quem & tota ferè Italia uerbo experta eſt: & opera eius in hunc uſq; diem, quantum doctrina præſtitit, præ ſe ferunt. Item Iacobus Ianuarius, non minus tota Italia celebratus, quod magis mirum eſt, cum ſeptem peregiſſet luſtra à literis penitus alienus, in tantum hac arte profecit, ut ſicut ex ſcriptis eius uidere licet, nulli doctorum hominum ſit poſtponendus. Notum eſt, Ferdinandum Cordubam Hiſpanum, per cuncta ultra

 & citra

& citra montes Gymnaſia omnibus ſtudijs hac arte celebratiſſimum extitiſſe. Atq; Raimundus de Sabunde, qui librum Creaturarum, ſiue naturalem theologiam edidit, eo ipſo præter reliqua ſua ſcripta ſatis oſtendit, quantum hac arte ualuerit. Præterea Iacobum Fabrum Stapulenſem, & Carolum Bouillum, apud Pariſienſes diuulgatæ ſapientiæ uiros, huic artificio deuotiſſimos ſcimus, eorumq; ſcripta teſtantur. Et ut ad noſtros Germanos ueniam, Andreas, Petrus, Iacobus, germani fratres, natione Friſones, cognomine Canterij, unica cum ſorore, pueri adhuc decennes, in omni diſciplinarum genere egregiè diſſeruere: quos non modò Germania & Gallia, ſed tota penè Italia, ipſaq; Roma & nouit, & admirata eſt. Alter eorum huius artificij extitit præceptor Cornelij Agrippæ: is quantæ fuerit eruditionis, omnibus proculdubio conſtat: quod & ipſe quaſi iiſdem uerbis de ſe, & de cæteris modò enumeratis, abundè ſatis teſtatur. Præter quos doctiſſimus, & ſumma admiratione dignus, Ioannes Picus, Comes Mirandulæ, & Dominus Concordiæ, hac arte uniuerſo ferè terrarum orbi miraculum extitit, prout ex ſuis ſcriptis apparet: & ipſe quæſtione quinta ſuæ Apologiæ ait, ſe primùm apud Latinos explicitam feciſſe mentionem huius ſcientiæ, & eſt (inquit) illa, qua ego utor in meis Concluſionibus. Et paulo pòſt dicit: Illa enim eſt ars combinandi, quam ego in concluſionibus meis uoco Alphabetariam reuolutionem. Prætereundus non eſt trium linguarum peritiſſimus Ioannes Reuchlinus, Phorcenſis: cuius laudes quantæ ſint, Conradus Leontorius abundè ſatis oſtendit: & ſcripta ſua, quantum in hac arte præſtiterit, præſertim de Verbo mirifico, pandunt. Sed ſunt plures adhuc, qui huius ſcientiæ laudes non poſſunt ſatis decantare, ut Saluator

Gauellus

Gauellus Spoletanus, item Petrus Maynardus Phyſicus celeberrimus, tandem Bernhardus Lauinetha, huic ſcientiæ addictiſſimus: & cæteri, quorum non eſt exiguus numerus. Has itaq; Hebræorum reliquias, Illuſtriſſime Princeps, cum in praxim deduxeris, & tu euades omnium ſcientiarum toto pectore pleniſſimus: quas in perpetuam meæ erga te & obſeruantiæ & uenerationis memoriam tibi aperio, offero, & dedico: quæ ſi arriſerint, fortè plura in medium à me proferentur.

REVOLUTIO ALPHABETARIA, SEV PERFECTISS. AD OMNES ſcientias Methodus: PAVLI SCALICHII de Lika, &c.

PRAESENS inſtitutum tribus partibus continetur: quarum prima ſimplicium terminorum, quos hoc negotium recipit, cognitionem tradit: ſecunda, contractionem terminorum: tertia, diſcurſum eorundem complectitur.

TRACTATVS PRIMVS.

De Simplicibus: Quid ſint, & quàm latè pateant.

SImplex apprehenſio eſt ſignũ alicuius cõtracti, conſtitutum, ut pars propinqua eiuſdem, quod nunc de aliquo, tum de quo aliquid dicitur, implicitè, explicitè, abſtractè, cõcretè, ſimpliciter, mixtim, mutuò, diuerſim, tranſuerſim, continuando, aſcendendo, deſcendendoq́, alterum cum altero communicando, ut patebit.

Coordinatio artis, ſeu Alphabetum principiorum.

	ὤν	א	πρᾶγμα	
	ἀγαθότης	ב	διαφορά	
	μέγεθος	ג	ὁμόνοια	
Prædicata abſoluta & principia per intellectus operationes fabricata.	διαρκεία	ד	ἐναντιότης	Prædicata reſpectiua, & principia inſtrumẽtiſimiliter ab intellectu procedentia.
	δύναμις	ה	ἀρχή	
	σοφία	ו	μέσον	
	θέλημα	ז	τέλος	
	ἀρετή	ח	μέγιστος	
	ἀλήθεια	ט	ἰσονία	
	δόξα	י	ἐλάχιστος	

Coordinatio

Coordinatio Methodi & ſubiecti.

	τὸ ὄν.	א	הסיר	
	ἄλλο τι.	ב	לא	
	τὶ.	ג	אנוש	
Methodus ſeu	παρ' ὅ.	ד	שמים	Subiecta uni-
quęſtiones pri	διά τι.	ה	ארם	uerſalia, ſub-
mitiuæ, deriua	ποσόν.	ו	בחן	ſtantialia, &
tiuę, & regulę.	ποιόν.	ז	עיל	accidentalia.
	πότε.	ח	עלמת	
	ποῦ.	ט	מימון	
	πῶς, σὺν τῷ	י	רב	

Coordinatio inſtrumenti.

	ἀληθὲς	א	τὶ	
	δίκη	ב	φιλαργυρία	
Inſtrumēta ha	φρόνησις	ג	λαιμαργία	Inſtrumenta ha
bituum Mora	ἀνδρεία	ד	ἀσωτία	bituum Mora-
lium de uirtu-	σωφροσύνη	ה	ὑπεροψία	lium de uitijs, &
tibus, & eas	πίστις	ו	ἀκηδία	eorum conſe-
conſequen-	ἐλπίς	ז	φθόνος	quentijs.
tibus.	ἀγάπη	ח	ὀργὴ	
	ἀνεξικακία	ט	ψεῦδος	
	εὐσέβεια	י	ἀσασία	

Hæ coordinationes, duplices recipiunt terminos, primitiuos nempe & deriuatiuos: illos, A א A denotāt, hos reliqua monſtrant. Primitiui autem dicuntur, quòd cum operationibus intellectus ſurgant. Deriuatiui uerò ex iſtis procedunt, non materialiter, ſed originaliter: ideo illa his accōmodata, & econtrà æqualia & generaliſsima dicuntur, per ſuppoſitionem tam eorum quæ per operationes, quàm quæ abſolutè ab intellectu procedūt. Quæ per proportionem cōtractionis tam in aſcenſu quàm in deſcenſu fiunt, uelut ſubalterna, dicūtur deriuatiua principia, cum ſimplex eorum fuerit comparatio. Ad eūdem modum ſpecialia, cum mixta & ad indiuidua referūtur. Porrò huius artis prima principia duplicē requirūt ordinem: alterū qui eſt omniū rerū abſolutū quid, alterū qui ad modū ſecundū dici habetur. Illud, aliud tale ut incœptū, aliud ut æternū, immutabile, cōſequente & antecedente

dente carens. Hoc eſt, mutuum ſuppoſiti cõmercium. Et alia ſpecialia, ut alia generalia: ut, Subſtãtia & accidens: τὸ ὄν, καὶ τὸ ἀγαθόν. Quæ itaq; incœpta dicũtur, ratione mutationis præcedentis & conſequentis, antecedente negatione ad unius cõſtitutionem ſpectãt. Vnde omne quod eſt, ex eo quod negatur procedit, mediante principio quod eſt, nullo aut eſſe, aut non eſſe præcedente. Hæc enim ſunt quæ fiunt prima, ſeu principiantur: illa autem, cùm non fiant prima, ſeu non principientur, עולם recipiunt. Quæ uerò in ordine ſecundum dici ſunt, nunc ſpecialia nunc generalia uocitata: quædam in ſe, quædam in alia dicuntur. Illa affirmatiuè conſtituendo τὸ πρᾶγμα, & negatiuè conſtituendo τὸ ὤν: hoc, quo ad unius de altero ratione formæ abſtractionem: illud, quo ad enunciationem duorũ de aliquo tertio. Hæc penes τὴν διαφορὰν, καὶ τὴν ὁμόνοιαν. ἡ διαφορὰ producit ly aliquid. ἡ ὁμόνοια in anima aduertitur, ſecũdum ipſius partes, nempe intellectũ, à quo ἡ ἀλήθεια deſcendit: & uoluntatem, unde τὸ ἀγαθὸν deriuatur. Hæc omnia oriuntur penes operationes intellectus, utpote ſimplicium apprehenſionem, diuiſionem & cõpoſitionem, atq; diſcurſum tam inſtantis quàm temporis. Dico aũt hæc oriri penes operationes intellectus, quoad ſecunda principia quæ hic habentur ſub triplici ordine, Methodum, antecedentia, & cõſequentia. Cæterùm Alphabetum ipſum eſt potiſſimum & principale fundamentum totius negotij. Ex hoc quippe procedit omnium figurarum cõtextus, & ſumma facultas operandi, ac breuiſſima tam ad res creatas quàm increatas cognitio. Quæ duobus modis conſideratur: propriè nimirum, & appropriatè. Propriè quidẽ in illis eſt, in quibus ipſum eſſe, eſt עולם, nec alio eſſe, nec ullo non eſſe præcedente: atq; id abſolutè, ut ſunt ipſamet eſſe increata: & reſpectiuè, quatenus eſſe creatum, reſpicit increatum: intelligendo quo ad deſcenſum, & non aſcenſum. ij itaque modi ſunt in tali eſſe conuertibiles, per idem & æquale, ut, בגד, in ordine continuo, mixto, mutato, atq; condependenti, retrogrado, & ſibi oppoſito. Appropriatè uerò, idem & æquale cõſiderantur in rebus creatis: quæ in deſcenſu

deſcenſu duo trahunt, Subſtātiam & accidens. Subſtantiam, ratione ſuæ eſſentiæ: accidens, propter ſuam ipſius culturā & multiplicationem. Alia autem ſubſtantiarum eſt, quę ſubeſt: alia, quæ exiſtit. Subeſt, in relatione partium & totius, antecedendo & conſequendo, per actum & obiectum, cum agente ad actionem integram cauſandam, quæ reſpectu ſuorum correlatiuorū actus exiſtens, & reſpectu eorum quæ inſunt ſubſiſtens totale dici poteſt. Exiſtit autem, ut ſignificatum eſt, per totale exiſtēs, quòd exiſtit collatum ad ſuas partes: ſubſiſtit, collatum ad totum, cui ineſt prædicatum natura, tam cōmunicando quàm recipiēdo: & id aut intrinſecus, aut extrinſecus. Intrinſecus, quatenus prædicatum, ut de toto pars dicitur: cōmunis tamen totius parte, & talis per accidens eſſe nuncupatur. Hac enim ratione ſubſtantialis enunciatio nullo modo dari poteſt, niſi ob appellationis figurā. Extrinſecus aliud eſt extra compoſitionem, aliud extra ſubſtantiam: illius propriæ paſsiones, huius cōmunes. In genere omnes artis uoces in duo ſecātur, nempe in prędicata & ſubiecta, uel in antecedētia ipſam Methodum, & conſequentia. Methodum appellamus, regulam proceſſus. Antecedentia ipſam, uoces uniuerſales, & contrahibiles: ſequentia uerò, uoces particulariores contrahentes, cuius exemplum tale eſt. Et primò de antecedentibus Methodum:

ἄλλο τι

ἀγαθότης ———————— διαφορά

τί

μέγεθος ———————— ὁμόνοια

παρ' ὅ

διάρκεια ———————— ἐναντιότης

διά τι

δύναμις ———————— ἀρχή

ποσόν

σοφία ———————— μέσον

ποιόν

θέλημα ———————— τέλος

πότε

ἀρετή ———————— μέγιστος

ποῦ

ἀλήθεια ———————— ἰσονία

πῶς

δόξα ———————— ἐλάχιστος

σὺν τῷ

Hæc coordinatio primæ partis Alphabetarię reuolutionis tribus circulis comprehenditur, & tribus triangulis: quorum primus eſt prima figura, ſecundus figura reſpectiua, uel ſecunda, medius uerò figura quæſtionum. Porrò prima figura duobus modis conſideratur, quo ad res creatas & increatas. Eſſe increato, ſimpliciter hæc figura conuenit: creato uerò, ſecundũ quid. ſiquidem termini huius figuræ ingrediuntur circularem ambitum, in quo ut nec ἀρχὴ nec τέλος datur, ita ineſſe increato, cum hęc principia ſint in ἰσονία & ὁμονοία, nihil horum aſsignari poteſt. Quare ab ipſo artifice magno myſterio iſta figura per α & ℵ a ſignificatur, primum eſſe denotantia, cui ex conuerſionibus ſola ſimplex integrè & uniuerſaliter attribuitur: affirmatiuè ratione τῆς ὁμονοίας, negatiuè uerò ratione τῆς διαφορᾶς, quæ non abſolutè hîc locum habet, ſed comparatiuè tantum. Quippe in Deo cùm ſumma ſimplicitas ſit, ſumma etiam debet eſſe affirmatio. Quemadmodum enim ἡ ἐναντιότης in Deo non eſt ſimpliciter, ſic ἡ ὁμόνοια eſt abſolutè, Porrò rebus creatis termini

mini huius figuræ appropriatè (ut artifex loquitur) tribuuntur, quibus ſimplex conuerſio non niſi ſimilitudinariè conuenit: ut in Feci, Eua, & Aſto conſiderantur. Tales etiam conuerſiones eis inſunt eò, quia ſumma רט, id eſt, ἡ ἐναντιότης, & negatio. Quapropter hæc uocabula artis, Feci, Eua, Aſto, in nobis conſideratur: Faco uerò in Deo, hîc ſimpliciter, ibi ſecundum quid, dantur attributa. Cæterùm figura ipſa debet eſſe ſphærica. ut enim hæc omnium figurarum, ſic principia iſtius artis omniũ principiorum & terminorum ſunt capaciſsima: quę ineſſe increato mediante ipſa memoria, intellectu, & uoluntate: in creato uerò, per ſenſibilia accõmodantur. & hanc artifex poterit appellare conſiderationem rei. ~~Ea quæ~~ nominis nũcupatur, alia eſt ſignificatorũ, alia ſignificantiũ. hęc literas cõplectitur, illa terminos, ſub uno eſſe atq; perfectione ipſa ſitos, cuius talis eſt proportionata diſpoſitio: Explicatio nominis

Intellectus	ἀγαθότης δύναμις ἀρετή	Eſſe.
Memoria.	μέγεθος σοφία ἀλήθεια	Vnum.
Voluntas	διαρκεία θέλημα δόξα	Perfectio.

Præſens diſpoſitio, propriè, ſimpliciter, & abſolutè cõſideratur in Deo, penes diuerſitatem intellectus, memoriæ, & uoluntatis: in unitate, eſſe, & perfectione coniuncta. Reſpectiuè uerò ſecundum quid, & appropriatè in nobis, per diuerſitatem eſſe, & multiplicationem unitatum, atq; perfectionem poſsibilem, in ſimilitudine Intellectus, Memoriæ, & Volũtatis. Triplicitas præterea proportionabilis, parit proportionem adæquatã primo ſubiecto, recipiendo cuiuſuis triplicitatis primarios terminos, ac conferendo ad modũ proceſſus proprietatum rationis, tandem ſumendo omnes terminos ordinatim, & applicando utriq; ordini lateris triplicitatum, penes quem fit deſcenſus & aſcenſus intellectus, diſtinctus li-

neis, ad ſignificandam proportionem mutuam, quæ poteſt eſſe ex omni parte tam cõmunicatiuè & receptiuè, quàm abſolutè, & ſine cõmunicatione. Porrò deſcendimus à memoria per intellectum & uoluntatem ad eſſe, ab eſſe ad unum, ab uno ad perfectum, quod dicitur eſſe ſubiecti, ubi finit ſcala intellectus: aſcẽdimus uerò à perfectione per abſtractionem unius, & reſolutionem eſſe, ad uoluntatis receptionem, intellectus diſcurſum, & memoriæ retentionem.

Secundæ partis primi circuli φαυλότης.

Intellectus	κακία ἀδυναμία πονηρία	Eſſe.
Memoria	φαυλότης ἄγνοια ψεῦδος	Vnum.
Voluntas	τομὴ μῖσος ποινὴ	Perfectio.

Hoc triplum proportionis modo abnegatiuo oppoſiti intelligendum eſt, patebit tum demum artificioſus terminorum ſitus.

Primi circuli quoad gradus, ſeu ſymbola & paſſiones, ὁμόνοια.

Ἀγαθότης, quoad ipſos gradus ſeu ſymbolum, eſt communicatio, conſtructio, cõmoditas, diffuſio, emanatio, eſſe, eſſentia, honeſtas, nobilitas, ſanctitas, utilitas: Paſſio autem, ipſa actio. μέγεθος eſt amplitudo, multitudo, abundantia, diſtantia, menſura, extenſio, numerus, emanatio, ſublimitas, intenſio, ſummum, infinitum, ſingulare, immenſum, unitas, incõprehenſibile, integritas, linea, ſoliditas: Paſſio uerò, uniuerſitas. διάρκεια antiquum, æternũ, æuum, firmũ, incorruptibile, immortale, immutabile, indiſſolubile, primæuũ, primitiuũ, perſeuerãtia, ſempiternũ, ſemper tempus: Paſſio uerò, cõſtantia. δύναμις, actus, uis, agere, uiolentia, auctoritas, creare, eſſe, exiſtere, fortitudo, iuriſdictio, magnipotentia, omnipotentia, operari, poſsibile, producere, præceptũ: Paſsio aũt, dominium. σοφία, arbitrium, ordo, conſequentia, coniectura,

ctura, nomen, conſcientia, neceſsitas, cōtemplatio, opinio, diuinatio, ſapientia, diligentia, ſuſpicio, fides, præſumptio, interpretatio, induſtria, prophetia, intelligētia: Paſsio autem, ipſa electio. θέλημα, amor, audacia, arbitrium, conſeruatio, conſuetudo, dilectio, licentia, libertas, permiſsio, paſsiones omnes animi, ſpes, uoluntas, appetitus: Paſsio autem, eius interpretatio. ἀρετή, dignitas, decus, unio, donum, fortitudo, honor, honeſtas, inſtrumentum, meritum, natura, nobilitas, operatio, potentia, gratia: Paſsio autem, laus. ἀλήθεια, correctio, eſſe, exiſtentia, idea, exemplar, imago, iuſticia, lex, ordo, præceptum, prædeſtinatio, poſsibile, regula: Paſsio autem, neceſsitas. δόξα, beatitudo, delectatio, finis, fruitio, fœlicitas, gaudium, lætícia, libertas, perfectio, pulchritudo, præmium, retributio, uoluptas: Paſsio autem, plenitudo.

Oppoſitorum terminorum primi circuli ὁμόνοια.

κακία, quoad gradus ſeu ſymbolum, eſt damnum, dedecus, inhoneſtas, incōmodum, prophanum, ſolitudo, reſtrictio, ocium: Paſsio autem, ipſa deſtructio. τομή, aliquando diſſolubile, inconſtantia, mutatio, priuatio, præteritum, mens, tranſitoriū: Paſsio autem, corruptio. φαυλότης, comprehenſio, diminutio, inſufficientia, determinatio, occupatio, paupertas, pars, parum: Paſsio uerò, uacuum. ἀδυναμία, impotētia, impoſsibile, impedimentum, ocium, paſsio, ſeruitus, reſiſtentia: Paſsio uerò, debilitas. ἄγνοια, caſus, ſors, contingentia, inordinatio, fortuna, obliuio, confuſio, incredulitas, negligentia. Paſsio uerò, error. ψεῦδος, accidēs, confuſio, deceptio, diſpenſatio, falſitas, mendacium, priuilegium: Paſsio uerò, negatio. μῖσος, coactio, deſperatio, horror, ira, metus, maleuolentia, obligatio, odium, uiolentia: Paſsio uerò, pugna. ποινή, cōtrarietas, deformitas, dānatio, imperfectio, impedimentū, infœlicitas, ingratitudo, pœna, triſtitia, pœnitentia: Paſsio uerò, inquietudo. πονηρία, impotentia, ignauia, ineptia, uitium, uilitas: Paſsio uerò, leuitas.

Primi circuli quem alij uerbalem appellant, ὁμόνοια *actiua.*

ἀγαθότης, quo ad gradus ſeu ſymbolum, cōſtruit, communicat, diffundit, emanat, eſſendi uim tribuit, emēdat,

 ſanctifi-

ſanctificat: Paſsio uerò, agit. μέγεθος, amplificat, extẽdit, figurat, intẽdit, magnificat, multiplicat, mẽſurat: Paſsio uerò, extollit. διάρκεια, confirmat, conſeruat, durat, permanet, fluit: Paſsio uerò, conſeruat. ἀρετή, dignatur, fortificat, honeſtat, nobilitat, operatur, uim tribuit: Paſsio uerò, laudat. δύναμις, continet, creat, fortificat, liberat, operatur, producit, prẹcipit: Paſsio uerò, dominatur. σοφία, ſapit, cognoſcit, credit, intelligit, inueſtigat, regit, recolit: Paſsio uerò, eligit. θέλημα, appetit, deliberat, diligit, permittit, ſperat, uult: Paſsio uerò, interpretatur. ἀλήθεια, circumſcribit, corrigit, ordinat, caſtigat, præcipit, demonſtrat, iuſtificat, uiuificat: Paſsio uerò, cogit. δόξα beatũ reddit, cõplet, quieſcit, liberat, ſaluat. Paſsio autem perficit. Ii gradus ſeu ſymbola, & paſsiones ipſam inuentionem docent, & reductionem artiũ ad prẹſentem reuolutionem, qua uelut aurum Lydio lapide examinantur.

De *poſitionibus terminorum.*

Poſitio eſt peculiaris cuiuſuis termini ϛυνέργεια & habitudo, quæ bifariam conſideratur: per ſe, & ſecundũ quid illa eſt, omnino ratione ſuæ eſſentiæ, qui deſignantur certis reſpectibus ſibi inuicẽ coeſſentialibus, in quibus nec prius nec poſterius datur. Horum ſimilitudinẽ cõmodiſſimè gerit in quauis re, Memoria, Intellectus, & Volũtas, & uerbis à cuiuſuis uocis denominatione ſumptis exprimuntur: ut ab intellectu, intelligens, intelligibile, intelligere, intellectiuum, intellectum, ultimò intellectio. Hæc ipſa duplex eſt, intrinſeca & extrinſeca. Huius quædam ſunt extra ſubſtantiam, ut accidentia cõmunia: quædam extra compoſitionem, ut propriæ paſsiones.

Quid principia abſoluta, & quàm latè pateant.

ἀγαθότης eſt cauſa, cur ens producat bonũ, eiusq́ eſſe prohibeat malum: alia permanens, naturalis, moralis, & municipalis: alia fluẽs, animi, corporis, & ἀδιαφορά. μέγεθος eſt cauſa, cur ἡ ἀγαθότης καὶ ἡ διάρκεια magnẹ ſint, ambientes omnes extremitates eſſendi: alia rei, uirtutis, molis, fortunæ: alia intentionis, nominis, propoſitionis ſyllabarum. διάρκεια eſt cauſa durationis: alia ſubſtantiæ ẹternæ, æuiternæ, tẽporis: alia accidentis magis propria, propria com-

pria cõmunis. δύναμις eſt cauſa, cur entia poſsint exiſtere & agere: alia eſſendi, per ſe, ſecundũ quid, uoluntariè: alia exiſtendi, totius, generis, ſpeciei. σοφία eſt cauſa, cur ſapiens intelligat: & ſumitur pro quauis cognitione aut apprehenſione, ſiue ſecundum ueritatem, ſiue ſecundum ſpeciem, ſiue ſecundũ opinionẽ. Quapropter huc ſapientia, ſcientia, fides, ars atq; opinio referuntur: alia uerò eſt ſciti præcedentis creditũ, diuini fontis, ſimplicis intuitus, infuſa, prophetica: alia crediti præcedentis ſcitum, metaphyſica, demõſtratiua concluſionũ, theorica, practica. θέλημα eſt cauſa omnis deſiderij, ſub qua & amor, & qualiſcunq; appetitus continetur, ſeu cupiditas inſita rebus, aſſequendi aut fugiendi, id quod naturaliter deſiderat, aut fugit: alia beneplaciti, impleta, permiſſa, prohibita, neceſſaria, conſultans: alia ſigni antecedentis, cõſequentis, in rem cadentis. ἀρετή eſt cauſa & origo unionis, & fons omniũ operationum in ipſo eſſe, tam fluentiũ quàm permanentiũ: alia animi, intellectualis, moralis, theologica, gratis data, gratum faciens, præueniens, ſubſequens, operans, cooperans, animalis, uitalis: alia corporis cœleſtis, elementaris, cõpoſiti. ἀλήθεια eſt cauſa, cum uerũ de bono & magno, &c. dicitur: alia rei mobilis, immobilis, actus, habitus: alia propoſitionis, uocalis, mẽtalis, rationalis. δόξα eſt ipſa delectatio, in qua principia quieſcũt: alia eſt cœleſtis abſoluta Dei, aſtantium angelorum hierarchiæ præſidentium, animarũ ſanctarũ: alia terreſtris, bona uana, mortis, ueniæ, capitalis, directa, indirecta.

De proportione principiorum coordinatio.

ב	ἀγαθότης		*diffuſionem*
ג	μέγεθος		*extenſionem*
ד	διάρκεια		*permanentiam eſſentiæ*
ה	δύναμις		*eſſe, agere, pati, exiſtere*
ו	σοφία	proportionem habet ad	*intelligere & cognoſcere*
ז	θέλημα		*deſiderium & appetitum*
ח	ἀρετή		*originem & principium*
ט	ἀλήθεια		*poſitionem & conſtructionem*
י	δόξα		*delectationem.*

De ſe-

De ſecundo alphabeti circulo, ſeu figura.

ב	διαφορὰ	Senſualium & ſenſualium	loci extrinſeci.
		Intellectualiũ & intellectualium	
		Senſualium & intellectualium	
ה	ἀρχὴ	Cauſa	loci intrinſeci.
		Quantitas	
		Tempus	
ח	μέγιστον	Subſtantiæ & ſubſtantiæ	loci ſubſtantiales.
		Accidentis & accidentis	
		Subſtantiæ & accidentis	
ג	ὁμόνοια	Senſualium & ſenſualium	loci extrinſeci.
		Intellectualium & intellectualium	
		Senſualium & intellectualium	
ו	μέσον	Coniunctionis	loci intrinſeci.
		Menſurationis	
		Extremitatum	
ט	ἰσονία	Subſtantiæ & ſubſtantiæ	loci ſubſtãtiales
		Accidentis & accidentis	
		Subſtantiæ & accidentis	
ד	ἐναντιότης	Senſualium & ſenſualium	loci extrinſeci.
		Intellectualium & intellectualium	
		Senſualium & intellectualium	
ז	τέλος	Perfectionis	loci intrinſeci.
		Terminationis	
		Priuationis	
י	ἐλάχιστον	Subſtantiæ & ſubſtantiæ	loci ſubſtãtiales
		Accidentis & accidentis	
		Subſtantiæ & accidentis	

Preſens figura ita breuiter diſpoſita, omnes definitiones atq; diuiſiones continet, omnes ſolutiones, obiectiones & probationes. Nã primus triãgulus qui eſt ב, ג, ד, propriè diuiſiuus nuncupatur, in quo διαφορὰ ſoluit, ὁμόνοια probat, & ἐναντιότης opponitur, Secundus triangulus eſt definitiuus, qui ſignatur per ה, ו, ז, & modũ eſſendi atq; nõ eſſendi præſtat. Tertius tandẽ colligit & amplificat, qui eſt ט, ח, י, & nõ niſi alijs cõiunctus probat. Dico aũt triãgulos eſſe: nam etſi nõ ſint redacti in triãgulos e,

los explicitè, implicitè tamen ſunt tales: ſtudioſè quippe à triangulorum contextu, quoad præſens, abſtinuimus. Cæterùm hæc figura habet principia reſpectiua, quemadmodũ prima continet abſoluta: quæ iuncta inuicem, & ſcientiam ipſam parit, & intellectum purum atq; dilucidum reddit: quod hac forma patet,

Diuiſiuus		*Definitiuus*		*Collectiuus*	
ב	διαφορά	ח	ἀρχή	ה	μέγιστος
א	ὁμόνοια	ו	μέσον	ט	ἰσονία
ד	ἐναντιότης	ז	τέλος	י	ἐλάχιστος.

In prȩſenti figura quocũq; modo procedas, ſiue trãſuerſo, ſiue condependenti, ſiue in aſcenſu, ſiue in deſcenſu, ſiue contradictorio ordine, cõmunicationem mutuam, & difficultatum deciſionem deprehẽdes: quȩ plurimum conducunt ad inuentionem, diſpoſitionem, & cuiuſuis thematis declarationem.

De ὁμονοίᾳ ſecundæ figuræ.

διαφορά, quoad gradus, diſtinctio, diſtributio, diuiſio, diſtantia, pluralitas, pulchritudo. Quoad paſsionẽ uerò, ordinatio nuncupatur. ἀρχή, auctoritas, abſolutũ, antecedens, cauſa, impulſio, effluxus, origo, influxus, nobilitas, prius: Paſsio uerò, productio ipſa eſt. μέγιστος, auctoritas, cauſa, libertas, magnificentia, maius, magis, ſuperius: Paſsio autem, difficultas. ὁμόνοια, amicitia, collectio, compoſitio, comparatio, conuerſio, idem, proximũ, ſympathia, unio: Paſsio autem, ſimilitudo. μέσον, comitans, coniungens, centrũ, forma, dignitas, inſtrumentũ, mediũ, perfluens, refluens: Paſsio aũt, connectens. ἰσονία, cõforme, cõuertibile, imitatio, ſimilitudo: Paſsio aũt, propinquũ. ἐναντιότης, cõtrarietas, contradictio, derogatio, deſtructio, inimicitia, negatio, priuatio, reſiſtentia, repugnantia: Paſsio uerò, corruptio. τέλος, affluxus, euentus, determinatio, cõſequens, conſummatio, obiectũ, retributio: Paſsio, extremitas. ἐλάχιστος, effectus, facile, humilitas, minus, inferius, obedientia: Paſsio, opera.

De ὁμονοίᾳ oppoſitorum.

σύγχυσις, cõmixtio, deceptio. ἡσυχία, quies, ſecuritas,

inutilitas, nulla operatio. οὐδέν, minus ipſius mali, nihilum. διαφωνία, diſcordia, diſsidia cordis, diſsidia animi. κενόν, inquietudo, uanitas, ocium, uacuum, deſtitutio. ἀνομοιότης, inæquale, improportionabile, impar. ὁμοιοκακία, concordantium mala, diſquiparantia, diuerſitas. ἐργασία, utilitas, mobilitas, operatio. ἀμέτρητον, immẽſum, infinitum, omnipotens. Vltimi horum graduum, paſsionum naturam quoq; continent.

Quid principia reſpectiua, & quàm latè pateant.

διαφορὰ eſt cauſa, cur ἡ ἀγαθότης καὶ τὸ μέγεθος, &c. ſint rationes diſtinctæ ſeu manifeſtæ: alia rei, eſſentialis, accidentalis, formalis, & ſecundum rem & rem: alia rationis, intentionis, ſimpliciter, ſecundũ quid. ὁμόνοια eſt cauſa, cur ἡ ἀγαθότης, &c. in uno & in pluribus concordant: alia uera, unitatis, mixtorũ in mixto, ſimpliciter, mixtim, uniuerſaliter: alia ſimilitudinis, ſimiliter ſimilis æquè per omnia, ſimiliter ſimilis non æquè per omnia, diſsimiliter ſimilis ut ſuum oppoſitum. ἐναντιότης eſt quorundam mutua reſiſtẽtia, propter diuerſos fines. & pro quauis oppoſitione accipitur: alia uocis, poſitiuæ, negatiuæ, priuatiuæ, localis, ſecundum eſſe, ſecundum dici: alia orationis, categoricæ, hypotheticæ, modalis. ἀρχὴ eſt cauſa ſecundum prius, omnium quæ ſunt: aliud uniuerſale, intentionis perſonarum, actionum, negotiorum: aliud particulare, poſitiuum, priuatiuum, naturæ, temporis, definitionis, cognitionis.

Porrò quatuor limitibus omne ſcibile comprehenditur, quos Pythagorici τετρακτύν, Hebræorũ uerò ſapientes יהוה uocant tetragrammaton. Mathematicũ, quod conſtat puncto, linea, planicie, & corpore. Phyſicum, quod conſtat ſeminaria naturę uirtute, pullulatione, adoleſcente forma & compoſito. Metaphyſicum, ipſa nempe eſſentia, eſſe uirtute & actione continetur. Quæ in triplicitates diſpoſita mirificam quaternitatem explicant, ut pũctus, ſemen, eſſentia. item linea, pullulatio, eſſe. Præterea planicies, forma, uirtus. Vltimò corpus, compoſitum, & actio. Sed hac de re in diſcurſu plura, ipſe etiam Epiſtemon fuſius tractat, μέσον eſt ſubiectum, in quo finis influit.

nis influit principio, & principium refluit fini: atq; eſt ſapiens naturam utriuſq;: aliud coniunctionis penes modum unitatis, quoad operationem, comprehenſionem, ſuppoſitionem, naturam, ſitum & locū: aliud diſiunctionis, menſurationis, extremitatum, ratione continentis, contenti, participātis & participati. τέλ☉ eſt, id in quo ἀρχὴ quieſcit: alius perfectionis, ut Deus, angelus, ſanctæ animæ: alius imperfectionis, terminationis, priuationis, occaſionis, & conſiſtentiæ. μέγιs☉ dicitur, cuius imago eſt ἡ ἀγαθότης καὶ τὸ μέγεθ☉, &c. alia à ſubiecta materia, decoris, amplitudinis, dignitatis, ſubſtantiæ: alia à fine, uirtutis, operationis, numeri, naturæ. ἰσότης, eſt ſubiectū, in quo τὸ τέλ☉ τῆς διαφορᾶς quieſcit: alia in ſe, ſimpliciter, ſecundum quid, cōmutatiua, diſtributiua: alia in alio, cōtinuata, proportionata, arithmetica, geometrica, harmonica. ἐλάχιs☉ τὸ ὂν περὶ οὐδέν, aliud ſimpliciū, potentiæ ad ipſum actum, permanens, fluens: potētiæ ad obiectū, aliud cōpoſitorum, naturale, ex ui non eſſe & eſſe, ex nobis, ſecundum propoſitum, ſecundum occaſionem.

DE METHODO.

TOtius inſtituti ratio hinc dependet: ideoq; ſtatus huius artificij nūcupatur, quo cuiuſuis rei ueritatem aut falſitatem deprehendimus, reſpondendo, definiēdo, & diuidēdo. Itaq; methodus ipſa hiſce ſpeciebus ceu terminis continetur. primus eſt ἄλλο τι, conſiſtens in dubitatione, neceſſario, impoſsibili & contingenti, producens recolibile, negationem & affirmationem. Secundus τί, conſiſtens in rectitudine & obliquitate, producens habere in ſe & in alio, eſſe ſimiliter in ſe & in alio. Tertius eſt περὶ ὁ, conſiſtens in natura & arte, producens materiā, materia originem, deriuationē & poſſeſsionem. Quartus διὰ τί, conſiſtens in priori & poſteriore, producēs cauſam formalem, finalem, exiſtentiæ & agentiæ. Quintus ποσόν, conſiſtens in uirtute, longitudine, latitudine, profunditate, quanto, diſcreto, molis, multitudinis, ordinis, multiplicitatis & diſtributionis, producens quantitatem ſimplicem, compoſitam, continuam, & diſcretam.

Sextus ποιόν, conſiſtens in ſubſtantia & accidente, producens qualitatem, propriam, appropriatã, eſſentialem, & coeſſentialem. Septimus πότε, conſiſtens tempore, & producens quando, ג, ד, י. Octauus ποῦ, conſiſtens in loco, producens ubi & ſimiliter, ג, ד, י. Nonus πῶς, cõſiſtens in modo, producens quomodo τὸ πρᾶγμα in ſe ſit, in alio, & econtrà, in partibus: quomodo item tranſmittit ſimilitudinem totius, & partium ſuarum. Decimus σὺν τῷ, conſiſtens in ipſo inſtrumento, producens σὺν τῷ δεῖ τὸ μέρος, in alio, uniuerſalis aut particularis, καὶ σὺν τῷ τὴν ὁμοίωσιν διαπορεῖ.

De conditionibus artis.

Prima eſt, ut affirmemus omne illud eſſe uerum, quod eſt magis intelligibile, recolibile, & amabile: qui quidem conditionis effectus ex principiorum & regularum definitionibus atq; ſpeciebus eſt petendus, penes τὸ μέγιστον, de genere ſcientiæ, quæ fit ex pluribus cauſarũ dictamentis, ſicut ἐλάχιστος naſcitur ex credulitatibus & opinionibus. Secunda, quotieſcunq; ad affirmationem alicuius ſequitur deſtructio principiorum & definitionum, negatiua eſt tenẽda: quod fit, cum propoſitum principijs non inſiſtit. Tertia, ut non concedamus illud eſſe uerũ, quod non eſt intelligibile: ſiquidem τὸ ὂν in anima penes intellectum, cõſequitur uerum, quemadmodum penes appetitum bonum. Quarta, poſitis duobus uel pluribus poſſibilibus, illud tenendum eſt, quod eſt magis intelligibile, amabile, & recolibile.

Quid ſpecies Methodi, ſeu regulæ, & quàm latè pateant.

ἄλλο τι eſt aptitudo cuiuſuis rei, penes genuinã δύναμιν alicuius ſubiecti: alia ſubſtantiæ, materiæ, formæ, modi, ſigni: alia compoſiti, entis ſimpliciter, in quantum talis ſeu eiuſmodi, rei, rationis. τί καὶ τὸ πρόσωπον, eſt intrinſeca uis & ipſamet natura ſubſtantialis ſubiecti: alia nominis τῆς καταλέξεως, καὶ τῆς ἐτυμολογίας, interpretationis, ſignificationis, & deriuationis: alia rei, eſſentialis, totalis, per eſſe & eſſentiam, per potentiam & actum, partialis, integralis, per tranſlationem, per allegoriam, accidentalis, περὶ ὃ δεῖν ἀρχὴ τοῦ πράγματος, perinde ac ipſa cauſa ſui.

ſui effectus: alia naturę, ex qua, in quam, circa quam, propinqua, remota: alia artis, ſubiecti, originis, poſſeſsionis, & deriuationis. διὰ τί, eſt cuiuſuis thematis rationabilis inueſtigatio: alia cauſarum, efficiẽtis, finalis, habitudinis, illationis: alia concauſarum, materiæ, formæ, poſitionis, proportionis. ποσὸν δὲ μέτρον τῶν πραγμάτων: alia cõtinua, longitudo, latitudo, profunditas: alia diſcreta, oratio, numerus: item, multitudo, ordo, multiplicitas, diſtributio.

ποιὸν, eſt rei qualitas: alia propria, eſſentialis, coeſſentialis, naturalis potentia, paſsio, paſsibilis qualitas, forma, figura inſeparabilis: alia appropriata, habitus, diſpoſitio, uirtus, ſeparabile. πότε eſt ſecundum prius & poſterius, menſura motus: alia partium, præteriti, pręſentis, futuri: alia ſpecierum, autumni, ęſtatis, ueris, hyemis: item, menſis, anni, horæ, diei, minuti. ποῦ, eſt locati ambitus: alius ſimplicium, repletiuus, definitiuus, intentionis: alius mixtorum, circumſcriptus, occupatus, & cõtinens. πῶς eſt, quo res habent modum eſſendi: aliæ eſſendi totũ in partibus, uniuerſale in ſuppoſito, accidens in materia, potentia in uirtute, locatum in loco, cauſa in effectu, principiatum in ſuo principio: aliæ operandi, definitiuè, circũſcriptiuè, attributiuè. σὺν τῷ eſt medium habitudinis, ad aliquod obiectum: aliud partitionis intrinſecum, naturale, artificiale, & morale: aliud uariationis, uel ut in ſe pars, per modũ differentię & proprij: uel ut pars in parte, actionis & paſsionis: uel ut totum in partibus, compoſitionis & conſtitutionis: uel ut extra ſe ſuam tranſmittit ſimilitudinem, perfectionis & finis.

De conſequentibus Methodum.

ἀληθὲς	חסיד	τὸ
δίκη	אל	φιλαργυρία
φρόνησις	אנרש	λαιμαργία
ἀνδρία	שמים	ἀσωτία
σωφροσύνη	ארם	ὑπεροψία
πίστις	בחן	ἀκηδία
ἐλπίς	ערל	φθόνος
ἀγάπη	עלמה	ὀργὴ
ἀνεξικακία	ממון	ψεῦδος
εὐσέβεια	רב	ἀστασία.

Coordinatio præſens eſt conſiſtorium omnium rerum, tam naturalium quàm ſupernaturalium: circa quod omnis ſermo, & quicquid ſub uniuerſi indagine continetur, uerſatur. Medius enim ordo ſubſtantias ipſas uſq; ad ultimum complectitur, qui diuiſus accidentia fundit, naturalia & moralia, ut in lateribus patet.

Mediæ columnæ ὁμόνοια.

אל quo ad graduum cõſiderationem, ſeu ſymboli, eſt infinitum quid, perpetuum, immenſum, & puriſſimum: Paſſio eius, ipſum æternum. אנרש quoad gradus, eſt quid intellectuale, immortale, inſenſibile, impaſſibile, ex ſubſtantijs primis: Paſſio autem, ſpiritus. שמים eſt corpus primum ſimpliciſſimum, ſecundum formam immutabile, capaciſſimum, inquietum: Paſſio autem, circulare. ארם eſt habens eſſe, uiuere, ſentire, imaginari, intelligere: Paſſio, dominus terrę. בחן eſt ipſum eſſe, uiuere, ſentire, apprehendere, διαπορεῖν, ſpecies ſenſibiles obſeruare, ſenſus cõmunis, imaginatiua potentia, phantaſia, memoria, intellectus: Paſſio uerò, ipſa æſtimatiua. ערל ipſum eſſe, uiuere, ſentire, V, A, G, O, T, affatus: Paſſio aũt, apprehẽſio. עלמה eſt ipſum eſſe, uiuere, generatio, uegetatio: Paſſio aũt ipſa nutritio. ממון eſt ipſum eſſe, ignis, aër, aqua, terra: Paſſio autem, ipſum inanimatum. רב eſt ipſe oculus, manus, uirtus, uitium, caliditas, frigiditas: Paſſio uerò, artificium.

Quid hæc columna, & quàm latè pateat.

אל eſt eſſe nihilo egens extra ſe, ſed πᾶν τὸ ὂν eget eo: & eſt

& eſt μέγιϛος reſpectu creaturarum, angeli, cœli, hominis, ſenſitiui, &c. & ἰδέα reſpectu ſui ipſius Patris, filij & ſpiritus ſancti. אנוש eſt ſubſtantia intellectualis, ſimilis ualde ipſi Deo: alia bona, aſtans ante faciem אל hierarchia, ſuprema, media & infima, pręſidens cardinibus cœli & elementis: alia mala, ſupra quatuor angulos orbis, in elementis principes dæmoniorũ nocẽtes, in inferno ubi lucifer eſt. שמים eſt primũ corpus mobile, in cuius eſſe nulla eſt γένεσις: aliud ſtellarũ, fixarum, mobiliũ, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. Præter hęc ſupra firmamentũ, cryſtallinum & empyreũ dicitur, ut Epiſtemon & Eulogus docent: aliud ſignorum, aries, taurus, gemini, cancer, leo, uirgo, libra, ſcorpius, ſagittarius, capricornus, aquarius, piſces. אדם ſiquidẽ eſt compoſitus ex anima intellectiua & corpore organico: rectè definitur, quòd ſit rationale diſcurſiuũ, ſeu intelligẽs per diſcurſum: alius realis, intelligens, uolens, memorãs, diſcurrens: alius intentionis, pictus, Chimęricus, imaginarius. בהן eſt poſt אדם, ipſe præfectus uiuentium: aliud imaginatiuum, ſenſitiuum, aut phantaſticum: aliud ſenſibile ab obiecto, uiſibili, audibili, guſtabili, olfactibili, tactibili, apprehenſibili: aliud inſenſibile ab obiecto, imaginabili, æſtimabili, memorabili, intelligibili. עיל eſt iugum ſenſitiuum: aliud nempe progreſsiuum, uel mutans ſitum ex ſe: aliud leue, uolatile, ut upupa, uultur, olor, &c. aliud graue, ut aquea, terrea, reptilia, progreſſibilia. עלמיה eſt adoleſcentulum corpus, animatum, per ſe nutribile: & proportionatur elementis grauibus, folijs, radicibus: & leuibus, ſeminibus, floribus: item arboribus, ſpongijs, fructibus, plantis. מימין eſt corpus diuitijs abundans, & phyſicum in eſſe, cuius refractio eſt primarum qualitatum: aliud metallicum, ſeu minerale, aurum, ferrum, cuprum, ſtannum, plumbum, argentum: aliud lapideum, lucens & ardens, leue & tranſparens, clarum & congelatum, graue & opacũ. רב eſt naturalis habitus, & moralis, cum quo animal uiuit: aliud naturale, ſpirituale, corporale, uirtus, uitium, eſſentià, accidens: aliud artificiale, quod artificio adhæret.

רימה & conditiones columnarum.

Prima eſt, cuiuslibet termini ſubiecti definitio, qua ab omni alio ſortitur τὴν διαφοράν: quæ de ſubiecto prædicatur, in eo quod quid eſt affirmando uel negando, prout definitiones principiorum primorum competunt definitionibus ſubiectorum. idem de methodo dicendum eſt, quæ illæſa ſit in ipſis principijs oportet. Secunda eſt, ut in actu practico cõſeruetur differentia ſubiectorũ extrinſecè. ſic enim אל & אנרש per eſſe ſupra omne τὸ ὄν finitũ habet διαφοράν: אנרש & שמים per eſſe extra omne ὄν mobile. שמים & ארם per eſſe in generabile & incorruptibile. ארם & כהן per eſſe abſtractiuũ cum tẽpore, ſiue τὸ ὄν ſucceſsiuũ. כהן & עיל per eſſe cognitiuũ. עיל & עלמה per eſſe tactiuũ. עלמה & ממון per eſſe nutritiuũ: ממון & רב per eſſe mixtum. רב aũt per eſſe motiuũ & motũ. Hinc אל eſt actus & perfectio, ut agat τὸ ἀγαθόν incõprehenſibile, primitiuũ & æternum. אנרש eſt actus & perfectio ſui, ut agat τὸ ἀγαθόν comprehenſibile, & ſimul cum æterno. שמים eſt actus ratione cuius agit τὸ ἀγαθόν temporale, ſiue τὸ χρόνου perpetuum. מאר intelligibile & temporale, &c. Tertia eſt, ut conſeruetur ὁμόνοια. אל enim & אנרש habent τὴν ὁμόνοιαν, eſſe incorporeum. Quarta, præſtantia & dignitas ſubiectorum: nobilioribus enim nobiliora ſunt attribuẽda. הסיר igitur conditionum eſt ὁ ὅρος, ἡ ὁμόνοια, ἡ διαφορὰ, καὶ ἡ σύγγυδα.

Quid dexter circulus conſequens methodum, & quàm latè pateat.

δίκη eſt, quæ nil alieni uẽdicat, quæ cuilibet dat quod ſuum eſt, quæ negligit propriam utilitatem, ut ſeruet cõmunem æquitatem: alia ordinata, ad Euangelicam perfectionem, ad Deum, ad remunerationem, ad comparationem, ad conſeruationem: alia inordinata, ad uiolationẽ, ad defectionem, ad legis imperfectionem. φρόνησις eſt, præſens notio futurorum pertractãs euentum: ſicut imprudẽtia eſt obtemperatio mentis, qua quis minus prouidens eſt, in prouidendo præterita uel futura: alia diuina, ęquitas in remuneratione bonorum, in punitione malorum, imperſcrutabilitas ob tribulationem bonorum,

proſperi-

proſperitatem malorum: alia humana, abſq; conſilio, calliditas, cogitationes timidæ, incertæ prouidentiæ. ἀνδρεία eſt, immobilis inter aduerſa glorioſa animi claritudo, res arduas pulchrè adminiſtrans, quę nec aduerſis infeſtando frangitur, nec proſperis blandiendo eleuatur: alia bona, Deum quærit, uitia ſubijcit, hoſti reſiſtit: alia reproba, Deum offendit, robur ſummum amittit, omnis animi ſpes, ſicut fauilla ſtuppæ. σωφροσύνη eſt uirtus, quæ ab omni ſemper tempeſtate uitiorum, totam mẽtem defendit: quæ uerſatur circa curã honeſti, libidines frenat, affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, uitioſa caſtigat: item uerſatur circa decoris conſiderationem, facit abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum & uerecundum. πίστις eſt, perceptio ueritatis rerum, cum aſſertione, ſine cauſarum cognitione: alia prædicati, proximo rectè tenenda, neceſſaria, cum periculo frangibilis, unita & immutabilis, præſtans iuſtificationẽ, glorificationem: alia ſubiecti, in corde, in ore, in opere.
ἐλπίς eſt uirtus, qua ſperamus præmium uitæ æternæ, iuſtorum meritis reddendum: alia ſingularis, in Deum, auferens malum, in ſeipſa miſerabilis, in proximo uituperabilis, impiorum abominabilis: alia δυνάμεως, utilis, conferens bonum, illuminans mentem, inſerens ſcientiam.
ἀγάπη, eſt actio rectitudinis, oculos ſemper habens ad Deum, glutinum animarum, ſocietas fidelium, ocio non frigida, actio non fracta, non fugax, non audax, non pręceps: alia perfectè ordinata, uniuerſa delicta operit, fortis eſt, diffunditur in cordibus noſtris, patiẽs & benigna eſt: alia imperfectè ordinata, refrigeſcit, agit perperam, quærit quæ ſua ſunt. ἀνεξικακία eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium uolũtaria atq; diuturna perpeſsio: alia conſiſtit in neceſsitate & utilitate, quæ Deum placat, præmium parat, hominem commendat: alia in ordinatione & exemplatione, quantum ad intentionem, continuationem, affectionem. εὐσέβεια eſt, ex benignæ mentis dulcedine, grata omnibus, auxiliatrix affectio, & diuini cultus religioſa deuotio: alia penes Deum, nec pietas ſine iuſticia, neq; ſine pietate iuſti-

cia, nec ſine pietate cœleſti ſenſus, nec ſine æquitate ἡ ἀγαθότης habetur: alia penes nos, amica parentibus, grata Deo, Dominum conciliat, neceſsitudines fouet, Dei cultura, merces parentum, filiorum ſtipendium.

ὁμόνοια eiuſdem columnæ.

Δίκη, quoad gradus, ſeu ſymbolum miranda agit: opprobria recipit, eſt gaudium hominum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, hereditas filiorũ: paſsio uerò, eſt ipſa æquitas. φρόνησις, perſpicacitas, prouidentia, præſens notio futurorum, examinatio conſiliorum, tarda credulitas ad falſorum prolapſum, non dubitat, ſed expectat: non ſuſpicatur, ſed cauet: præſentium ordinatio, præteritorũ recordatio. Paſſio uerò, ipſa prouidentia. ἀνδρεία, temerè non audet, inconſultè non timet, uirtutum ornamenta defendit, iuſticiam cuſtodit, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus uoluptates, non metu frangitur, non poteſtate mutatur, non attollitur proſperis, non mergitur triſtibus. Paſsio uerò, potentia. σωφροσύνη coercet ſedatq́; cupiditates, cõtemnit omnes corporeas illecebras, nihili facit laudem popularem, habet regulã utroq; teſtamento confirmatam, honeſtatem curat, decoris cõſiderationem ſpectat, acceptis rebus non extollitur, ſola poſsidet quod accepit, ſcientiam inſerit, ſcit optimum modum cupidorum. Paſsio uerò, Deus. πίστις peccatores homines ſaluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, iuſtos augmentat, martyres coronat, uirgines, uiduas, & coniugatos caſto pudore conſeruat, clericos ordinat, ſacerdotes cõſecrat, in æterna hæreditate cum ſanctis angelis collocat. Paſsio autem, ſalus. ἐλπίς indignitates fert, remedium eſt bonorum, innocentem non debilitat, in aduerſis ſolatium eſt, dolorem mitigat, charitas adoptionis exiſtis, ueritas promiſsionis, poteſtas redditionis. Paſsio autem, mitigatio doloris. ἀγάπη in aduerſitatibus tolerat, in proſperitatibus tẽperat, in duris paſſionib. fortis eſt, in bonis operibus hilaris eſt, in tẽporalibus ditiſsima, in hoſpitalitate lautiſsima: inter bonos fratres lætiſsima, inter malos patientiſsima. ἀνεξικακία non

incipit

incipit iniuſticiam: poſtquã incœptũ eſt, æqualibus non uindicat, non facit uexãti ea quæ paſſus eſt, ſed quieſcit, tribuit ſeipſum in patiẽdo mala, amplius tribuit qui fecit: non odio habet qui operatur hæc, diligit, benefacit, Deũ pro ipſo deprecatur. Paſsio autem, dilectio. εὐσέβεια beneficium exhibet, non deſinit ſua beneficia largiri, grata auxiliatrix affectio, ſcit prius ſeruare quæ iuſta ſunt, utilitatem habet, ſciẽtiæ diſcretione non caret. Paſsio autem, largitio. Cæterùm oppoſita uirtutũ per abnegationem eliciuntur: ſimiliter earum definitiones τὴν διαφορὰν καὶ τὴν ὁμόνοιαν concernunt.

Quid ſiniſter circulus conſequens Methodum, & quàm latè pateat.

Φιλαργυρία eſt gloriæ, ſeu quarumlibet rerum inſatiabilis & inhoneſta cupido: alia propriè ſumpta refertur ad ſolum argentum, elaboratũ, excuſſum, mixtum: alia communiter in omnibus rebus quæ immoderatè capiuntur, intelligenda eſt. λαιμαργία eſt uorax edacitas, nauſeanti ſtomacho applaudens, naturalibus finibus non contenta: alia animi, Deum offendit, intellectum deprimit, affectum inficit: alia corporis, delectationem, non neceſsitatem quærit, corpus interficit, ſubſtantiam perdit. ἀσωτία eſt immoderata carnis petulãtia, dulce uenenum, importuna lues, pernicioſa potio, quæ humanum corpus debilitat, & uirilis animi robur eneruat: alia carnis, qua in caſtitate corrumpimur, carnalium cogitatio illecebroſa uoluptas, adulterina iucũditas, mel habens in ore, fel in corde, aculeum in dorſo: alia cordis, qua de caſtitate gloriamur, deſiderat uiſcoſa, inimicatur Deo & uirtutibus, perdit omnem ſubſtantiam, futuram non ſinit cogitare paupertatem. ὑπερηφανία eſt elatio uitioſa, quæ inferiorẽ deſpiciens, ſuperioribus & paribus ſatagit dominari: alia eſt quæ conſideratur penes genus, cuius ſigna ſunt, clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſticia, honeſtas in imagine, inhoneſtas in actione, rancor in reprehenſione: alia eſt quæ conſideratur penes ſpeciem, amor dominãdi, amor propriæ laudis, contemptus, inobedientia, iactãtia mentis, & ar-

rogantia, uerboſitas & leuitas. ἀκηδία eſt de uirtutū laudabili exercitio, utriuſq; hominis languida deiectio: alia conſiſtit in ipſa inchoatione, ratione negligentiæ, animi torporis, languoris in orando, legendo, & meditando: alia in ipſa imperfectione, ratione faſtidij, diffidētiæ, deſiſtentiæ, à ſpirituali ſtudio. φθόνος eſt filia ſuperbiæ, & odium alienæ fœlicitatis: alia conſideratur reſpectu parium, quia ſibi æquantur, mater ſuperbię, neſciēs eſſe ſterilis: ubi fuerit, continuò parit; proximum ſupplantat, ſeipſam cruciat: alia reſpectu imparium, reſpectu ſuperiorum, quia in eis non æquatur: inferiorum, ne ſibi æquentur: liuoris diſcerptione, tormenti alienæ fœlicitatis, ſui ipſius cruciatus. ὀργὴ eſt ſubita animi tempeſtas, quæ dum inordinatè ſe concutit, cor hominis ad inſaniā protrahit: alia eſt tolerabilis, quæ fit per zelum, uitia corrigens, gratioſè ſedans, fructuoſè deuitans: alia intolerabilis, in proximorum oppreſsione, ex præceptorum tranſgreſsione, beneficiorum neglectione, hominum deſtructione, proximi læſione. ψεῦδος eſt falſa uerborū prolatio, cum intentione fallendi: aliud, non quidem conceſſum ſine culpa, non tamen magna, iocoſum, officioſum, familiare, ſeu conſolatorium: aliud prohibitum, nociuū, uiam uitæ deprauans, meditans, loquens, proximum decipiendo, ſeipſum perdendo. ἀστασία eſt mentis fluctuatio, & inter ſimulationem uirtutum & amorem uitiorum aſsidua iactatio: alia fit ſcientia, quæ conſiſtit in contemptu uigiliarum, meditationum, orationū: alia fit delectatione, mentem uagam obtinendo, locorū & temporum uarietate in diuerſa iactādo, non habendo uigorem ſuū,

ὁμόνοια huius columnæ.

φιλαργυρεία, quoad gradus ſeu ſymbolum, eſt amor pecuniæ, improba uoluntas, infernus omnia deuorans, indigentibus denegatio, inflāmatio lucri, inſatiabilis & inhoneſta cupido: Paſsio autem, ſolitaria poſſeſsio. λαιμαργία, uentris ingluuies, mala domina ſaturitas, laſciuia, luxuriæ ſeminaria: Paſsio autem, crapula. ἀσωτία, immoderata carnis petulantia, illecebroſa uoluptas, adulterina iucunditas, ardor, petulantia, fœtor & immundicia:

Paſsio

Paſsio autem, libidinis turpitudo. ὑπεροψία, ærumnoſa neceſsitas, laborioſæ uitæ deuoluta pœnalitas, turris euerſa, lingua confuſa, mortis illatio, beatitudinis uacuatio, omnium malorum mater, ſcelerum fons: Paſsio aūt, uena nequitiæ. ἀκηδία, torpor, caligo, pigritia, inertia, fatigatio: Paſsio, ignauia. φθόνος, uultus minax, toruus aſpectus, pallor in facie, in labijs tremor, in dentibus ſtridor, uerba rabida, & effrenata conuicia, manus ad uiolentiam prompta: Paſsio autem, rabies. ὀργῆ accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe prępedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, manſuetudo amittitur, concluſionis tenebras incutit: Paſsio, ipſa ira. ψεῦδος diabolum imitatur, à bonis euitatur, à malis frequentatur, proximū decipit, ſeipſum perdit: Paſsio, deceptio. ἀστασία, frequens migratio, uacillans animus, biformis, fuga corporis, deſiſtentia oculorum: Paſsio autem, inconſtantia ipſa. Hîc conſiderandū eſt ſubiectum לב unde omnia hęc moralia ſubiecta fluunt. Nam ex cōdiuiſione, naturalia quoq; ſubiecta iſthinc eliciuntur, quæ ſunt omnia prędicamenta præter ſubſtantiam: ſed eorum definitiones & diuiſiones partim Dialectici tradunt, partim in Methodo continentur: & in claue ipſa copioſa fiet eorum mentio, ideo quoad præſens ſuperſedeo. Prętereà ſunt adhuc alij termini, quibus artifex utitur: at facilè ad terminos artis reducuntur, quapropter omnes termini, præter iſtos, ſunt extranei, in quibus aduertēdus ſummopere erit proceſſus, qui ſic habet. Propoſita quęſtione, reſoluenda eſt in terminos, qui reducendi ſunt ad terminos artis per ſcalam primi trianguli, in ſecundo circulo antecedentiū methodum ſiti: aut ad tabulam diſcurſus, ordine ibidē præſcripto, & proculdubio habebis ſyluam magnā cuiuſuis thematis propoſiti argumentorum, prout ſuo loco patebit. Cæterùm extranei termini, alij ſunt theologici, alij iuridici, alij medici, alij deniq; philoſophici, ultimò termini communes uniuerſæ Encyclopædiæ.

Termini Theologici.

Articuli fidei, ſacramenta, pręcepta, dona ſpiritus ſancti, uirtutes, gratiæ & præmia, beatitudines, opera miſe-

 ricordiæ:

ricordiæ: potẽtiæ hominis,intellectus,uoluntas,memoria,affatus, imaginatio, uiſus, auditus, odoratus, guſtus, Deus,Chriſtus,angelus,lex,homo,anima, ſpiritus,natura,gratia, miracula, opera, fructus, meritum, remuneratio, utilitates, fruitio, aduerſitates, pericula, tentationes, pœna, peccatum, eſſentia,ſimplicitas, perſona, proprietas, relatio, tactus.

Status Iuridicus.

ב	Deus.
ג	Actor.
ד	Ius.
ה	Reus.
ו	Anima actoris.
ז	Corpus actoris.
ח	Anima rei.
ט	Corpus rei.
י	Sententia.

Termini Iuridici.

Ius,iuſticia,actio,acquiſitio,aſsignatio,alienatio,adẽptio,iniuria,ingenuus,agnatus,adoptio,ordinatio,mandatũ,poſſeſsio,promiſsio,poteſtas,officiũ,obligatio,nuptiæ,noxalia,litigiũ,locatio,lex,pœna,prędia,actus, cõtractus,excuſatio,ſatiſdatio,donatio,replicatio, conductio,rapina,cognatio,pauperies,codicilli,pactum,curator,publicũ, capitalitas, ſocietas, hæreditas ab inteſtato, ſtipulatio,hæreditatio,ſenatus,ſucceſsio,ſubſtitutio,ſeruitus, ſuſpectio, habitatio, geſtum, fideiuſſor, exceptio, emptio,uenditio,uſucapio,uſusfructus,temeritas, teſtamentum,tutela,legatio,libertini,iudex.

Termini Medici.

Elementa, humores, uirtutes,ſpiritus, ætas, cõtinens, quies,uigilia,repletio, cõplexiones, membra, operationes,ſexus,habitudo,motus,ſomnus, inanitio,nutrimentum,accidentia animæ,regio,cõſuetudo,morbus,cauſe, proprietates,criſes, balea, bilis,medicina, tẽpus, exercitiũ,coitus,accidẽtia,ſigna ꝓgnoſtica,auctiones, arterię.

Termini Philoſophici naturales.

Primus motor,primũ mobile,forma, ęternitas,motus,

materia,infinitum,finitum,generatio,fatũ,natura,corruptio,inſtãs, tempus,elementatio,locus, uacuum,ſenſus, intelligentia,corpus,uegetatio,ſimplex,compoſitũ, imaginatio,ſubſtantia,accidens,intellectus,totum,pars,uoluntas,actus,potentia,memoria,habitus,priuatio,cauſa, effectus,neceſſariũ,impoſsibile,uerum,falſum,prius,poſterius,eadem, diuerſa, unum,multum,actio,paſsio,uniuerſale,particulare,eſſe aliquid, habere aliquid.

Termini Morales.

Scientia,doctrina,induſtria, conſcientia, contemplatio,peritia,iuſticia,correctio,religio,ſeueritas,præſidentia,integritas,fortitudo, prõptitudo, magnanimitas,audentia,cõſtantia, confidentia,poteſtas, tẽperantia,ſpes, pœnitentia,frugalitas,humilitas, uerecundia,modeſtia, prudentia,præſumptio,arrogãtia,actus, infirmitas, ociũ, calliditas,crudelitas,calũnia,ſuperſtitio,inhumanitas,ambitio, agreſtia, duritia, præparatio, ſuperbia, temeritas, pertinacia,obſtinatio,tyrannis,triſtitia,dubitatio,pœna, auaritia,hypocriſis,deiectio,moroſitas, malitia,fides, diſciplina,opinio,arbitrium,actiuitas,docilitas, miſericordia,amicitia,ſeruitus,pietas, obedientia, familiaritas,patiẽtia,ſollicitudo, leuitas,timor, mãſuetudo, deliberatio, ſubiectio,lætícia,certitudo, uoluptas, liberalitas, gloria, laus,libertas,ſimplicitas,crudelitas,curioſitas, error,peruerſitas,importunitas,inertia,mollicies,adulatio, inobedientia,oſtentatio,ignorantia,impudẽtia,ignauia, anxietas,puſillanimitas,timiditas,mutabilitas, negligẽtia, obſcuritas,laſciuia,contemptus,petulãtia,prodigalitas, uanitas, iactantia, inſolentia, ſtulticia. Omnes iſti termini ſunt ſuperioribus libris tractati, nempe in Epiſtemone, Eulogo,& tractatu de Illuſtrium origine.Pręterea ex diſcurſu artis poteris definire, atq; quodlibet horum diuidere, ut in ipſa Claue paulo põſt oſtendetur. ideo quid hæc ſint, quàm latè pateant, ſuperuacuum tractare arbitratus ſum.

Termini Encyclopædici.

Accidens,appetitus,actio,attractio,alteratio, agens, antecedens, actus, aſtronomia, arithmetica, compoſitio, cir-

tio, circulus, corpus, color, creatio, conſilium, capacitas, comprehenſio, conſequens, corruptio, conſcientia, diffuſio, digeſtio, deriuatio, diſpoſitio, declaratio, deceptio, ens, eſſentia, expulſio, entitas, exiſtentia, forma, figura, fortuna, phãtaſia, philoſophia, genus, gratia, grammatica, geometria, generatio, habitus, honor, indiuiduũ, impoſsibilitas, inſtinctus, infinitum, inuentio, ius, locus, linea, logica, materia, motus, monſtroſitas, metaphyſica, miſericordia, muſica, militia, moralitas, medicina, mercatura, memoria, natura, nouitas, neceſsitas, nauigatio, ordinatio, ordinatus, obiectum, oratio, pluralitas, proprietas, paſsio, plenitudo, pulchritudo, punctus, proportio, prædeſtinatio, perfectio, potentia, priuatio, politia, prædicatio, quantitas, qualitas, quadrangulus, relatio, receptio, rectitudo generalis, rhetorica, regimen, ſpecies, ſitus, ſubſtantia, ſpeculum, ſimplicitas, ſignificatio, ſimilitudo, tempus, tranſſubſtantiatio, triangulus, theologia, unitas, umbra, idea, tetractys, יהוה. Hæc fuſius in Epiſtemone ſunt tractata: quapropter inde ſunt petendæ definitiones: licet etiam ex ſequenti Claue cognoſces, quid facere expediat.

DE CLAVE HVius *Scientiæ.*

CLauis huius ſcientiæ eſt, modus & definiendi & diuidendi, magno labore per me conquiſitus. Hanc qui rectè cognouerit, etiam alijs obmiſsis, ubiq; fœliciſsimè uerſabitur.

De modo definiendi.

Modum definiendi adminiſtrat ſubſtantia, quoad materiam, formam, proprium, & attributum. Accidens, intrinſecum, extrinſecum, naturale, & morale. Intellectus, ratione potentiæ ad obiectum, potentiæ ad actum, eſſe ad eſſentiã. Senſus, apprehenſionis, imaginationis, phantaſiæ, æſtimationis, memoriæ, uiſus, auditus, guſtus, olfactus, tactus. Cauſa, materialis, ex qua, in quam, circa quã: formalis, efficiens, finalis, à qua, & circa quam, fortunę & caſus. Effectus, principalis, minus principalis, fortuitus, caſualis.

caſualis. Proportio, cōmutata, ſimplex, æqualis, inæqualis. Oppoſitio, relatiua, priuatiua, contraria, contradictoria, per diſtantiam extremorum, per abnegationem oppoſiti. ἔτυμον, uocis, ſimilitudinis, æqualitatis: item cauſa ſecundum quodlibet genus cauſæ, ſecundum quid, & ſimpliciter, & ſpecies Methodi.

Quid definitio, ac definitionum ſpecies: & quàm latè pateant.

Definitio hoc loci nihil aliud eſt, quàm inſtrumentum quoddā ſimplicis uocis, quo quid rei tum nominis eſſentia enunciatur, cuius nouem ſunt ſpecies. Prima dicitur finitio ſubſtantialis, & eſt duplex: alia enim ſumitur à partibus, alia à paſsionibus. hæc eſt, quoties definitio complectitur ea quæ inſunt, aut extrinſecè, aut intrinſecè: illa eſt, quoties definiti aut eſſentiales aut integrales partes complectimur, in ipſa definiti enarratione. Eſſentiales quidem partes in definitionibus ipſis definiti ſunt, quando tam forma quàm materia cuiuſuis rei cōpoſitæ in definitione exprimitur. Et talis eſt duplex. alia eſſentialis, propria: alia quidem eſſentialis, at ſecundum partem eſſentialem cōmunis. Propria eſt, quando in definitione actus ipſius definiti ſoli conuenit definito: quales ſunt omnes determinationes ſecundum proprium actū, ut ſunt omnia deſinentia in are, quæ proprium quorūuis actum patefaciunt. ut imaginatio eſt, cui cōpetit imaginari, &c. Itaq; definitio ſubſtantialis eſt, alia inhærētium partium eſſentialium, integralium, paſsionum extrinſecarū & intrinſecarum: alia attributorum, propriè, appropriatè, per eſſe, & eſſentiam, potentiam, & actum. Secūda eſt, finitio accidentalis. hæc, quemadmodum ſubſtantialis, non dicitur quę accidit, ſed quæ ex coordinatione accidentis ad ipſius ſubiecti determinationem fuerit deprōpta: ſic ſubſtantialis non dicitur, quòd ſubſiſtat, ſed quòd ex ordine ſubſtantiali emerſerit. Accidentalis ergo definitio, alia eſt ex abſolutis, ſeparabilibus, inſeparabilibus, continuis, diſcretis, proportionibus arithmeticis & geometricis: alia ex reſpectiuis per fundamentum & terminum, qualitate, quantitate, naturaliter, moraliter. Tertia eſt intellectualis, quæ ex partibus intellectualium cōflatur.

talis cõſiſtit in duplici eſſe, ſubſtantiali, eſſentialiq́ꝫ, & accidentali, potentialiq́ꝫ. Subſtantialis dicitur, quę idem eſt cum ipſo eſſe: itaq; definitio intellectualis, alia eſt eſſentialis, Dei, angeli, cœli, hominis, &c. alia potentiæ, per potentiam & actum, per potentiam & obiectum, per habitudinem proportionalem. Quarta eſt ſenſualis, quæ potiſsimùm eſt in ſenſibilibus & accidentalibus, cauſaturq́ꝫ penes rationis diſcurſus: alia eſt intrinſeca per phantaſiã, æſtimationem, memoriam, imaginationem, cõmunem ſenſum: alia extrinſeca, per uiſum, auditum, guſtum, olfactum, & tactum. Quinta eſt cauſalis, quæ ex cauſis fit, quando ipſius definiti ſecundum habitudinem & potentias in definitione cauſæ enumerantur: alia per ſe, intrinſeca, formalis, eſſentialis, exemplaris, coeſſentialis, idealis, accidentalis, materialis, efficiens, finalis: per accidens; occaſio, caſus, fortuna. Sexta definitio ab effectibus; cùm definiti effectus atq; operationes, tam actus quàm aptitudinis, ſecundum formam aut materiam ſituãtur: ut ſol eſt, cuius effectus illuminat, exiccat, calefacit, ac mala uiſcoſa putridaq; leuat. alia ex effectibus naturalibus, ultimo, ſubordinato, coniuncto, ſeparato, per ſe, per accidens: alia artificio, inſtrumentali, impulſiuo, & libero. Septima eſt definitio proportionalis, quæ ſiue ſit propria, ſiue appropriata, conſideratur penes habitudinem & ſimilitudinem in definitione ſitam: alia igitur habitudinis cõmutata, diſtributa, identica, & diuerſa: alia inhærentiæ, eſſentiæ, eſſe, ineſſe, fieri. Hęc quoq; ex Methodo diuiſionis clarior fiet. Octaua fit ex oppoſitis, quotieſcunq; unum oppoſitorum per aliud manifeſtatur: & huius utilitas maxima eſt in quauis declaratione. oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcũt. Alia eſt in ſimplicibus uocibus, per abnegationem oppoſiti, per reſpectum & relationem, per diſtantiam extremorum: alia in propoſitione, in altera, in utraq;, in quantitate, qualitate. Hìc animaduertendum eſt, quòd non omnes propoſitiones definiri poſſunt. nam hoc inſtrumentum eſt ſimplicium uocum, quemadmodum argumentum compoſitarum. Quare harum ſaltem propoſitionum eſt definitio, quarum non

rum non poteſt dari ſimplex: ut, corpus, animatū. Nona eſt finitio etymologica, quæ eſt uocum ſaltem, quemadmodum ſuperiores rerum: & eſt, quotieſcunq; Grammatica expoſitio, aut ſimplex nominis deriuatio, in definitione conſiſtit. alia eſt κατὰ λέξιν, interpretationis, ſuppoſitionis, ſignificationis, circūſcriptionis: alia κατ' ἐτυμολογίαν, deriuatiuè, primitiuè, priuatiuè. Porrò definitio à ſecundum quid ad ſimpliciter eſt, quotieſcunq; aut prædicatum deſcriptum, aut ſubiectum ad inuicem confertur. Definitio uerò à cauſa ſecūdum quodlibet genus cauſæ eſt, quotieſcunq; aliqua definitio complectitur ad omnes partes cauſarum.

BREVIS METHODVS DEfiniendi, *& eiuſdem diſpoſitio.*

Actus	*Primi* / *Secundi*	*Eſſe*	*Pater* / *Filius* / *Spiritus ſanctus*	*Deus.*
Partes	*Eſſentiales* / *Integrales*	*Viuere*	*Aſtantes* / *Præſidentes* / *Hierarchiæ*	*Angelus.*
Paßiones	*Intrinſecè* / *Extrinſecè*	*Sentire, imaginari*	*Simplex* / *Compoſitum* / *Imperfectum*	*Corpus.*
Accidentia	*Separabilia* / *Inſeparabilia*	*Intelligere*	*Liberales* / *Mechanici* / *Vt liberales*	*Anima.*

In hac diſpoſitione triplex ſcala cōſideratur: Graduū, naturæ, & ſubſtantiæ. Prima formam definitionū, ſecunda differentiam, tertia genus demonſtrat. Forma cōmunis eſt ſingulis terminis: differentia uerò & genus diuerſimodè accōmodantur non omnibus terminis, ſed ſubalternatis tantum. Hæc autem hoc pacto conſideratur.

Actus,	*Partes,*
Eſſe.	*Viuere.*
Deus.	*Angelus.*
Accidentia,	*Paßiones,*
Intelligere.	*Sentire.*
Anima.	*Imaginari.*
	Corpus.

Mixtio horum fit penes modos oppoſitorum, nempe contrariorum, ſubcontrariorum, contradictoriorum, & ſubalternorum. Scala ſubſtantiæ quadrangulo immobilis adiacet: reliquæ pro aptitudine uoluuntur circumcirca, & accõmodantur ſingulis angulis, quæ uerè miniſtræ tantum ſunt & pediſſequæ ſcalæ ſubſtantialis. Cupiens igitur aliquem terminum definire, primũm inquirat genus: quo inuento, naturam inueſtigabit: & iſta habita, enunciatio fit per gradus. ut intellectũ uolens definire, dicat: Intellectus eſt animæ rationalis ſedes, cuius actus eſt intelligere, cuius paſsio eſt intellectiuum, cuius accidẽs eſt intellectio intentionis. Sic homo eſt animal intellectiuum: cuius eſſe eſt, humanum eſſe, &c.

DE MODO DIVIdendi figura.

α	D.	ω.
χ	M.	o.
ξ	P.	μ.

Hac figura non eſt quod diuidi non poſsit, ſaltem dextrè aduertatur: quod tum demum fiet, cum modũ acceſſus atque receſſus, aſcenſus & deſcẽſus, & oppoſitorum conſiderauerimus. Nam proportio eſt in linea contradictoria, cõiunctio in acceſſu & receſſu, diſpoſitio in aſcenſu & deſcenſu, ut ſingula breuiter ordine docebo. Itaque coniunctionis diuiſio eſt, generis per differentias ſectio, quæ ſemper bimembris ſit oportet. in qua duo potiſsimùm ſunt aduertenda, Scala & inuentio. Diuiſio per ſcalam duo requirit, oppoſitionem & conuenientiam: illa penes τὰς διαφορὰς, hæc penes genus. Si itaque contraria ſubcon-

ſubcontrarijs fuerint oppoſita, diuiſio erit penes oppoſitionem contrariorum & ſubcontrariorum: ut, ſubſtantia alia eſt diuina, α ω: alia mundana, χ ο. Diuina, alia ęterna α, alia ęuiterna ω. Aeterna, alia producta, α α: alia improducta, ut pater α α. producta, alia penes intellectum, ut filius α α α: alia penes uoluntatem, ut ſpiritus ſanctus α α α. Aeuiterna, alia immediata, ω ω: alia mediata, ω ω. Mediata, alia ultima, ω ω ω: alia penultima, ω ω ω. Mundana, alia ſimplex ο ω, alia compoſita ο. Simplex, alia cœleſtis ω, alia elementalis ο. Compoſita, alia animata χ ο, alia inanimata ο. Porrò ſi contraria non fuerint ſubcontrarijs penes omnes partes oppoſita, tum prima diuiſio à contradictorijs incipienda eſt, quouſq; perueneris ad oppoſitionem contrariorum & ſubcõtrariorum: ut, eſſe aliud productum, aliud improductũ. hic enim eſſe productum concordat in ω contrariorum, & per omnes partes ſubcontrariorum. Diuiſio ergo talis cõmodè eſt facta. Subdiuiſio erit tandem ſecũdum priorem regulam, dicendo, Producta alia mundana, alia diuina, &c. Cæterùm inuentio cõſideratur penes acceſſum & receſſum, ex habitudine oppoſitorum ad inuicem, quæ indagatur ratione ſpecierum ſubalternarum, & ſpecialiſsimarũ: hîc à formæ abnegatione, ibi à cõcreti, fiunt oppoſita. Si formæ deſit cognitio, concreto utrinq; utere. Hactenus de diuiſione coniunctionis.

De diuiſione diſpoſitionis.

Diſpoſitio hoc loci nihil aliud eſt, quàm terminorum quædam ſecundum debitum ordinem multiplicatio: uelut partium, ſpecierum, ſimilitudinum, quærẽdo diuiſionem aut ſub genere, aut ſub toto, procedẽdo à ſubiectis ad prædicata, à ſpeciebus ad genera, à principiatis ad principia, ab effectib. ad cauſas, &c. perueſtigando unius rei diuerſa tam ſubſtantiæ quàm accidẽtis attributa, quæ tribus circulis conſtat. Primus eſt baſis, ut ſunt: genus, principia, partes, propriæ paſsiones, accidentia communia, uirtutes, actus, cauſæ, operationes, potentię. Secundus eſt laudis, ut ſunt: bona, mala, utilia, facilia, difficilia, poſsibilia, impoſsibilia, leges, commoda, incõmoda, de-

creta, ſtatuta, priuilegia, conſuetudines, opiniones, honeſtates, à re in perſonam, & ecõuerſo. Tertius eſt ſuaſionis, ut ſunt: origo, gens, patria, parentes, maiores, forma, uires, diuitiæ, potẽtiæ, actiones, loca, operationes, occaſio. Pręſentes circuli duo potiſsimùm genera terminorum complectuntur, explicita & implicita. illorum ordo eſt, ut ſe mutuò, prout ſcripta ſunt, conſequantur: horum, ut reducantur, aut concomitentur. Explicitorum itaq; alius ordo eſt generalis, utpote baſis, quæ perinde ac centrum hic ſumitur, à qua lineæ ad circumferentiam ductæ ſunt æquales: alius ſpecialis, laudatiuus nempe, & ſuaſorius, ſiue deliberatiuus. Ad hæc iudiciale accedit, in quo propter controuerſiam defenſione & accuſatione, cum noſtrorum argumentorum tutela, & alienorũ refutatione utimur. Hoc autem potiſsimum duobus modis fit, reſpondendo ad dubitabiles quæſtiones, & diluendo atq; improbando aliena argumenta.

De Reſponſione.

Reſpõſio nunc per methodum, nunc per ea quæ ſunt extra methodum fit. illa ſunt, mixtiones & inueſtigationes regularum: hæc, prædicata abſoluta & reſpectiua, atq; ſubiecta naturalia & moralia. Quę omnia ac ſingula cõplectitur figura duplex, multiplex: figura prima, ſecunda, tertia, quarta, tabula, euacuatio tertiæ figuræ, multiplicatio quartæ figuræ, mixtio principiorum & regularum, definitiones principiorum, ſpecies triangulorũ, regulæ quęſtionum, ſpecies regularũ, nouem ſubiecta, termini extranei. Ex ijs, genus Iuridiciale facilè cõcipi poterit. ubi enim ſolutionem inueneris, ex eodẽ genere probationem petes, aduertendo uariã illationem, mixtionẽ, aſcenſum, deſcenſum de principio ad principiũ, de ſubiecto ad ſubiectũ, de regula ad regulã, de figura ad figurã: cum ſiquidẽ hinc nouem quæſtiones oriãtur, ſolutiones per eorũdem regulã aſsignentur oportet. Tales alię ſunt directæ, quę immediatè ex arte promanãt: alię indirectę, quæ mediante arte adinueniuntur. Hoc aũt genus ſolutionis in uocibus ſimplicib. & ſubſtãtialibus locũ habet, quod per quęſtionem quid & quotuplex inueſtigatur.

De ipſa

De ipſa argumentorum diſſolutione.

Diſſolutio argumentorum in cõtrouerſia ſit duobus modis, diſtinguẽdo & improbando. Diſtinguendo quidem, cum aſsignantur fallaciæ uerborum penes ambiguitatem & conſtructionem. hæc cooperatione, ac coniunctione: illa ęquiuocatione, nec non ſynonymorũ confuſione conſtat: & fallacię ſententiarum penes defectum atq; exceſſum. deniq; cum oſtenditur diuerſitas diſtinctionis, tam immediata, cùm ipſum medium fuerit diuerſum: quàm mediata, ex ſubiectis atq; prædicatis principiorũ, cum hęc à principiatis diuerſa oſtenduntur. Item diuerſitas cauſarum, cum alia aliter, his aut illis ineſſe aut non ineſſe dicimus. Hoc genere diluendi in controuerſijs ſummopere utimur. Cæterùm improbando duobus modis ſoluimus: aut principijs rerum, cum ex alijs principijs aut rebus neceſſarijs aliquid prouenire oſtendimus, & falſum eſſe id quod concludit, uel inferre conatur, probamus. aut ratione tam ab auctoritate ſumpta, aut quia eis fides non eſt adhibenda, aut quia maiori & præſtantiori auctoritate repellitur: quàm extra auctoritatem, nunc ponendo potiorem rationem, oſtendendo inconueniens ſequi, aut contrarium: nunc excipiendo à generali aliquod ſpeciale, ratione exceptionis adiecta: & afferendo differentiam uel ſimilitudinem, ſecundum cauſam atq; effectum, ſecundum reſpectũ & abſolutum quid, aliquorum inter ſe, tam ex ſubiecti quàm prædicati natura. Hæc ſufficiant de iuridiciali genere, quod ponitur in controuerſia, habendo aut deprecationem, aut accuſationem cum defenſione. Genus uerò deliberatiuum, ſitũ in ſuadendo & diſſuadendo, unà cum demonſtratiuo laudes & uituperia cõtinente, patet in proceſſu coordinationum ſuperius expreſſarum.

De genere implicito.

Hactenus de explicito genere terminorũ, ea qua decuit breuitate, ſufficiat dixiſſe. Nunc implicitũ aggrediamur, quod duobus modis conſideratur: aut cõmutando attributiuè, per complexionem tam ſubſtantialem quàm accidentalem, attribuendo uni illi de quo agitur diuerſa,

faciendo uariè ſubiecta complexa: item contentiuè, ſiue ſub genere quærendo diuiſionem, ſiue ſub toto partes, aut reducendo cùm à toto, tum à genere: ab hoc quidem ad ſpecies tam ſubſtantiales quàm accidētales, à ſpeciebus ad genera, à ſubiectis ad proprias paſsiones, à toto ad partes, à partibus ſimiliter ad totum procedēdo. Hæc omnia ſecundum uariam collationem ſubiecti aut prædicati conſiderantur, quæ ſunt à ſimilibus ab oppoſitis, à differentibus, à prioribus & poſterioribus, à cauſis & effectibus, ab exemplis, actionibus & paſsionibus, maioribus & minoribus, æqualibus & inæqualibus, oſtendendo aliquid eſſe aut non eſſe, ineſſe aut non ineſſe, aliquid hoc modo ſe habere, aut alio. Tādem, ſi aliquod ſit compoſitum, ad ſuum genus: ſi proprium, ad ſubiectum reducatur, neceſſariū eſt. Hoc itaq; modo in noſtra coordinatione quiſpiam facilè uerſabitur, ſi baſi reliquos ordines appoſuerit, & magnam facultatem dicendi acquiret.

De modo procedendi in ſingulis partibus.

Modus procedendi in ſingulis diſpoſitionis partibus, eſt ipſa argumentatio oratoria, quæ ab oratoribus ponitur nunc tripartita, conſtans propoſitione, ratione, rationis ratione: nunc quadripartita, adiūcta illis exornatione: nunc quinquepartita, diſſolutione appoſita. Singulis annectitur concluſio, quæ non dicitur uera pars, niſi ob appellationis figurā. Pars enim à parte reipſa differt: quod in concluſione non fit, quandoquidem dictorum ſit breuis quędam repetitio, licet detur differentia, rationis tamen. Cæterùm propoſitio eſt, qua ſimpliciter negotium proponitur, & quid aut probandum aut improbandum ſe offert. Ratio eſt, qua oſtenditur generalis ueritas aut falſitas propoſitionis. Rationis ratio eſt, quam alij confirmationem rationis uocant, ex pluribus particularibus locis ac argumentis collectam. Exornatio eſt, cauſa ſuis locis conſtans, honeſtandę aut locupletandę rei gratia. Diſſolutio eſt, oppoſitorum argumentorum dilutio.

Quid uoces diſpoſitionis, & quàm latè pateant.

γένος ſecūdum ἔτυμον, nihil aliud eſt quàm generatio.

Multiſa-

Multifariam ſcriptoribus dicitur: primò, multitudo aliquorum, ſiue collectio ab uno principio deſcendētium: ſecundò, principium illius collectionis: tertiò, prædicabile, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, in eo quod quid eſt, ſecundū Porphyrium. Aliud eſt principium, à quo plures deſcendunt, ut אדם: aliud principium collectionis, ut ſinguli, reſpectu אדם: aliud prædicabile de multis diuerſis ſpeciebus, item origo, materies, & qualitas. ἀρχὴ pro initio in genere, & quauis origine ſumitur: potiſsimum autem hoc loci circa uerborū exordium pertinet. ubi aduertendum eſt, quibus uerbis, quibusq; ſententijs utendum ſit, humilibus'ne an modeſtis, an uehementibus: aliud, unde aliquid producitur: aliud, efficiens effecti: aliud materiæ, formę, & compoſiti: aliud principium, aliud item elementum. μέρος eſt receptio totius, & in quod totum diuiditur multiplicatū: uel quia in eo particulatur natura cōmunis ſecundum uirtutē eſſendi in pluribus, non autem ſecūdum rationem eius. Similiter dicitur à pari, quòd ſimul iuncta paria, hoc eſt æqualia ſint toto. aliud eſſentiale, integrale, uniuerſale: aliud proteſtatiuum, exordij, narrationis, argumentationis, concluſionis. ἴδιον eſt, cuiuſuis rei peculiaris & innata paſsio, aut principium formale innoteſcendi, quæ uni ſoli conueniunt. hinc in diuinis eſt proprietas, quatenus ſoli patri conuenit. Notio uerò, in quantū eſt principium formale innoteſcendi patrem. Proprium ergo aliud notionale, paternitas, filiatio, proceſsio, innaſcibilitas, communis ſpiratio: aliud intentionale, quod cōuenit ſoli ſpeciei non omni, omni non ſoli, omni ſoli non ſemper, omni ſoli ſemper. In omnibus tam dictis quàm dicēdis ſimilitudo, quæ in ipſis inhærentibus locū habet, & proportio, quę in habitudinibus ſituatur, obſeruāda eſt. συμβεβηκὸς cōmunia ſunt, quæ & adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem poſſunt: ut ſunt omnia, & quidē communiſsima, actio nempe, receptio, & omnium tam moralium quàm intellectualium cultura, ſeparabilis & inſeparabilis, intrinſeca & extrinſeca. ἀρετὴ eſt bona qualitas mētis, qua rectè uiuitur, & qua nullus malè utitur, quam

Deus ſolus in mente humana operatur, ut in prædicatis ſuprà: alia cardinalis, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſticia: alia œconomica, alia intellectualis, alia moralis, alia item cœleſtis. πρᾶξις eſt omnis operatio reſpectu patientis, tam naturalis quàm moralis: alia naturalis, & moralis: alia libera, uoluntaria, & coacta. αἰτία eſt, ratio alicuius ad effecti naturam, tam per ſe quàm per accidẽs: & dicitur ratio formalis, quæſiti, finalis, effectiua, & materialis. ἐργασία eſt motus tam animi quàm corporis, continuus in obiecto operabili. hæc dicitur operatio animi, corporis, cœli, influentiarum, luminis, motus. δύναμις eſt uis ab actu demiſſa, uegetatiua, ſenſitiua, imaginatiua, rationalis, uirtutis. Præterea in ſermonis collectione duo potiſsima ſunt aduertenda, continuatio & tranſitio: illa in adaptione argumentorum, & locorum ſimpliciũ: hæc in concluſione periodali aut partiali perueſtiganda eſt, ratione & occaſione nacta à genere ad principia, à principijs ad partes cõmodè trãſibis, prout ſuo loco patebit.

De diuiſione proportionabili.

Proportio ſecũdum primam nominis impoſitionem nihil aliud deſignat, quàm habitudinem quandã quantitatis ad quãtitatem, & id quidem aut determinatè in exceſſu, aut in adæquatione: nihilominus trãsfertur ex hac ſignificatione ad cuiuſq; habitudinem deſignandam, ut materiæ ad formam, potẽtię ad actum, obiecti ad potentiam, finiti ad infinitum, creaturæ ad creatorem. Vbi duo ſunt aduertenda, adæquatio & oppoſitio. Adęquatio eſt in omnibus proportionibus, quarum habitudo eſt, ut unius diuiſionis membrum correſpõdeat alterius diuiſionis membro: ſic proportio eſſe poteſt, determinati adæquale, ęqualitatis ad ſimile: ſunt enim uelut habitudines poſitiuæ. Eodem modo in habitudinibus negatiuis eſt aduertendum. nam habitudo diuerſi, diſsimilis, inæqualis, indeterminati & ſimilium, ſe habet in adæquata proportione. In oppoſitione uerò exceſsiua, ſe habet modo contradictorio, aut contrario. Contradictorio quidem, quando ita habituantur proportiones, ut nulla unquam inter eas dari poſsit conuenientia: qualis eſt æterni ad

temporale,

temporale. Contrario autem, cum inæquale ad idem habituatur: ubi ſæpe inæqualitas contingit, etiam identitate præhabita. Nihilominus in eiuſmodi differentia obſeruandum eſt, habitudinem non penes ſubſtãtiarum ſubiecta, ſed penes habitudinum collationes fieri. Illa enim denotant ſimilitudinem, quia de inhærentibus ſunt: hæc uerò habitudinem, quia de collatione habitudinũ ſunt. Ideo cùm obſeruata fuerint talia interſtitia, inter contraria & contradictoria, ſola inhærentia differentiã præbebit. Porrò in quantitatibus potiſsima utilitas huius membri eſt: ibi enim alia proportio cõmutata, alia idẽtica, alia item diſtributiua eſt, ac utraq; inæqualis & æqualis. ut,

6	4	Thebæ,	Athenæ.
3	2	Athenæ,	Thebæ.

Hæc deſignant habitudinem propriam ad inuicem. Vbi uidendum eſt, cõmutatam proportionem ſemper eſſe, quoties numerus aut par aut impar ſe mutuò conſequũtur, ita ut inter ea maius & minus aſsignari poſsit, ibi tum demũ habitudines à maiori ad minus collatæ commutantur ad propoſiti identitatem aut diuerſitatem, æqualitatem & inæqualitatem. Proportio uerò in cõmutata non datur in diſcretis, niſi in identitate habitudinis ad habitudinem. ut,

2	2
2	2

Tales præterea commutationes, ſolummodo in proportione Arithmetica contingunt. Diſtributiuè uerò, in omni alio propoſito ſunt ſitæ.

De proportionibus diſtributiuis.

Proportionum diſtributiuarũ, aliæ fiunt in abſolutis, aliæ in reſpectiuis. Licet omnes habitudine proportiones & collatione ſint reſpectiuè, non tamen naturaliter & ſecundũ eſſe. Quare proportiones abſolutæ, aliæ fiunt in ſubſtantia, aliæ in accidente: in ſubſtãtia quidem, quoties habitudo partium eſſentialium aut integralium ad alias conſtituitur, ut quemadmodũ ſe habet anima ad corpus, ſic ultima intelligentia ad cœlum. Accidẽtium abſolutorum uerò duo ſunt genera: quantitatis & qualitatis,

tis. horum ſimilitudo propria, illorũ proportiones, quæ in reſpectiuis fiunt, nunc ſecũdum dici, nunc ſecundum eſſe nũcupantur. Sed iſthæc de ſimplici proportione ſufficiant. Compoſita enim conſideratur penes duos quadrangulos ſe condiuidentes, ubi compoſitum cum compoſito, ſeu alter quadrãgulus ad alterum habituatur, tam in cõmutata quàm in diſtributiua proportione. ut,

6

2 4

4 12

12 24

8.

Simili modo de diſtributiuis per terminos fiat proportio. Atq; hæc de Claue huius ſcientiæ dicta ſufficiant.

COORDINATIO FIGVRAE *diſcurſus oſtenſionis.*

Quandoquidem præſens figura, totius inſtituti haud uulgarem complectitur determinationem, eam præterire nolui: ac ultimo huius partis loco poſui, ob Tabulam diſcurſus quoq; in calce ſitam, ad quam potiſsimum tota figura dirigitur, quæ ſic habet:

A	1 *Aſcenſus*	I	1 *Implicitum*	Γ	1 *Partiale*
	2 *actio*		3 *inæquale*		2 *paßio*
	3 *acceſſus*		4 *identitas*		3 *prædicatum*
	4 *accidens*		5 *impar*		4 *particulare*
	5 *affirmatio*		6 *intrinſecus*		5 *par*
	6 *abſtractum*		7 *indiuiduum*		6 *principium*
	7 *actus*		8 *imperfectum*		7 *potentia*
	8 *abſolutum*		9 *imaginatio*		8 *perfectum*
	9 *abſtractio*		10 *intellectus*		9 *priuatio*
	10 *ars*				10 *proprium.*

Virtus

B
- 3 Virtus
- 4 uniuerſale
- 6 unio
- 7 ubi

Γ
- 3 Gloria
- 7 genus

Δ
- 1 Deſcenſus
- 3 diuiſio
- 4 diuerſitas
- 5 diſsimile
- 6 diſcordia
- 7 diſcretum
- 8 dictio

E
- 1 Explicitum
- 3 æquale
- 4 æternum
- 5 excurſus
- 6 extrinſecus
- 7 extremitas
- 8 æſtimatiuum
- 9 effectus

Z
- 3 Compoſitio
- 5 concurſus
- 6 concretum
- 7 continuum
- 8 corpus
- 9 cauſa
- 10 commune

K
- 3 Caſus
- 4 quies
- 5 quantitas
- 6 quando
- 7 qualitas

Λ
- 3 Locus, Locatum
- 4 affinitas
- 5 conuerſio
- 6 conſumptio
- 7 poſteritas
- 8 linea

M
- 3 Morale
- 4 motus
- 5 materia
- 6 mixtio
- 7 medium
- 8 memoria
- 9 menſura

N
- 3 Naturale
- 5 negatio
- 6 propoſitio
- 7 prioritas
- 8 numerus
- 10 natura

O
- 3 Ordinatio
- 4 alteratio
- 5 agnitio
- 6 coniunctio
- 7 mediatio
- 8 oratio

P
- 3 Receſſus
- 4 rationale
- 5 irrationale
- 6 relatio
- 7 ratio
- 8 reſpectiuum

Σ
- 2 Situs
- 3 ſubiectum
- 4 ſubſtantia
- 5 ſimile
- 6 ſimplicitas
- 7 ſpecies
- 8 ſuperficies
- 9 ſenſus communis
- 10 ſenſus

T
- 1 Totale
- 3 tempus
- 4 temporale
- 5 terminatio
- 6 tranſitio

Φ
- 3 Fortuna
- 4 finitio
- 5 forma
- 6 finis
- 7 figura
- 8 phantaſia

X habitus.

Applicatio huius coordinationis,in numerorũ coordinatione potiſsimũ eſt ſita. Siquidẽ citata litera cum litera, uidendũ eſt, quæ ac in quo gradu numerorũ cõcordet cum ſua initiali litera. ut poſito α & σ, horum ſignificata cognoſcere cupiens, recurrat ad præſentem coordinationem, perueſtigãdo σ & α: in quo numero ὁμόνοια fuerit,

fuerit, in eo ſignificata deprehendet, notanda oppoſitorum natura: ac rectè quis dicet, harum literarum oppoſitionem in quaternario ſituari. Proinde α accidẽs, σ ſubſtantiam ſignificabit. id in quinario non quadrat, ubi ſimile & affirmatio ſunt quidem, at non iuxta naturã oppoſitorum. Itaq; quod ad terminorum conſiderationem attinet, ſatis ſit tractatum.

TRACTATVS SECVNDVS, DE *contractione terminorum.*

Contractiones terminorum uarijs modis fiunt: aliæ namq; ſunt tales inter ſola principia, mutuò ſe concomitantia: aliæ uerò inter hęc atq; inſtrumenta, alię inter hæc nunc dicta & ſubiecta. De ſubiectis autem eſt omne quod aut de ſe dicitur, aut de alio, tam abſolutè quàm reſpectiuè: ſeruatis tamen figuræ S angulis: nam ſine illis nulla certa contractio fieri poterit. Omnis præterea contractio, ſiue combinatio omnium figurarum, aut fit interrogatione, aut contradictione alterius ſumptæ partis, ad eliciendum alicuius animi ſenſum, ſecundum ueritatem aut falſitatem, ſecundũ unam aut utramuis enunciationis partem: quæ affirmatione aut negatione ſimul iunctæ, tales eſſe dicuntur, aliæ omnes coniunctione unæ. Sed quoniam hę ex illis cauſantur, ideo contractiones enunciatiuas pertractabimus: quibus cognitis, tam hæ quàm illæ facilimæ forent. Prætereo contractionum diuiſionem, quæ apud alios ſecundum ſubſtantiam, qualitatem, quantitatem, naturam & modum eſſe dicuntur. hæc ſiquidem in omnium ore uerſatur, prout coordinatio huius rei monſtrabit. Porrò enũciatio communiter ex terminis nominorum & uerborum cauſatur: illud dicimus uocem ſignificatiui habilem, expoſito ſine tempore (ut Politiani uerbis utar) cuius pars nulla ſeorſim ſignificat, licet affectet: cui quidem negatio ſi obſtiterit, indefinitum uocabitur nomen. Sic aliud à nomine, quemadmodum & nominis caſus: eadem & uerbi finitio, modò tempore non fraudetur. quod eſt eorum ſignum, quæ de altero dicuntur, à quo itidem indefinitum uerbum

tum uerbum caſusq́ uerbi diſcrepant. Hæc autem ſeorſim quidem ſignificant, non tamen uerum aut falſum, niſi in propoſitione, non omni, ſed enunciatiua tantum, quę affirmatio primùm uel negatio eſt. talis porrò interdum una in pluribus uocabulis, nonnunquam in uno multiplex eſt. affirmatio autem de quopiam, negatio à quopiam quid enunciat. Qua de re ſuperius Epiſtemon ſufficienter tractat.

Cæterùm contractionum ſiue combinationum ordo nouem habet ſpecies. Prima eſt mixtionis: ut definitio, cōmixtio ſimplex, mixtio compoſita. Secunda mixtibilitatis: ut mixtio comparatiua, mixtio obiectiua. Tertia naturalis, uniuoca, cōmunis, denominatiua. Quarta attributionis: naturalis, contingentis, & remotæ. Quinta directa, indirecta, ęqualis, mediata, abſoluta, & cōparatiua, ex ratione prędicationis. Sexta, quantitatis, uniuerſalis: particularis, ſingularis, indefinitę. Septima, qualitatis affirmatiuæ, negatiuæ, ueræ, falſæ. Octaua, modi prædicationis, quoad terminos, quoad propoſitiones. Nona, ineſſe eiuſdem de ſeipſo, ſimpliciter, demonſtratiuè. Verùm enimuerò omnes iſtæ mixtiones aliæ ſunt à parte prædicati, aliæ à parte ſubiecti, à parte modi, aut cuiuſcunq́ horū mixtim, terminorum artis in ſe, terminorū artis cum extraneis, terminorum extraneorū inter ſe, aliæ in una figura, aliæ in diuerſis & pluribus. In omnib. duo ſunt aduertenda, contractio principiorum duntaxat, aut principiorum & regularum.

Principiorum eſt duplex: artis, & extra artem. in quibus contractiones ſunt aliæ impliciti ad explicitum, aliæ abſtracti ad concretum, aliæ extraneorum ad intranea, ſicut applicatio ipſa docet, quæ aut eſt impliciti ad explicitum, contentiuè, oppoſitè, quo ad partem, eſſentiam & totum: aut concreti ad abſtractum, deſcendendo, aſcendendo, adijciendo, ſubſiſtendo, participando: aut extranei ad intraneum, penes ſubiecta, prædicata, item modo ſynonymo concordanti, conuenienti, intellectuali, ſenſuali, & utriuſq́. In qua finis potiſsimum præſentis inſtituti conſiſtit, modus nimirum, quo intellectus ipſe

ipſe humanus cum re intellecta coæquari poſsit, de quolibet ſcibili cuiuſcunq; generis id extiterit. Quod fit per euacuationem tertiæ figuræ, & multiplicationē quartæ, ſyllogizando, demōſtrandoq; proprias paſsiones, cuiuſlibet ſubiecti per ſua immediata ac propria principia, cāuſas, & definitiones ſubiectorū. Quapropter de ſingularum applicatione ſermonē facere oportet. Figuræ enim perneceſſariæ ſunt huic inſtituto: imò adeò neceſſariȩ, ut ſine ipſis nulla operatio inchoari poſsit. Quemadmodū igitur de ſimplici figura dictum eſt, ſic & de duplici atq; multiplici dicere incumbit: intellectus ſiquidem quaſi in infinitum multiplicatur, quod numero nequaquā deprehendi poteſt: ideo figuris operæprecium eſt id cōſequi.

DE FIGVRA DVPLICI, *quid ſit, & quàm latè pateat.*

Figura duplex nihil aliud eſt, quàm combinatio duarum literarum in uno quadrato: quæ ideo ſic nūcupatur, ſiquidem in ea primæ & ſecundæ figuræ ſignificata continentur. Cum itaq; quæſtiones cuiuslibet entis, de implicatione ad explicationem deducuntur, & intellectus hoc pacto abſtrahit propoſitiones, tum rectè hac figura euacuatur. Siquidē intellectus depromit à ſingulis quadrangulis huius figuræ entia ſignificata per literas, applicando ad propoſitum. Quò fit, ut intellectus humanus, per ſcalam quadrati aptiſsimus applicationi, inueſtigationi, & intentioni efficiatur, ac prōptiſsimus ad ſoluendum omnes peregrinas dubitationes. Abſtrahit autem opifex huius Methodi, ipſe nēpe intellectus humanus, à ſingulis quadratis duodecim propoſitiones, & uiginti quatuor quæſtiones. Angulus quippe angulo accōmodatus, reddit multiplicationē trium ad quatuor, ter quatuor uerò ſunt duodecim. Quælibet autem huius numeri unitas requirit, ſi eſt, & quid eſt: duplicando igitur numerum propoſitionum, emergunt quæſtiones uiginti quatuor. pari modo facta queſtione, ſurgunt duodecim media ad probandum, uel confutandum aliquod propoſitum, deprompta ex collatione ſubiecti ad prȩdicatum, uel in genere, uel in ſpecie: quibus omnia terminare, ac de cu-

de cuiuſuis generis ſubiecto fœlicißimè diſſerere artifex poterit. Præterea euacuantur hæ cameræ dupliciter, explicitè & implicitè. Explicitè quidem, ut ב ג διὰ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ μέγεθος, τὴν διαφορὰν καὶ τὴν ὁμόνοιαν, & אל אנרש. ubi aduertatur aliud eſſe τετράγωνον artis, aliud ἑξάγωνον, illud eſt in prædicatis ſolis, hoc in prædicatis & ſubiecto. Item ſimul iūctis & prædicatis & ſubiectis, naſcitur δυοκαιδεκάεδρον, ut inferius patebit. Implicitè uerò per partē horū, per regulas & regularū ſpecies, ut per bonitatē fluentem & permanātem, magnitudinē uirtutis & molis, &c. Sic procedendo affirmatiuè, uel negatiuè, abſoluitur euacuatio tertiæ figuræ, quæ ſequendo conditiones ſpeciales, reddit intellectum humanū generalem, artificioſum, & maximè ſapientem: ſoluit enim quæſtiones omnes de Deo, de angelo, &c. quibus ſolutis, remanet quietus, habilis ad cognoſcēdum quoduis thema, & de quouis diſſerendum. Figura uerò talis eſt:

Figura tertia.

בגג דד חח וו זז ההטטי
ברג חד וה זו חז טחי
בחג וד זה חו טז י
בוג זד חח טו י
בזג חד טה י
בחג טד י
בטג י
בי

Hæ figuræ requirunt potiſsimùm conditiones ſubiectorum, ſine quibus intellectus opificis nil operari poteſt. At ijs cognitis, rationes propoſitionum & cauſæ mediorum ad argumentorum texturā in promptu erunt, ſecundum numerum combinationum, & ſingularem cuiuſuis quadrati naturam, quorum numerus eſt 36, quo ad quadrata, & quo ad angulos 144: quòd uerò ad quæſtiones attinet, earum numerus erit 288, cum additione 432. Hæc ſigillatim perpendantur penes Clauem huius ſcientiæ, quam ſinguli anguli neceſſariò requirūt. ſicut enim quælibet combinatio eſt quadrata, ſic quadruplices propoſitiones

tiones requirit, nempe in deſcenſu, quoties quid de aliquo dicitur, & pluribus de ſe dicentibus ſubeſt. Contrariæ in aſcenſu condependentes, procedunt in coaceruatione: tranſuerſales, in ipſa inductione & enthymemate. In aſcenſu uerò primæ figuræ ſyllogiſmi, & quidem affirmatiui, eſſe debent ſimpliciter. ſecundum quid uerò & affirmatiui & negatiui, tam in prima quàm in ſecunda figura, in qua non niſi negatiuæ cõplexiones fiunt, quemadmodum in primæ quæſtionis prima ſpecie cõprehenditur. In deſcenſu plerumque cauſatur tertia figura, præſertim in contractionibus ſecũdum quid, licet rarius in contractione ſimpliciter: itaque ſex formæ argumẽtationis ijs figuris conueniunt. Prima eſt ſyllogiſmus, diſiunctionis, proportionis, diſpoſitionis, & coniunctionis. Secunda coaceruatio, deſcendens negatiua, aſcendẽs affirmatiua. Tertia eſt exemplum, ex diſsimili ad ſimile negatiuum, aſcendens affirmatiuum. Quarta inductio, ex enumeratione partium, aliquarum & non principalium falſa, omnium aut principalium uera. Quinta enthymema, aliud qualitate affirmatiuum & negatiuum: aliud ſubſtantia, maiore deficiente, ſi conſequentis prædicatum in antecedente non reperiatur: minore deficiente, ſi conſequentis ſubiectum in antecedẽte deſit. Sexta proſyllogiſmus, inuentione antecedente enthymema, & conſequente idem medio. Porrò tota hæc argumentationũ ſeries atque *δύναμις* circa ſecundum triangulũ uerſatur, qui in medio ſimplicis figuræ reſpectiuæ continetur, quam diſcurſiua pars dilucidius oſtẽdet. Ideo quoad præſens hæc ſufficiãt.

De multiplicatione entium per quartam figuram.

Multiplicantur entia per ſpaciola figuræ dupliciter, aut extrahendo nouenas, aut ſeptenas. Nouenas quidem ex ſuppoſitione identica, ut בבג בבד uſque ad בבי & בגב, בגד, בגה, בגו, בגז. Septenas uerò, ex ſuppoſitione coordinata, ut בגט, בגי, בגד, בגה, בגו, בגז, בגח. In iſta multiplicatione, tam directi quàm indirecti ſyllogiſmi comprehenduntur. ij in ſpacijs figuræ inter ר inferioris circuli, & ר immobilis continetur: illi in cameris, uſque ad ח inferioris tantum circuli. Itaque ſpaciolis adiũctæ noue-

nario,

nario numero, per reuolutionem minoris circuli uſq; ad finem prodibunt in toto ſeptingentę & uiginti nouem: incipiendo tamen identicè, ſed inchoando coordinatè, fit uſq; ad numerũ 252 multiplicatio. Huius autem multiplicationis fons & origo eſt reuolutio camerarum columnalium, ut בגד גדה, quę fit per extractionem camerarum, facta ſemel circulorum reuolutione, eiusq; amplificatio per minoris circuli reuolutionem ad numerum 91, ut Tabula monſtrabit ex præſenti figura deprompta, Quarta nuncupata: hæc eſt trium circulorum ad inuicem habitudo, totius artis terminos recipiens, prout in noſtra ἀγυρικῇ fuſius tractabitur.

Figura quarta apud Hebræos.

ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י
י	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט
ט	י	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח

Hinc media cuiuſuis thematis eruuntur. Mixtio enim talis ad probandum, confutandum, diluendum, & quoduis proloquium tractandum perualde utilis eſt, ſicut intelligenti patebit. Mixtiones uerò quomodo inde promantur, ſic patet.

Reuolutio.

בגד	בחו	טחי	גוד	דחט	חוח	וחי
בגה	בחז	בטי	גוח	דחי	חוט	וטי
בגו	בחח	גדח	גוט	דוז	חוי	זחט
בגז	בחס	גדו	גוי	דוח	חזח	זחי
בגח	בחי	גדז	גזח	דוט	חזט	זטי
בגט	בדז	גדח	גזט	דוי	חזי	חטי
בגי	בוח	גדט	גזי	דזח	חחט	טזב
בגת	בוט	גדי	גחט	דזט	חחי	טיג
בדו	בוי	גחו	גחי	דזי	חטי	טיד
בדז	בזח	גהז	גטי	דחט	וזח	טיה
בדח	בזט	גחח	דחו	דחי	וזט	טיו
בדט	בזי	גחט	דחז	דטי	וזי	טיז
בדי	בחט	גחי	דחח	חוז	וחי	טוח

Hinc ipſa Tabula oritur per cõbinationem aut mixtionem hexagoni in uirtute ה, ut ſuo loco apparebit. Quo

 fit, ut

fit, ut cuiuslibet cameræ ſex ſint conditiones, quibus intellectus diſponitur, ad inueniendum, probãdum & obijciendum: cui ſi reuolutio minoris circuli addatur, tum quoties fit mutatio cameræ, toties ſenam conditionem quæuis camera recipit, ut בגד. quælibet harum camerarum ſex habet conditiones: hinc ſi minoris rotulæ reuolutio facta fuerit, intellectus acquirit ſex alias conditiones, nempe inter בגח. Hoc pacto intellectus acquiſiuit duodecim cõditiones, quibus habitum facit in ſe ad omnia antedicta. Similiter intelligendum eſt in alijs cameris uſque ad ſpaciolum חטי. Itaque manifeſtè apparet, qua ratione intellectus acquirit nouas conditiones. Multiplicare enim poteſt in quolibet ſpaciolo duodecim propoſitiones, & uiginti quatuor quæſtiones, quibus adeò redditur ipſe intellectus uniuerſalis & artificioſus, ut nemo contradicere poſsit. Quippe deducit Sophiſtam ad multa inopinabilia, per intrinſecos & primitiuos actus rei ſcibilis: quoniam Sophiſta in ſecundarijs uerſatur.

De combinatione primorum principiorum.

Eſt alius quoque modus quo intellectus humanus conſummatur, nempe cõbinatio principiorũ, per quam acquirit perfectam noticiam propriæ paſsionis, & abſolutum habitum cuiuſuis ſubiecti. Tali ſiquidem habitu copulatur intellectus cum eſſentijs ſubſtantiarum ſeparatarum, in qua tota eius beatitudo & fœlicitas conſiſtit. Quapropter hæc combinatio principiorum non ſecus neceſſaria eſt ad præſens inſtitutum apprehendendum, ac centrum ad circulum figurandum. Eſt autem combinatio principiorũ & regularum decem unio, & congeries per aliquod medium. Vnde cõbinatio alia eſt principiorum tantum, alia principiorum & regularum. Principiorum combinatio nihil aliud eſt, quàm conuenientiſsimus reſpectus inter actum intrinſecum & ſimilitudinarium, qualis eſt in omnibus principijs, cõmunicando alterum alteri ſiue in ſubiecto, ſiue in medio, ſiue in prædicato excipiũtur, ἡ ἐναντιότης καὶ ὁ ἐλάχιστος. ἐναντιότης enim eſt principium priuatiuum, quemadmodum ἀγαθότης poſitiuum, quæ communicari non poſſunt, etiamſi

causa

cauſa generationis ſit τὸ ἀγαθὸν, attamen in elemētis non eſt αἰτία generationis per ſe, ſed corruptionis, quæ recipit τὴν κακίαν. Quo fit, ut τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν nulla ratione cōmunicari poſsint. ἡ ἐναντιότης ergo combinari poteſt cum omnibus terminis priuatiuis, ſimiliter ἐλάχιστος, ſicut ἀγαθότης in terminis poſitiuis. Hinc duplex eſt combinatio principiorū, priuatiua & poſitiua. Priuatiua duplex, ſimplex & reſpectiua: illa τῆς ἐναντιότητος, hæc τοῦ ἐλαχίστου. Nam comparatiuè ἡ ἐναντιότης σὺν τῷ ἀγαθῷ cōbinatur. Porrò utilitas quæ acquiritur ex combinatione principiorum & regularum eſt, ut intellectus humanus in ſua cognitione apprehēdat, generalitatem ipſorum eſſe abſolutam, per quam cautior redditur in eos qui lacerāt ueritatem. Quare talis cōbinatio nihil aliud eſt, quàm adæquatio intellectus ad actum intrinſecum & ſimilitudinarium: quod fit, cum regulæ eiuſmodi reſpectibus penes uigorem ſuarum ſpecierum applicantur: ut, Vtrum bonum ſit principium generale in ſuo genere? Reſpōdendum affirmatiuè, alioquin deſtrueretur medius triangulus. quo ablato in aliquo genere, aufertur & medium & finis. Similiter quid eſt ἀγαθότης? per regulam X. dices, eſt actus boni generalis, infundentis in omnes ſubſtantias ſuam bonitatem. Nam τὸ μέγεθος ἐστὶν ἀγαθὸν, recipiēs ſimilitudinē τῆς ἀγαθότητος. Similiter ἡ διάρκεια, & ſic conſequenter. Itaque dilucidè ſatis quiuis intelligere poterit, quid'nam regulę in eiuſmodi combinatione opis ferant. Quapropter non uulgari diligentia ſunt perpendenda: quin potiùs totis uiribus enitendum erit, ut probè intelligantur: quod facilè ex præcedentibus præſtari poterit.

De combinatione ſubiectorum cum principijs atq; regulis.

Huius propoſiti combinatio primò omnium dupliciter cōſideratur, abſolutè atque ſimpliciter, & reſpectiuè, necnon ſecundum quid. Primùm ſubiectum אל principia abſoluta omnia habet, per ſe & ſimpliciter. Quippe אל eſt ἡ ἀγαθότης, per ſuum ipſiuſmet eſſe: ſimiliter τὸ μέγεθος καὶ ἡ διάρκεια עולם &c. Sed reliqua ſubiecta, talia principia recipiunt ſecundum quid: ſic אנויש recipit τὸ ἀγαθὸν mediatè, & cognoſcit hæc inferiora per innatum

medium:ſe autem per ſuam ipſius ſubſtantiam, quod אל non admittit. Non eget enim alio ad cognoſcendum & poſsidendum τὸ ἀγαθόν, quod eſt infinitum ראל, & diuina eſſentia infinita. אנוש autem ἀγαθὸς finitè & dependenter, incorporeè & cum æternitate. שמים eſt ἡ ἀγαθότης σὺν τῷ χρόνῳ, corporea, comprehenſa, & mota ſaltem ad ubi. אנוש uerò, cõprehendens & mouens. Ex dictis facilè conſideratur intentio huius capituli, utpote hanc combinationem nihil aliud efficere, quàm per proprias paſsiones & eſſentias diſcrimen principiorum explanare. Principia ſiquidem tot modis dici poſſunt, quot modis quoduis horum ſubiectorum dicitur: ac intelligenti facile eſt de omni materia diſputare, arguere, ſoluere, & cæteros actus pro ueritate exercere, ſeruatis conditionibus ſubiectorum ſuperius narratis.

De applicatione.

Applicatio eſt ordo procedendi in hac ſcientia. Talis porrò ordo trifariam conſideratur. Primò, impliciti ad explicitum, cùm terminus extraneus applicatur termino artis conuenienti, cui propriè eſt implicitus: ut arborem implicitè continet עלמה, leonem ערל, ſecurim רב, &c. in quo itaque quodlibet implicitorum gradu fuerit ſui ſubiecti, in eo quoque fiat ſimilitudo principij oportet. Secundò, abſtracti ad concretum, cum ſubſtantiuum ſiue deriuatiuum per adiectiuum, uel primitiui relationem declaratur. Sic ἡ ἀγαθότης, declaratur per id quod eſt ratio bona, ipſum nempe bonum. Tertiò, quæſtionis ad locum ſuum, quæ tredecim numerantur: prima figura, ſecunda figura, tertia figura, quarta figura, definitiones regulæ, tabula, euacuatio tertiæ figuræ, multiplicatio quartæ figuræ, mixtio principiorum ac regularum, nouem ſubiecta, centum formæ & quęſtiones. Si terminus extraneus conueniet primæ figuræ, eidem applicetur: ſi ſecundæ, tum ſecundæ, &c. Ex eodem quoque loco ipſa hauriatur ſolutio, textu remanente illæſo. Quippe ſecundum modum quæſtionum, fit terminorum applicatio, & eorum conuenientia: ut in ſubiectorum diſcrimine declaratum eſt.

De forma ſubiectorum indaganda.

Quanquam in ipſa Claue huius diuinæ ſcientiæ, quomodo formę ſubiectorum artificioſè ſint inueſtigandæ, ſit declaratum: tamen inuentionem formarũ penes combinationem terminorum præterire, non erat conſultum. Vt enim ſuperius de ſimplicium ordine, ſic quo ad præſens de cõpoſitorum dicere incumbit. Quorum duplex eſt ſtatus, duplex inquam campus: ſenſibilium & inſenſibilium formarum. In ſenſibilibus fit proceſſus penes generationem & corruptionem, ratione aggregationis & ſegregationis: in intelligibilibus uerò, per cognitionem ſiue intellectionẽ. Non enim generatur in nobis ſcientia, niſi per corruptionem ignorantię, & aggregationem maioris extremitatis cum minori, per medium demonſtrationis: quod eſt ipſum quod quid eſt. ubi animaduertendum eſt, idem in intelligibilibus eſſe doctrinam diuiſiuam, quod in ſenſibilibus ſegregationem: idem compoſitiuam, quod aggregationem. Itaque ad inueſtigationẽ ipſius quod quid eſt, potiſsimùm requiritur ſcientia diuiſiua, qua primùm deprehendes definitionem, ſecundò quid eſſe rei, tertiò formam, tum demum id quod quid eſt. Deprehendes eſſe rei intrinſecum totius compoſiti actum, & per eam deuenimus ad ueram noticiam ipſius quod quid eſt, procedendo à notiſsimo ipſius intellectus quod eſt ipſum eſſe, eius actus ipſa eſſentia, quę eſt actus & perfectio ipſius eſſe, ratione cuius eſſe non agit niſi eſſe, &c. Hoc modo patet, ueras demonſtrationes in omni contractione fieri, & intellectus perfectionem in adeptione ſui, concipiendo quod ſimplex eſt, ac cuius eſſe eſt una tantum natura conſimilis. ſiquidẽ ens non producit niſi ens: ubi unum & multa, ſimplex & cõpoſitum, relatiuè opponuntur. Præterea ad formam ſubiectorum conſeruandã, plurimũ conducit modus eſſendi apud logicos. Omne quod eſt, aut eſt in ſubiecto, & dicitur de ſubiecto, ut riſibile: aut eſt in ſubiecto, & non dicitur de ſubiecto, ut color: aut non eſt in ſubiecto, & dicitur de ſubiecto, ut animal: aut nec in ſubiecto eſt, nec dicitur de ſubiecto, ut Socrates.

Modus multiplicandi, ſeu Tabula.

Situs trium circulorum quartæ figuræ multiplicat cameras, & ſitus camerarum multiplicat cōditiones cuiuſuis ſubiecti uiginti rationibus, quæ efficiunt columnas, unde tabula ipſa tandem emergit. In qualibet camera aut anteponitur, aut poſtponitur, aut interponitur litera t; efficitq; uiginti ſpaciola, quæ ſunt uiginti media, ſeu rationes cuiuſuis thematis. Porrò ut res fiat dilucidior, ſubiungam tabellam breuiorem, depromptam ex prima poſitione figuræ quartæ, in qua ſeptem ſpaciola ſeptē producunt columnas, in quibus & maior tabula cōprehenditur, quę eſt octoginta quatuor columnarum, cuius ordinem ח litera ſeruat, ut dictum eſt: quæ ſi præcedit, ſequentes literas eſſe ſecundę figurę innuit: ſi ſequitur, antecedentes primæ docet: ſi uerò interponitur, tum mixtim utriuſq; figuræ terminos complectitur ſub eadem ὁμονοίᾳ, antecedentes nimirum primę & ſequētes ſecundæ figurę terminos ſignificans. quod eò fit, ut intellectus penes huiuſmodi aſcenſum & deſcenſum perficiatur, & omnium potens reddatur, ueritatem in omnibus decernens. Quippe hoc pacto procedit intellectus, ſecundum naturam ſcalæ intellectualis à generaliſsimo genere, ad ſpecialiſsimam ſpecierum: ſeq; uniuerſalem reddit, cum abſtrahit ab ipſo ſubiecto, & intelligit omnium materiarum difficultates, diſcurrendo principia per particularia obiectiuè, & regulas ſubiectiuè, & applicādo cuilibet quæſtioni 20 rationes, declarando ipſam quæſtionem, & copulando ſpaciola camerarum, ut בגר cum גרח.

Tabella Hebræorum.

פגרת	גדחת	דחות	חוזת	וזחת	זחטת	חטית
בגתב	גדתג	דחתד	חותח	וזתו	זחתז	חטחת
בגתג	גדתד	דחתח	חותו	וזתז	זחתח	חטתט
בגתד	גדתח	דחתו	חותז	וזתח	זחתט	חטתי
בדתב	גחתג	דותד	חזתח	וחתו	זטתז	חיתח
בדתג	גחתד	דגתח	חזתו	וחתז	זטתח	חיתט
בדתד	גחתח	דותו	חזתז	וחתח	זטתט	חיתי
בתבג	גתגד	דתדח	חתחו	ותוז	זתזח	חתחט
בתבד	גתגח	דתדו	חתחז	ותוח	זתזט	חתחי
בתגד	גתדח	דתחו	חתוז	ותזח	זתחט	חתטי
גדתב	דחתג	חותד	וזתח	זחתו	חטתז	טיתח
גדתג	דחתד	חותח	וזתו	זחתז	חטתח	טיתט
גדתד	דחתח	חותו	וזתז	זחתח	חטתט	טיתי
גתבג	דתגד	חתדח	ותחו	זתוז	חתזח	טתחט
גתבד	דתגח	חתדו	ותחז	זתוח	חתזט	טתחי
גתגד	דתדח	חתחו	ותחז	זתזח	חתחט	טתטי
דתבג	חתגד	ותדח	דתחו	חתוז	טתזח	יתחט
דתבד	חתגח	ותדו	דתחז	חתוח	טתזט	יתחי
דתגד	חתדח	חתחו	זתחז	חתזח	טתחט	יתטי
תתגד	תגדח	תדחו	תחוז	תוזח	תזחט	תחטי

Tabella Græcorum.

βγδτ	γδετ	δεζτ	εζκτ	ζκϑτ	ηϑιτ	ϑικτ
βγτβ	γδτγ	δετδ	εζτε	ζητζ	κϑτκ	ϑιτϑ
βγτγ	γδτδ	δετε	εζτζ	ζκτη	κϑτϑ	ϑιτι
βγτδ	γδτε	δετζ	εζτκ	ζκτθ	κϑτι	ϑιτκ
βδτβ	γετγ	δζτδ	εκτε	ζϑτζ	κιτκ	ϑκτϑ
βδτγ	γετδ	δζτε	εκτζ	ζθτκ	κιτϑ	ϑκτι
βδτδ	γετε	δζτζ	εκτη	ζθτθ	κιτι	ϑκτκ
βτβγ	γτγδ	δτδε	ετεζ	ζτζκ	κτκϑ	ϑτϑι
βτβδ	γτγε	δτδζ	ετεκ	ζτζθ	κτκι	ϑτϑκ
βτγδ	γτδε	δτεζ	ετζκ	ζτκθ	κτϑι	ϑτικ
γδτβ	δετγ	εζτδ	ζκτε	κθτζ	θιτκ	ικτϑ
γδτγ	δετδ	εζτε	ζκτζ	ηθτκ	ϑιτϑ	ικτι
γδτδ	δετε	εζτζ	ζκτκ	κϑτϑ	ϑιτι	ικτκ
γτβγ	δτγδ	ετδε	ζτεζ	κτζκ	ϑτηϑ	ιτϑι
γτβδ	δτγε	ετδζ	ζτεκ	κτζθ	ϑτκι	ιτϑκ
γτγδ	δτδε	ετεζ	ζτζκ	κτκϑ	ϑτϑι	ιτικ
δτβγ	ετγδ	ζτδε	κτεζ	ϑτζκ	ιτκθ	κτϑι
δτβδ	ετγε	ζτδζ	κτεκ	ϑτζϑ	ιτκι	κτϑκ
δτγδ	ετδε	ζτεζ	κτζκ	ϑτηϑ	ιτϑι	κτικ
τβγδ	τγδε	τδεζ	τεζκ	τζκϑ	τκϑι	τϑικ

Tabella

Tabella Latinorum.

bcdt	cdet	deft	efgt	fght	ghit	hikt
bctb	cdtc	detd	efte	fgtf	ghtg	hith
bctc	cdtd	dete	eftf	fgtg	ghth	hiti
bctd	cdte	detf	eftg	fgth	ghti	hitk
bdtb	cetc	dftd	egte	fhtf	gitg	hkth
bdtc	cetd	dfte	egtf	fhtg	gith	hkti
bdtd	cete	dftf	egtg	fhth	giti	hktk
btbc	ctcd	dtde	etef	ftfg	gtgh	hthi
btbd	ctce	dtdf	eteg	ftfh	gtgi	hthk
btcd	ctde	dtef	etfg	ftgh	gthi	htik
cdtb	detc	eftd	fgte	ghtf	hitg	ikth
cdtc	detd	efte	fgtf	ghtg	hith	ikti
cdtd	dete	eftf	fgtg	ghth	hiti	iktk
ctbc	dtcd	etde	ftef	gtfg	htgh	ithi
ctbd	dtce	etdf	fteg	gtfh	htgi	ithk
ctcd	dtde	etef	ftfg	gtgh	hthi	itik
dtbc	etcd	ftde	gtef	htfg	itgh	kthi
dtbd	etce	ftdf	gteg	htfh	itgi	kthk
dtcd	etde	ftef	gtfg	htgh	ithi	ktik
tbcd	tcde	tdef	tefg	tfgh	tghi	thik

Duo ſunt aduertēda in hiſce tabellis. Alterū eſt, quòd tabella Hebraica & ſignificat ipſiſmet literis, & per eas illo modo myſteria magna eruuntur, quę palàm tractare nolui. nam ſecretam tractationem tantū admittunt. hoc uerò omne genus ſcientiarum diſcutitur, quod explicare ob utilitatem cōmunem, quia licet, ideo placuit. Alterum quòd tam Gręca quàm Latina ſignificant tantū, ſed non ſunt ſignificata. Quare neminem fugiat, utramq; tabellam ad ſimilitudinem Hebraicæ compoſitam, quibus alter ille modus æquè apprehenditur, ac Hebręa tabella, licet alter ille uelatus ſit. Ceterùm hunc modum tractaturi, argumentabimur, & diſcutiemus quodlibet propoſitum thema hoc pacto: בגדת βγδτ bcdt πᾶν τὸ μέγεθος ἐστὶ διαρκές, πᾶν τὸ ἀγαθὸν ἐστὶ μέγα, ἄρα πᾶν τὸ ἀγαθὸν ἐστὶ διαρκές. Vbi patet, quòd ב habet cōuenientiam cum ד in uirtute χ. Similiter per eandem cameram tale argu-

mentum implicitè continetur: Cui cõuenit infinitum, eidem & immenſum: æternitati conuenit infinitum: ergo & immenſum. Hîc ר habet ὁμόνοιαν cum ג, in uirtute ב, per בגתכ. Quæ ſunt inconfuſa, ſunt differentia: ſed τὸ μέγεθος καὶ ἡ ἀγαθότης ſunt inconfuſa: ergo differẽtia. Tales diſcurſus quantum acuminis adferant, & quàm uniuerſalem reddant intellectum, nemo niſi expertus ſatis aſſequi poteſt.

TERTIVS TRACTATVS. DISCVRſus primæ ſecundæ & tertiæ figuræ.

Diſcurſus utriuſq; figuræ potiſsimùm cõſiſtit in conditionibus ſubiectorũ, ut ſuperius dictũ eſt: ſed in particulari conſideratione primæ figuræ diſcurſus, præſertim penes finitum & infinitum proceſſum conſideratur; in hoc omnia ad unum reducuntur, & unum ſunt: in illo omnia ſunt ſimilitudinariè. Quo fit, ut in infinito ente, huius figuræ primæ diſcurſus recipiat τὴν ἀρχὴν, τὸ μέγιστον, καὶ τὴν ἰσονίαν, in ipſo uerò finito τὸ ἐλάχιστον. Diſcurrendum igitur erit quodlibet ſubiectũ per nouem prædicata abſoluta, ſiquidẽ ipſa peroptimè infinitis, infinito quadrat modo, quemadmodum finitis communicatiuo attribuitur. Horũ quippe eſt recipere, non ſecus ac infiniti entis communicare, ut regulæ docent. Porrò de finitis entibus tot modis abſolutæ uoces prædicantur, quot modis quoduis ſubiectorum dicitur, & à differentia ſubiectorum utriuſq; diſcurſus procedit, methodo accommodata unà cum ſpeciebus, quæſtionibus atq; regulis, per ſcalam tam intellectus quàm naturæ. Cæterùm diſcurſus ſecundæ figuræ dupliciter conſideratur: quo ad ſcalam cuiuslibet anguli, & quoad methodum, quæ etiam reſpectiuos terminos, ac cuiuſuis ſcalæ cõmunitatem diſcutit, & ad communem ſcalam tam intellectus quàm naturæ reducit. Hęc ſimiliter in diuinis per ſe eſſe poteſt, exceptis τῇ μεγαλότητι καὶ τῷ ἐλαχίστῳ, quæ niſi in priuatiuis & comparatiuis locum non habent. Præterea diſcurſus tertiæ figuræ eadem ratione eſſe poteſt, penes quoduis quadratum contractiuè & reſolutiuè, & ratione modi primæ ac ſecundæ figuræ.

Diſcurſus quartæ figuræ.

Quemadmodum præſens figura omnium ſcibilium obiecta recipit: ſic diſcurſum. &, ut ſignificata Alphabeti omnium entium uoces continent, ita per omnia entia diſcurrere poteſt. Quippe habet ſcalam à generaliſſimo, uſq; ad ſpecialiſsimum terminum: & media cuiuſuis thematis, quod nulla particularium ſcientiarum habet: ideoq; huic ſcientiæ reliquæ omnes ſubalternatæ dicuntur, quæ per ſe longo temporis interuallo diſcuntur, & circa opiniones occupatæ magis quàm circa ſcientias ſunt. Carent etenim principijs uniuerſalibus, ad quæ recurrere poſſent. Verùm enimuero cum hæc figura adeò uniuerſalis ſit, ut nil eam excedat: cōſentaneum erit, eam omnes ſciētias complecti. quo fit, ut & acquiri inde poſſint, quorum auctoritates facilè interpretari poteris per ſpaciola quæ ingrediūtur ſignificata literæ f: ut intellectus eſt incorruptibilis, quia recipit עולם per בור. probatur, quia ἡ ὁμόνοια τῆς ἀγαθότητος אדם-ואנוש mixtio & ſimplicitas nulla eſſet: item per בוג, quod ſenſus & intellectus in ſe omnino reciperent τὴν ὁμόνοιαν, nec eſſet in nobis ſimilitudo diuina, aut ipſemet אל Deus eſſet corruptibilis. Simili modo cæteræ autoritates, cuiuſcunq; tandem ſcientiæ fuerint, declarari poſſunt. Quæ autem hæc ſpaciola ingredi non poſſunt, neceſſariò uaga, ambigua, ne dicam falſa ſunt: ſiquidem nulla autoritas cōſtans ex ueris & neceſſarijs, contradicit ueritati. Quod uerò hęc ſciētia ſit ἡ ἀλήθεια, manifeſtè apparet: quia eſt adęquatio intellectus & rei, unde ipſa ueritas emergit. Quapropter in hac figura cuiuslibet quæſtionis ueritas atq; ſolutio continetur implicitè, quæ facilè reducūtur ad ipſam artem, tenendo modum ipſius: quod hac diſpoſitione patet.

figura totius.

אל	ἀγαθότης	ἄλλο τι	διαφορὰ	
אנוש	μέγεθος	τί	ὁμόνοια	ב
שמים	διαρκεία	παρ' ὧ	ἐναντιότης	ג
ארם	δύναμις	διὰ τί	ἀρχὴ	ד
בהן	σοφία	πόσον	μέσον	ה
עול	θέλημα	ποιόν	τέλος	ו
עלמות	ἀρετὴ	πότε	μέγιστος	ז
ממון	ἀλήθεια	ποῦ	ἰσονία	ח
רב	δόξα	πῶς, σὺν τῷ.	ἐλάχιστος	ט
				י

Diſpoſitio præſens eſt quatuor circulorum, quorum Hebræus immobilis eſt: reliqui circa hunc uoluuntur, & recipiunt omne genus difficultatum, ſicut Epiſtemon ſuperius tractat. Si igitur in eo libro eſt, quod difficilius appareat, huc referri uolo: & ad eundem modum quidquid ex re nata ſe obtulerit, hac figura, omni difficultate poſtpoſita, poterit tractari. Quod manifeſtum eſt in eo, qui antecedentia bene cognouit: ſine illis enim non dubito, quin hîc κωφοῦ προσώπου ſis. Ponerē huius rei exemplum, ſed uolens pręterео: quoniam idem modus eſt huius reuolutionis, qui quartæ figuræ nuncupatur.

De Scala intellectus.

Quoniam tota hæc ſeries terminorum, ex ſubiecto artis circa intellectum uerſatur, ideo paucis ſcalam intellectus aperire libuit: quę nihil aliud eſt, quàm ordo ſpecierum, intentionum, & cuiuſuis obiecti, quod ipſi intellectui adæquari debet. Hęc quatuor ſpeciebus cōſtat: denarij reuolutione quo ad utroſq; ſenſus, interiores & exteriores: ſecundò ipſa ſcala, quæ eſt intellectus, imaginatio, auditus, & uiſus: tertiò tetracty, ut intētio, ſpecies ſenſibilis, cognitio & operatio: quartò obiecto ſenſibili, ut ſunt obiecta ſenſuum exteriorum. Itaq; diſcurſus huius diſpoſitionis fit directè per tetractyn, unde omnis ratiocinatio fluit, & quæuis ueri aut falſi enunciatio, ut in hac coordinatione patet:

Modus enunciandi	*Intentio*	M	*Quod ſentit, eſt animal,*
		P	
	Species ſenſibilis	AE	*Homo ſentit.*
		I	
	Cognitio	C	
		A	*Homo eſt animal.*
	Operatio	O	
		G	
		T	
		V	

Proceſſus enũciationis in hac arte duplex eſt:in aſcenſu,ubi inquiſitio ueritatis fit:in deſcenſu,ubi per adęquationem ad rem enunciatio nuncupatur,per intellectum, in ipſo intellectu,& cum intellectu, mediãtibus cuiuſuis obiecti correlatiuis, genuinam eiuſdem naturam exponentibus,quæ totam ſeriem intellectualem complectuntur : ut,Memoria habet correlatiua,memorabile, memorans,memorari,memoratiuum,memoratum.item,intellectus,intelligibile,intelligẽs, intelligere, intellectiuum, intellectũ. præterea uoluntas,uolibile,uolens,uelle,uolitiuum,uolitum. Ordo autem horum correlatiuorum fit penes ſtatum, obiectum, agens,actum, aptitudinem, & perfectionem, qui cuiuſuis obiecti reductionem patitur, & ſimplicem conſtituit apprehenſionem. Quæ ut perfectius intelligantur, quatuor ſpecies requirũtur : utpote,apprehenſionis, ſubſtantiæ,quantitatis, & qualitatis. Apprehenſio alia eſt inſenſibilis, confuſa ſecundum totum & partes,diſtincta in proceſſu & regreſſu: alia ſenſibilis,ex obiecto operatiuo, nempe uiſu, per olfactum, odoratum,guſtum: & ex obiecto cognitiuo,utpote auditu. uel propriè, ut ſimpliciter ſub modo indiuidui apprehenſio.uel impropriè,& id quidem aut indefinitè, ut Petrus abſtractè: aut æquiuocè, ut Petrus de pluribus.

Simplex uox alia eſt determinata, abſtracta uel ſubſtantiuè uel adiectiuè,& concreta ſimiliter:alia indeterminata,extrinſeca uel mixta ſecundum quid,ut patris magnitudo eſt bona:uel ſimpliciter, ut Petrus eſt bonus: & intrinſeca, explicita, methodica, ſubſtantiæ & accidentis,

extra

extra Methodũ, antecedentia, ipſamq́ꝫ cõſequentia, im-
plicita contentiuè: ut totũ & partes in toto, genus & ſpe-
cies in genere. atqꝫ oppoſita uitiorum, ut reſpectus uirtu-
tis: & uirtutum, ut reſpectus uitij. Vocum ſimpliciũ pe-
nes quantitatem alię ſunt ęquales, abſolutę, ut improdu-
ctæ: ac productę, penes intellectum atqꝫ uoluntatem: &
reſpectiuæ in identicis, ut naturales productiones pro-
priæ: appropriatæ uerò, in deſcenſu omnes res conceptę
in idea. In diuerſis, ut in primis actibus, & in ſecundis: uel
ſubalternatę, aſcendẽdo ad primos actus: uel ſubalternę,
aſcendendo inter ſecũdos. Aliæ inęquales: uel ſubalter-
næ, deſcendẽdo: uel ſpecialiter, ſimpliciter, & ſecundum
quid. Vocum ſimpliciũ penes qualitatem, alię ſunt in ſe
ductæ: idẽticæ, ut idem de ſeipſo: diuerſæ, uel primorum
actuum de ſecũdis, uel ſecundorũ de ſeipſis. aut explici-
tè, ut prædicata de ſubiectis, & cõcreta de abſtractis: aut
implicitè, ut intrinſeca de intrinſecis, aut extrinſeca de
extrinſecis. Alię ſunt ductę in alia, aut naturaliter, aptitu-
dine, & coactè: aut moraliter, ſimili ratione.

De communicatione.

b Intelligens	a Intelligibile	c Intelligere
b Volens	a Volibile	c Velle.

Communicatio alia eſt extrinſeca: alia intrinſeca, abſolu-
ta & reſpectiua. Extrinſeca penes paſsiones principiorũ
eſt: ut bonitas fluens cõmunicatur magnitudini molis,
quemadmodum permanens uirtutis magnitudini. In-
trinſeca eſt correlatiuorũ: ut ſimile ſimili, nempe a a, b b,
c c, &c. Abſoluta eſt, cum genus generi abſolutè anne-
ctitur: ut intellectus uolens. Reſpectiua eſt, cõmutata
correlatiuorum conuenientia: ut a unius anguli, cum b
alterius, nempe intelligibile cum uolente: dicitur reſpe-
ctiua cõmutata, quia naturale cõmutatur in ſimilitudina-
rium. quod enim eſt intelligibile intelligenti naturaliter,
id intelligibile uolenti ſimilitudinariè. Nam intellectus
uoluntatis in contractione ſimilitudinẽ gerit. Itaqꝫ com-
municandi modo excuſſo, ad declarationem figuræ to-
tius redeo, in quatuor circulos diuiſæ.

Senſus figuræ totius.

Figura totius & ultima eſt, in qua recondita eſt tota inſtituti ratio & intelligentia. quicquid enim eſt, per eam deduci poterit, diſcurrendo circulorum terminos, & cõſiderando eorundem naturas. Eius autem diſpoſitio eſt, quod primus circulus, qui eſt immobilis, ſit ſubiectorum, per quem omnium terminorũ extraneorum ſit reductio. Quippe habet tripertitum modum procedendi, ex primo triangulo deſumptum, qui Scala intellectus nuncupatur: hic uerò eſt intellectualium, primò cui ſubiecta conueniunt tria, nempe אל· אנוש· ורוח, & pars quam recipit רב: ut, ἡ ἀρετή, καὶ ἡ πονηρία. Intellectualium uerò & ſenſualium ſimul, eſt illa pars huius circuli, in qua cõtinetur & tractatur, אדם, בהן, עיל, ועלמה. Senſualium ultimò eſt שמים, nempe corporeum fundamentũ ממון, ורב. Huc ergo reduces, quicquid horum fuerit. ut, uolens facere ſermonem, ad tria iſta recurrere cõmodè poterit, & conſiderare, quodnam horũ magis quadrare poſsit: dicendo, Lapis reducitur ad ſenſuale, ergo recipit ממון, item colorẽ continet רב. Similiter Trinitas quia eſt, principaliter conſiderando & propriè, intellectualium, ad intellectualia refertur: & quia eſt æternorum, ad æterna: quare iurè eam recipit אל, ut ſuperius in Claue dictũ eſt. Item propoſito boue, aſino, & quouis animato, reduces illa ad ſenſuale & intellectuale: ut bos, quia intellectum non habet, non eſt intellectuale propriè: at ſecundũ inferiorem portionem rationis, qua ſentit. Eadem ratione arbor non eſt intellectualis propriè, ſed quia habet animę intellectualis proportionem, ſecundum quid, impropriè reducitur ad intellectuale. Propriè uerò eſt ſenſuale tãtum, prout docet ממון ורב. Cognito hoc circulo, ad ſecundũ uenio. Secũdus circulus eſt prædicatorũ, qui omnibus ſubiectis ſiue ſuppoſitis attribuitur, ſed penes dictã ſcalam. nam in intellectualibus intellectualiter, quo ad omnes diuiſiones ſuperius dictas intellectui cõformes: ſenſualib. ſenſualiter quoad diuiſiones ſeu ſpecies ſenſuales, intellectualib. & ſenſualibus utroq; modo. Idem de omnib. ſubiectis fieri oportet,

tet. Tertius circulus eſt Quæſtionū, per quem conſiderātur prędicata in ſubiectis, ratione attributionis, quoad poſsibile, ſubſtantiam, materiā, cauſam, quātitatem, qualitatem, tempus, locū, modū, & inſtrumentū: ut in exemplo docebitur. In quarto circulo ſunt tres triāguli, quorū primus eſt diuiſiuus ratione τῆς διαφορᾶς. ſecundus eſt definitiuus, ratione τῆς ἀρχῆς. tertius collectiuus, ratione omnium angulorū, quib. καὶ τὸ τέλος καὶ τὸ μέσον opem feruent. Porrò hæc ita ordinari debent, ut alter alterū probet atq; iuuet, & primus triangulus contineat omnes ſolutiones, probationes atq; oppoſitiones. Nam ἡ διαφορὰ in affirmatiuis propoſitionib. ſolutiones inquirit, ἡ ὁμόνοια ipſa media, ἡ ἐναντιότης deſtructiones inueſtigat, cui etiā ἡ διαφορὰ auxiliatur. Secundus triāgulus eſt, per quem inueſtigamus neceſsitatis cauſam, uel contingentiā alicuius rei, ratione illius quomodo aut ſit, aut nō ſit. Tertius parū probat, niſi ex locis ſibi adiūctis: quare magis ad amplificationē pertinet. Huius rei talis haberi poteſt ἐπιτομή. Triāgulorū alius eſt definitiuus, neceſsitatis, cauſę, & cōtingētiæ: ut, ἡ ἀρχή, τὸ μέσον, καὶ τὸ τέλος. Alius eſt diuiſiuus: ut ἡ διαφορὰ quę ſoluit in affirmatiuis, & probat in negatiuis. ἡ ὁμόνοια. in affirmatiuis, & ſoluit in negatiuis. καὶ ἡ ἐναντιότης, quæ opponit in affirmatiuis, & probat in negatiuis. Alius eſt collectiuus: ut, ὁ μέγιστος, ἡ ἰσονία, καὶ ὁ ἐλάχιστος. & hic ex locis ſibi cōiūctis probat quidē, ſed magis amplificat.

Exemplum de prædeſtinatione per diſcurſum regularum.

Cupienti ſcrutari nonnihil de prædeſtinatione, operæprecium eſt, primùm inueſtigare gradum dictæ ſcalę. Deprehēdet itaq; prædeſtinationem ob rationes dictas in intellectualibus, quam recipit אל abſolutè: & accommodabit huic themati circulum ſecundum modo intellectuali, ut עולם. Quodlibet horum diſcurret mediantibus regulis per prædicata: regulæ ſiquidem monſtrāt, qualiter diſcurſus debeat formari. Per primam ergo regulam quæ eſt ἄλλο τι, dicet, prædeſtinationem eſſe poſſibilem, quę recipiat עולם, τὸ ἀγαθόν, bonitate uirtutis & permanentiæ. Per primam ſpeciem regulę ב, quia eſt neceſſaria, & quòd neceſſaria ſit, probabit per חגה. Dictū eſt enim,

eſt enim, quòd ἡ ἀρχὴ ſit, ubi inquiruntur neceſsitates & contingentiæ eſſendi: & id quidem unà cum ſuis angulis. Neceſſaria ergo eſt: quia ea mediante, uocamur & dirigimur ad ſalutem. Quippe principium prædeſtinationis eſt ſalus, quemadmodum reprobationis dãnatio & pœna æterna: hanc ut fugimus, ſic illã deſideramus: ideo neceſſaria. Impoſsibile enim eſt per ſecũdam ſpeciem ב, prædeſtinatos damnari, eo modo quo prędeſtinati ſunt: quare per tertiã ſpeciẽ ב, cum intellectui recolibilis ſit ſalus, amabilisq́ʒ, τὸ ἀγαθὸν, ſimpliciter, & quidẽ ſummũ, in prędeſtinatione aſſeuerabit. Hæc namq́ʒ per tertiã ſpeciem regulæ ג eſt, bona ratio eſſendi in beatitudine, quæ ſummã in nobis uirtutẽ habet, nos trahẽs ad æternã ſalutem: & per quartã ſpeciem regulæ ג, habet maximam in Deo delectationẽ, atq́ʒ τὴν δόξαν, qua unimur patri ęterno à quo profecti ſumus: & quę per primã ſpeciẽ ג eſt ſalutis nũcia, qua per ſecundã regulam ג dirigũtur ad uitam æternã omnes mortales: ab eodẽ enim eſt per primã ſpeciem regulæ ד, à quo & nos, patre nẽpe æterno, ex ſola, per ſecundã ſpeciẽ ד bonitate & æternitate miſericordię Dei deſumpta. per quem adeò poſsidetur, per tertiã ſpeciem ד, ut nulli eam niſi merenti ex ſua gratia æterna tribuat. Quoniã per primã ſpeciem ה adeò eſt unita patri omnipotenti, filio, atq́ʒ ſpiritui ſancto, ut non niſi in ſolis illis diffundat uirtutẽ, qui nobis per ſecundã ſpeciẽ regulæ ה in uſum noſtrę glorię impertiũtur omnia, atq́ʒ continuam per primã ſpeciem regulę ו in omnibus operationem abſq́ʒ omni fatigatione exercent: in quib. per ſecundam regulę ſpeciem ו nulla quies dari poteſt operãdi ad prædeſtinationẽ, & futuræ glorię conſecutionẽ. Etenim per regulã ז, uirtus illa eſſentialis, & natura omnipotẽtis Dei ita eſt unita in unitate naturæ & numeri, ut nunquã deprehẽdi, & uel à limine ſalutari poſsit. Vnde prædeſtinatio non niſi bona & ſalutaris haberi poteſt. non enim per regulã ח eſt corruptibilis, aut tẽpori obnoxia: ſed ęterna, & ante omne ęuũ in mẽte diuina habita, atq́ʒ eſſentialiter ſita: ubi per regulã ט cõtinetur in eſſentia unita atq́ʒ naturali: quæ per regulã י, ſaltẽ modo poſsibili, ſe cuiuis

communicat, atque illis qui per modum aliquem prædeſtinati ſunt, ſe patefacit, perinde ac ſanctis, qui per martyria & paſsiones huius ſeculi prædeſtinati erant ad uitam æternam, &c.

Diſcurſus tabellarum.

Per reuolutionē quartæ figuræ, intellectus parit ſcientiam, concludendo de extremis enunciationis per figuram א & ה, ſicut antea dictū eſt: per eam quoque auctoritates modo dicto cuiuslibet generis interpretātur. Poſtquam de ſingulis hoc pacto dictum fuerit, & conſtitutis huiuſmodi argumentis euacuata quæuis propoſitio argumenti tribus quæſtionibus, & earum regulis atque ſpeciebus: tandem multiplicatione peracta de camera in cameram, de columna in columnam, propter conformitatem quam habent in duabus literis, uel in una, ut ſpaciolum בגד cum גדה, ſicut ſuperius de condependentibus memini, procedendo per omnes cameras & columnas, cum ad ſubiectam materiam peruenerint, tum demū per tabulam maiorem multiplicare poterimus quamlibet cameram, quarum numerus 84 in uiginti particulares cameras. quælibet enim huius numeri camera facit unam columnam uiginti particularium ſpaciolorum, ſecundum diſtinctionem duarum figurarum, quæ ſignificatur per literam ה, ut ſuperius patet omnes literas ה antecedentes eſſe primæ figuræ, & ſequentes ſecundæ. Quomodo igitur ex quarta figura harum tabellarum hauriatur diſcurſus, hoc exemplo aperiam. Si quæratur, utrum omnis intellectus ſit omniformis: huius propoſitionis extrema ſunt ſub גו, figuræ א. ad cuius rei intelligentiam hoc pacto procedendum eſt, per גבו, Quodcunque habet rationem omnis boni, idipſum eſt omniforme: ſed intellectus habet rationem omnis boni, ergo eſt omniformis: per גגו, cuius τὸ μέγεθος eſt ſupra omnes uirtutes τὸ μεγέθος, id eſt omniforme: per גדו, Quorum idea eſt incorruptibilis, eſt omniforme: per גהו, Quod poteſt recipere omnes formas, eſt omniforme: per גוו, Quod omnia in ſe intelligit, per ſuum ipſiuſmet eſſe, eſt omniforme: per גזו, Cuius uelle ſe extendit ad omnes uolūtates, eſt omniforme:

niforme:per גשר, Quod ueram imaginem & ideam habet omnium formarum, eſt omniforme: per גחר, Cuius dignitas & excellentia eſt ſupra omnes dignitates, ſimpliciter eſt omniforme:per גיר, Quod eſt finis & perfectio omnis intellectionis & entis, eſt omniforme. Similiter probari poteſt eadem concluſio per ſecundam figuram. per גבר, Cuius eſt omnium rerum enunciatio, & uera ac genuina diſtributio, eſt omniforme: ſed intellectus eſt talis: igitur omniformis. per גגר, Quod colligit & continet in ſe omnes imagines & ideas rerum omnium, eſt omniforme:per גדר, Quod nil fugit, eſt omniforme: per גהר, Quod eſt omnium rerum idea, eſt omniforme. per גור, Quod unit omnes res, ſiue rerũ intentiones, & menſurat, eſt omniforme: per גזר, Quod conſummat omnes ideas, eſt omniforme:per גחר, Quod eſt receptibile omnium formarum, eſt omniforme: per גשר, Quod eſt immediatè proximum ſupremæ & æternæ intelligẽtiæ, eſt omniforme:per גיר: Quo omnia ſunt minora, eſt omniforme. Itaq; facta eiuſmodi reuolutione cum ijs nouem medijs, oriuntur nouem columnæ tabulæ, ac cuiuslibet columnæ uiginti rationes, Quòd ſi aliqua propoſitio ex ſuperioribus alicui uiſa eſt imbecillior, tum ad uiginti cameras recurrat, reducendo eam ad columnam huius tabulæ, cuius cameræ debent eſſe immobiles, prout in arte ſitæ ſunt: ſic earum uigore coaceruare poterit argumenta, quibus ſuum propoſitũ tueri poſsit. Hîc enim, ſicut legibus, colũnis, quoad ordinem, obtemperandum erit. Quod enim pro arbitrio in quarta figura ſtatuimus, id iam cameris columnaribus, uelut iudicibus cõmittamus. Ad plenum itaq; intellectum cuiuslibet dicti ſpacioli, fiat columna uiginti rationum, hoc pacto אגבות: diſcurrendo principia per particularia obiectiuè, & regulas ſubiectiuè, & ſeparando intellectum ab omni dubitatione, aſcendendo & deſcendendo, copulando & diſiungendo, ut ſuperius ſuo loco dictum eſt. Itaq; camera prima noſtræ queſtionis בגגר, probata eſt ſuperius per אגבות. Intellectualis ſiquidẽ eſſentia ſic eſt in partibus conſimilis, ut & in particulari quolibet intellectu, uniuerſoq; in-

tellectu ſint entia: ſed in intellectu quidem uniuerſali, etiam particularia uniuerſali ſint ratione: in particulari autem intellectu, etiam uniuerſalia ſimul atq; particularia ſint conditione quadam particulari: quo fit, ut omnis intellectus ſit omniformis. Hanc Porphyrij propoſitionem per ſecundam columnæ cameram poteris probare. Sed antequam ad rem ueniam, aduertendum eſt, ne hæc columna ſit ex condependentibus cameris, ut ſuprà docuimus. Copulatiuæ enim cameræ, incipiẽdo à בגר, tandem חוז ווח זוח השט הטי גרח רחו fiunt, & ſe ad ducentas & quinquaginta duas extendũt. At in toto per reuolutionem circulorum quartæ figuræ, ſunt ſeptingentæ & uiginti nouem, quæ ad ſimilitudinem copulatiuarum ſemper fieri & uſurpari debent. Harum enumeratio facilis eſt, dummodo in quauis reuolutione petantur initiales literæ: ut בבב בבג בבר בבה בבו בבז בבח בבט בבי בגב בגג בגר בגת & cæteræ. Inter omnes iſtas columnas duæ ſunt tantum copulatiuæ, nempe בגר בגת: ideo reliquæ non numerantur ab artifice, niſi ad modum copulatiuarum; quarum euacuationem hoc pacto facilè per ſe quiuis aſſequi poterit: & ego in ἀγυρικῇ hæc fuſius tractabo. Redeamus igitur ad inſtitutum, ad ipſam nempe cameram, quæ ſic habet גותא, Quorum eſt infinitę magnitudinis appetitus & unio, eorum eſt omniformis ratio: ſed intellectus eſt infinitæ magnitudinis appetitus & unio: ergo eſt omniformis. Per גותה: alioquin nulla eſſet differentia, ſed æqualiter ſenſualium & ſenſualium eſſet quoq; ipſum intellectuale, quod eſt impoſsibile: per גותו, nam finis ſenſualium pandit differentiam reſpectu intellectus, ut finiti & infiniti: per גתאב, ſiquidẽ nulla eſt unius ad alterũ, niſi in aliquo tertio concordia. Non enim intellectuale eſſe ſenſuale poteſt, inquantũ intellectuale, aut ſenſuale: licet in tertio cõueniant, ſcilicet in homine. Si enim ſenſibile fit inſenſibile, & corruptibile mutatur in incorruptibile, id fit trãſmutatiuè. Vnde proculdubio ſtantibus terminis, nulla ſubſtantialis cõcordia aſſignari poterit ſenſualiũ & intellectualium, etiam in ipſis potentijs animæ, nedum in diuerſarũ formarum rebus,

Quo fit,

Quo fit,ut ſtãte τῇ διαφορᾷ, intellectus magnitudo eſt omniformis,& ſimiliter de cæteris ſpaciolis. Hæc quoq; manifeſta ſunt per regulas גזב. ג enim regula docet, quòd intellectus ſit in ſe infinitus, & habeat infinitas rerum ideas: quo fit, ut ſit omniformis. habet in ſe correlatiua ſubſtantialia, quæ ſimiliter ſunt infinita, infinitos actus deſignantia: ideo eſt omniformis. habet in intelligibilibus omnem rationem intelligendi,ideo eſt omniformis. Eodem modo de ז & ב dicendum eſt: ב affirmat qualitatem, ז propriam agendi infinitè intellectui tribuit: quę ſingula omniformem intellectum docent. Sed hæc ſufficiant de peregrinis cameris dixiſſe. Subiungamus quoque exemplum in copulatis ſpaciolis: quæſtio autem talis eſt.

Vtrum inſpiratus uacat ab actione propria, ac Deum habeat pro anima.

Hanc Iamblichi aſſertionem probabimus per בבר: horum extrema ſunt ſub ב & ר,ubi ipſamet tota ἡ ἀγαθότης agit,& eſt ratio boni diffuſiui proprij, ibi quieſcit & uacat bonũ accidẽtale. Similiter ubi agit bonũ immediatũ, ibi cedit bonum mediatũ: ſed in inſpirato agit bonũ immediatũ:ergo in eo cedit bonum mediatũ, quod eſt propria actio. per cõſequens uacat:per בגר, Vbi locũ habet infinita magnitudo,ibi cedit & uacat finita:per בדר, Vbi operatur æterna bonitas,ibi quieſcit tẽporalis: per בגר, Omnipotẽtiæ diuinæ cedit omnis poteſtas humana:per ביר,Scientiæ cedit opinio:per בזר,Libertati ſimpliciter libertas cedit ſecundũ quid: per בחר, Virtuti diuinæ cedit uirtus humana, & uirtuti increatæ uirtus creata: per בטר, Ordinationi diuinæ cedit ordinatio humana: per ביר, Vbi perfectio ſituatur, ibi imperfectio quieſcit. ſimiliter per figuram ת: בבר, Inconfuſum quietat confuſum: per בגר, Modus unionis quietat modum compoſitionis: per בדר, finiti ad infinitum nulla eſt proportio: per בחר, Nobiliſsimis & primis actibus cedunt ignobiliores & ſecundi actus: per ביר, Quorum medium non eſt, horum inferius cedit ſuperiori: per בזר, Vltimo fini cædit penultimus & ſecundarius, quemadmodum

dum finis priuationis uacat præſente fine perfectionis: per בהר, Maius lumen offuſcat minus: per בטר, Corruptibilium, & incorruptibilium non poteſt eſſe æqualitatis operatio in eodem ſubiecto, multo minus proportio: per ביר, Præſente ipſo aliquid, nil abſit oportet. Ex hiſce nouem medijs formandæ erunt columnæ nouem, ac cuiuslibet reddendæ uiginti rationes, בגר primam cameram multiplicando in uiginti particulares cameras, quarum prima eſt בגרת: Si in inſpirato eſt actio propria, ſequitur, quod in homine ſit ratio bonitatis æternæ & magnitudinis infinitæ, quæ propria actio agit æqualiter cum æterno bono & infinito: ſed hoc eſt manifeſtè impoſsibile: ergo eſt negatiua tenenda per regulā ב, & ſuas conditiones. magis quippe per ſpeciem eiuſdem eſt recolibile contrarium: ideo oppoſitum eſt tenendū, quòd propria actio in inſpirato nil agat, ſed penes Iamblichū, contra Porphyrium & eos qui afflatus uaticinijq́ꝫ diuini cauſam ad animam, aut ad corpus, aut ad compoſitū referebant: omnesq́ꝫ iſtas opiniones falſas Iamblichi ſententia oſtēdit, nempe inſpiratum uacare à propria actione, ac Deum habere pro anima. Hoc patet etiam per ſecundam præſentis columnæ cameram בגתב, Si in inſpirato eſt operatio propria, ſequitur cōfuſio ſimplicisſimarum ſubſtantiarum & mixtarum: atq́ꝫ hæc erit magna & immenſa actio, quæ in infinitum protrahet parem inſpirationi actionem: ſed hoc eſt impoſsibile: ergo & ideo regula ב omnino negatiuam eſſe tenendam ſuadet. Per בגתג, Si inſpiratus non abſtineret & uacaret à propria actione, tum ſequeretur infinita & immenſa unio, & concordia inter finitum & infinitum: nam bonitatem inſpirati propriam, magnitudo extenderet in perfectionem plenitudinis incomprehenſibilis: & per tertiam ſpeciem regulę ג haberet in ſe incorruptionē: & in alio per quartam ſpeciem, omnem plenitudinem abſolutæ perfectionis: & per primam ſpeciem eſſet ſuprema, ac ſi eſſent duę ſupremæ, ac infinitæ actiones eſſentialiter diſtinctæ: per tertiam ſpeciem, habet ſua correlatiua coeſſentialia, quibus ab omni alio realiter diſtinguitur. ſed hoc eſt impoſſibile,

ſibile, quòd ſint duæ ſic diſtinctæ infinitæ actiones: igitur, &c. per בגתר ſequeretur, in æternũ durabilis, & quę omni actioni reſiſtere poſſet: & per primam regulam ר à nullo eſſet, ſed à ſemetipſo procederet: ſic eſſent duæ æternæ eſſentiales emanationes, quod eſt impoſsibile. Per ברהב, differentia intellectualium & ſenſualium eſſet æternaliter durabilis, perpetuò bona: & ſic eſſent duę ſcalę ęternę, quod eſt impoſsibile: ſequeretur inſuper, quòd homo per ſuam actionem nihil unquam mali ageret. at uidemus cõtrarium: igitur, &c. Per ברתג, eſſet bonitatis fluentis & permanentis, durationis æternę, æuiternę, & temporalis, eſſentialis conuenientia: & ſic tẽpus æquè eſſet æternum. ואל ואנוש, Tres inſuper eſſent mũdi, tres quoq; & diuerſi effectus rerum, homo ab homine penes mundi diuerſitatem, alius & alius, aqua ab aqua, terra à terra, eſſent colliſiones, pugnæ, ruina, odium in diuinis. talis enim diuerſitatis & æternitatis concordia nulla ratione eſſe poſſet: ſed hæc ſunt impoſsibilia: igitur, &c. Per ברהר eſſent ἡ ἀγαθότης καὶ διάρκεια in diuinis ipſius Dei priuatiua & deſtructiua, per regulam ר: nam poſſeſſio Dei uniuerſalis non eſſet, dum alias æternas bonitates & diuerſas conſpiceret: ſic non eſſet omnipotẽs: imò ſequeretur mortalis, quod eſt cõtra omnem rationem. Per בתבג, Si inſpiratus non uacaret à propria actione, tum אל-אנוש in ſumma bonitate, & abſolutiſsimo eſſe concordarent, & differentia bonitatis æternę ac temporalis deſtrueretur: quandoquidem earũ unione אל יאדם reciperent τὸ ἀγαθὸν in infinitum: ſic nulla eſſet ſcala primi trianguli, ideoq; maxima confuſio omnium rerum: quod eſt impoſsibile. Per בתבר ſequeretur, quòd ἡ φιλανζότης eſſet principium poſitiuũ, & tolleret in rebus omnem corruptionem ac tranſmutationem, eſſentq; in eodem gradu perfectionis, ſicut conditio ſubiectorum implicita docet: Quæcunq; duobus extremis attribuũtur, & eorũ medijs attribuantur oportet. Vnde hominis bonitas & Dei æternaliter uniretur: ſic omnium quæ inter hæc quoquo modo colliguntur: ſed hoc eſt impoſsibile: igitur, &c. Per בתגר ſequeretur, quod ἡ ὁμόνοια æternæ

bonitatis eſſet in contrarietate infinita, & quod ἡ φαυλότης infinitam redderet omnem immẽſitatem & diffuſionem, quod eſt præter omnem rationem: igitur, &c. Per גרתב ſequeretur, quòd nulla eſſet diſtributio τοῦ μεγέθους καὶ τῆς διαρκείας, nulla eſſet ſubiectorum ad hæc diuerſitas: & quod τὸ μέγεθος metiretur infinitum duratione temporali, καὶ ἡ διάρκεια רעולם μεγέθει τοῦ χρόνου, quod eſt impoſſibile. Per גרתג ſequeretur τὸ μέγεθος רעולם, ἡ διάρκεια καὶ ὁ χρόνος in eodem eſſe, ratione τῆς ὁμονοίας. ſed finiti & infiniti nedum conuenientia, ſed nec proportio eſt: igitur, &c. Per גרתר ſequeretur, quod ἡ φαυλότης τοῦ μεγέθους καὶ τῆς διαρκείας eſſet ab æterno, quam amplificaret & extenderet τὸ μέγεθος רעולם τῆς διαρκείας in infinitum: at ſic quælibet res eſſet infinita, quod eſt impoſſibile. Per גתבר ſequeretur, quod Maieſtas diuina non differret â mundana, nec incorruptibile à corruptibili: & quòd ἡ φαυλότης reciperet πάντα τὴν διαφορὰν τοῦ μεγέθους: per conſequens אל oriretur ex trãſmutatione, quod aſſerere planè eſt impium, & auditu horrendum. Per גבתר ſequeretur, quòd ἡ διαφορὰ μεγάλη, & realis τῆς ὁμονοίας, ſubſtantialis eſſet in ſcala τοῦ μεγίστου: & quòd nullum accidens daretur in rerũ natura, aut nulla ſubſtantia: ἡ ὁμόνοια ſiquidem τοῦ μεγίστου καὶ τοῦ θεοῦ eſſet cum humana, in qua nil eſt accidentis: aut humanæ cum diuina, in qua eſt præter ſubſtãtiam accidens: & ſic nulla ſubſtantia eſſet ſine accidentibus, quod eſt falſum. Per גתגר ſequeretur, quòd τὸ μέγεθος unionis diuinæ eſſet ſita in ipſa contrarietate, & ἡ φαυλότης eſſet ſupra omne ens, per regulã ר. Nam eſſet primitiuum quippiam entium, & per quartam ſpeciem regulę ג haberet in omnia entia plenitudinem poteſtatis, qua diſponeret omnia obiecta entitatiua, id eſt naturã ipſam entis. Per רתבג ſequeretur, quòd ęterna ἡ ὁμόνοια haberet in ſe diſcordiã, qua diſtaret infinitè à ſeipſa, quod eſt abſurdum: & per tertiã ſpeciẽ regulę ר poſſideret unius & eiuſdẽ rei τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὴν διαφορὰν in natura diſcordiæ: per conſequens duraret in æternitate diſcordia & concordia, eſſetq; concors & diſcors, quod eſt cõtra omnem ueritatẽ. Per רתבר ſequeretur, quòd realis διαφορὰ

in diuinis

in diuinis perſonis eſſet primitiua, & per hoc corruptibilis: ac per regulam ג eſſet in ſemetipſo æternæ differentiæ æterna contrarietas, quod eſt abſurdum. Per רתגר lex contradictoria adimeretur, & modo contradictorio eſſent in eodem ſubiecto, atq; proportio perfectiſsima poneretur inter finitum & infinitum: & per regulam ב nulla eſſet in rebus dubitatio, ſed τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακὸν, æternum, æuiternum ac temporale, creatũ & increatum, eſſent una eſſentia, & una ſubſtantiæ ratio, quod eſt prorſus ab omni intellectu alienum. Per תבגר ſequeretur, quòd אדם haberet τὴν διαφορὰν, ὁμόνοιαν, καὶ τὴν ἐναντιότητα עולם, ex quibus conſtat. Quo fit, ut priuatiuæ partes hominis ſint æternæ, per conſequẽs אדם eſt æternus & temporalis, & corruptibilis, & incorruptibilis: & loquor in quantum אדם terreſtris & ſenſibilis: ſed hoc eſt aduerſus rationem: igitur. Hinc patet, per totius columnę diſcurſum, eiuſq; rationes, inſpiratũ à propria actione uacare, ac Deum habere pro anima. Simili modo cæterę columnæ ſuperius habent ſua ſpaciola, quæ ſine difficultate ad horum ſimilitudinem diſponi poſſunt. Hæc itaq; pro tabellarum declaratione ſufficiant.

Diſcurſus ſubiectorum.

Subiecta illa nouem potiſsimùm examinari debent per regulas, per prædicata abſoluta, per quadrata tertiæ figuræ, & cameras quartæ, ac columnas tabulæ, iuxta artificium procedendo, reducendoq; ad terminos cõmunes mediantibus regulis, applicando primam & ſecundam figuram iuxta tenorem regularum. ut, uolens ſermonem facere de Deo, omnes regulas accõmodabit, uelut ſuperius in prædeſtinatione factum eſt: item omnia prędicata, ſeruatis definitionibus ſubiectorum, Claue huius ſcientiæ: ubi edoctus eſt, quomodo quodlibet ſubiectũ debeat circumſcribere certis circulis, & de quouis indubitatum ſermonem facere. Principaliter ergo mediantibus regulis, ut ἄλλο τι אל ἔστι respondetur affirmatiuè, alioquin nihil eſſet, &c. τί ἐστί אל: reſpondetur ut ſuprà, in ſe ſua ipſiuſmet eſſentia, habens coeſſentialem reſpectum, ſine quo eſſe non poteſt, in alio exiſtens cauſa omnis eſſe,

nis eſſe, ac ibidem habens ſua ideata. πας ᾧ ὅθεν: reſpondetur, de ſeipſo, à ſeipſo, atq; in ſeipſo. & ſic conſequenter, quoduis horum probãdo modo ſuprà dicto. Præterea eſt quidam occultus modus diſcurrẽdi ſubiecta huius artis per ſcalas cuiuis incluſas, penes numerorũ, figurarum ac cõcentuum harmoniam. Numeri ut plurimum operantur in animam, Figuræ in corpora, Concentus autem in ipſum animal. Primùm itaq; formanda eſt ſcala, tandem de ſingulis per ordinem erit dicendum. Scala ſex gradibus continetur, incipiendo à ſupremo uſq; ad infimum. Primus eſt, mundus archetypus, in quo eſt אל, ipſa nimirum diuina eſſentia. Secundus eſt, mundus intellectualis, in quo אנריש conſiſtit, & ipſæ intelligentiæ. Tertius eſt, mundus cœleſtis, in quo conſideratur שמים item corpora ſimpliciſsima, & omni permixtione carentia. Quartus eſt, ipſe mundus in quo conſiſtit ארם ובחן corpora nempe rationabilia. Quintus eſt Elementaris, in hoc ſunt עול עלמיח מימון ורב, ipſæ nimirum res puræ, naturales & artificiales. Sextus eſt mundus infernalis, ubi dominatur שטן, ipſi nempe ſpiritus maligni.

אל.

In mundo archetypo, unde lex prouidentiæ, diſcurſus fit de Deo per numeros ſimplices, qui propriè res diuinas ſignificant: uelut denarij cœleſtes, centenarij terreſtres, & millenarij quæ futuri ſunt ſeculi, in hũc modum: Primò, diuina eſſentia eſt una, fons omnis uirtutis & poteſtatis: ſecundò, continens in ſe æternas productiones ſecundum intellectum & uoluntatem: tertiò, exiſtens in perſonis, pater, filius, & ſpiritus ſanctus: quartò, exiſtens lex prouidentiæ & ſalutis æternæ in ſanctiſsimo ſuo nomine יהוה: quintò, exiſtens redemptor precio quinq; uulnerum ſuæ amariſsimæ paſsionis, & nomine ac uirtute Chriſti pentagrammati: ſextò, ſexta die perficiens & conſummans mundũ, ſexta ſimiliter redimens: ſeptimò, quieſcẽs ab opere: octauò, plenus iuſticia, & ipſamet plenitudo iuſticiæ: nonò, ob quã nona hora emiſit ſpiritum: decimò, & decima die poſt aſcenſionẽ miſit ſpiritum ſanctum: undecimò, Gratiam gratuitam à ſe mittens, in nomine

mine

mine ſuo ſancto & benedicto, &c. Plura ex Epiſtemone peti poſſunt.

אנוש

In mūdo intellectuali, unde lex fatalis, diſcurſus fit de intelligentijs, hoc pacto. Primô, Anima mundi eſt una ſuprema intelligentia, prima creatura, fons uitarum. Secundò, ſocia angelorum, quæ conſtituit ut ſint duæ ſubſtantiæ intelligibiles. Tertiò, tres hierarchiæ angelorum, tres gradus beatorū, quatuor triplicitates ſeu hierarchiæ intelligibiles, quatuor pręſidentes cardinib. cœli, quatuor præfecti elementorū, quatuor animalia ſanctitatis, quatuor triplicitates tribuum, quatuor triplicitates Apoſtolicæ, quinq; ſubſtantię intelligibiles, ſex ordines angelorum qui ad inferiora non mittuntur, ſeptem angeli qui aſtant ante faciem Dei, octo beatorum præmia, nouem chori angelorum, ut in triplicitatibus nouem angeli pręſidentes, ut in ſeptenario decem ordines beatorū addendo animas beatas. Decem angeli præſidentes, addito nouenario, anima משיח, & ſimiliter de cæteris numeris.

שמים

In mundo cœleſti, à quo lex naturæ cōſideratur, unus rex ſtellarum & fons lucis, duo luminaria magna, tres quaterniones ſignorū, tres quaterniones domorum, tres domini triplicitatum, quatuor triplicitates ſignorum, totidem qualitates cœleſtium elementorum, quinq; ſtellæ erraticæ domini terminorū, ſex planetæ per Zodiaci latitudinem ab ecliptica aberrantes, ſeptem planetæ iſtis adiuncto ſole, octo cœli uiſibiles, nouem ſphęræ mobiles, decē ſphęrę mundi, duodecim ſigna Zodiaci in quatuor triplicitatibus ſignorum.

אדם ובחן

In minore mundo, à quo lex prudentię, conſideratur unum primum uiuens, & ultimum moriens, duę principales ſedes animę, tres partes reſpondentes triplici mundo, quatuor hominis elemēta, totidem potentię animę, & iudiciarię poteſtates, atq; uirtutes morales, item humani corporis elemēta, ſpiritus, humores, & complexionum mores: quinq; ſenſus, ſex gradus hominis, ſeptem mem-

membra integralia planetis diſtributa, & ſeptem forami na capitis, octo beatorum genera, nouem ſenſus cùm extimi tum intimi, decem artus intrinſeci hominis.

ערל עלמוח מומון ורב

In mundo elementali, ubi lex generationis & corruptionis conſiſtit, conſideratur unum ſubiectum, & inſtrumentum omnium uirtutum, naturalium & tranſnaturalium: duo elementa, producentia animam uiuentem: tres gradus elementorum: quatuor elementa, totidem qualitates, tempora, cardines orbis, mixtorum genera perfecta, & totidem animalia & correſpondentia ipſis elementis, in plantis, metallis, & lapidibus: quinque genera corruptibilium, & ſpecies mixtorum: ſex ſubſtantificę qualitates elementorum: ſeptem aues planetarum, totidem piſces planetarū, metalla planetarum, animalia & lapides: octo qualitates particulares: nouem lapides, repræſentantes nouem choros angelorū: decem animalia ſanctitatis, ad ſuperos relata: duodecim plantæ, totidem lapides, apud Orphicos duodecim menſes, totidem aues, ſacra animalia, & ſacræ arbores.

שטן

In mundo infernali, ubi lex iræ & punitionis durat, aduertitur unus princeps rebellionis angelorum & tenebrarum, duo duces dæmoniorū, duorum, duo quę comminatur Chriſtus damnatis, tres furiæ infernales, tres iudices infernales, totidem gradus damnatorum, quatuor principes dęmoniorum nocentes in elementis, quatuor flumina infernalia, totidem principes dæmoniorū ſuper quatuor angulis orbis, quinque tormenta corporalia, ſex dęmones omnium calamitatū autores: ſeptem habitacula inferorū, teſte rabi Ioſeph in horto nucis: octo damnatorum præmia, nouem ordines cacodæmonum, decem damnatorum ordines: quibus ſi adiungātur animę damnatæ, aut tres gradus damnatorum, duodecim gradus damnatorum & dæmoniorum efficiunt.

De ſympathia & antipathia uniuerſi.

Hiſce numeris fideliter conſecutis, συμπάθειαν καὶ ἀντιπάθειαν totius uniuerſi cognoſcere poterit, Conſiderat enim

enim ordinem qui præcedit ſubſtantiam, quę proprietatem adfert, abſolutum quid, ſubiecta: imperfectionē ſubſtantiarū, quæ colligit uniuerſaliter, & imperfectionem influentiarum, quæ colligit cōmunicatiuè. His accedit quoq; imperfectio partium, ut hæc diſpoſitio oſtendit.

Imperfectiones influentiarum	*Abſolutum quid*	*Ordo.*	*Subſtantia*	*Imperfectiones ſubſtantiarum.*
10	1	10	10	20
30	2	20	10	50
70	3	30	10	110
150	4	40	10	230
310	5	50	10	470
630	6	60	10	950
1270	7	70	10	1910
2550	8	80	10	3830
5110	9	90	10	7670
Collectio communicans.	*Subiecta.*	*Procedens.*	*Propria.*	*Collectio uniuerſalis.*

Imperfectiones partium.

שמים.

♄	25
♃	55
♂	116
☉	241
♀	497
☿	1024
☾	2138

Diſtributio uirtutum.

Imperfectiones influentiarum procedunt per cōmunicationem ordinis cum influentijs. Imperfectio ſubſtantiarum procedit per additionē ordinis & ſubſtantię, ac cōmunicatione ad inferiora. Imperfectio partiū procedit ex additione imperfectionū, tam ſubſtantiæ quàm influētiarum, quo ad id ſubiectum, cui ineſt aliqua pars, ac per numerorum, in qua fuerit, eandem ſummam diuidendo, habebit gradus: per additionem tamen ſuperiorum cum inferioribus. Præterea in ipſa imperfectione partium

partium indaganda, inchoatur numerus ab ultimis in natura: ut in ſeptem planetis inchoatur numerus à Luna, & Saturnus recipit ſeptenarium numerum, qui & diuidens ſummam partium dicitur. Hanc Methodum qui ſanè intelligit in natura compoſita, iuſtum pondus omniũ ſimplicium, & numerum certiſsimum, & diſtantiam eorundem oſtendet.

Diſcurſus Geometricus.

Eſt ſimilis modus diſcurrendi per figuras Geometricas, numerorum diſcurſui, & corporũ ſub גתהיר. Quippe figurę eiuſmodi ex numeris oriũtur, quarum prima unitati atq; denario reſpondet, nempe circulus: ſiquidẽ unitas omnium rerum centrũ atq; circumferentia eſt, ipſeq; denarius coaceruatus in unitatem redit, à qua exordium habuit numerorum omnium finis & complementũ. Diciturq; circulus linea infinita, in qua non eſt terminus à quo, nec terminus ad quem, cuius principium & finis eſt in quolibet puncto: unde & motus circularis dicitur infinitus, non quidẽ quo ad tempus, ſed quo ad ubi. Quo fit, ut hęc figura ſit perfectiſsima & ampliſsima. Similiter pentagonus cum uirtute quinarij & lineaturæ, quam habet intus & extra: intus quidem quinq; angulos obtuſos, extra uerò quinq; acutos, quinq; triangulorum hexagonorum, quibus circũdatur, eſt maximi myſterij: quod ita etiam de cæteris figuris triangulo, quadrangulo, hexagono, heptagono, octogono, & reliquis inquirendũ ac intelligendum eſt, quarum plures, quatenus multiplicibus diuerſisq; interſectionibus conſtituuntur, diuerſas etiam diſcurrendi rationes habent, iuxta diuerſimodũ linearum numerorumq; ductum & proportionẽ. Pari ratione quoq; de figura crucis dicendũ eſt, quæ apud Arabes ſummi myſterij æſtimatur. hęc eſt omniũ cœleſtium uirium atq; intelligẽtiarum firmiſsimum receptaculum: eſt enim figura omniũ rectiſsima, continens quatuor angulos rectos: eſtq; prima ſuperficiei deſcriptio, habens longitudinem & latitudinem, quam & cœleſtiũ fortitudine conſpiratam dicebant: quia eorũ fortitudo per rectitudinem angulorum atq; radiorum reſultat. Quo fit,

ut ſtellæ

ut ſtellæ tum maximè potentes ſint, quando in figura cœli quatuor obtinent cardines, atque radiorum ſuorum in ſe inuicem proiectione crucem cõſtituunt: quę etiam cum quinario, ſeptenario, atque nouenario, potentiſsimis numeris, maximam habet conuenientiam. Quemadmodum hæc de figuris dicta ſunt, ita pariter etiam de Geometricis figuris intelligẽda ſunt: quę ſunt, ſphęra, tetrahedron, hexahedrõ, octohedron, hedron, dodecahedron, & cõſimiles. Sic Pythagoras, & poſt eũ Timęus Locrus, & Plato, terræ primum cubũ, octo angulorum ſolidorũ, & uigintiquatuor planorũ, & ſex baſium quadratum in forma teſſeræ dederũt: igni autem Pyramidem, quatuor baſium triangulorũ, & totidem angulorum ſolidorũ, & duodecim planorũ tribuerunt. Aeri uerò conſtituerunt octohedrontem, ex octo baſibus triangulis & ſex angulis ſolidis, & uigintiquatuor planis. Item aquæ aſsignarunt icohedrontem, baſium uiginti, angulorũ ſolidorum duodecim. Cœlo porrò dederunt dodecahedrontem ex duodecim baſibus pentagonis, & uiginti angulis ſolidis, planis autem ſexaginta.

Diſcurſus Harmonicus.

Diſcurrendi non paruam adfert facultatem muſicalis harmonia, eiuſque uires ac potentia, quæ eſt potentiſsima imitatrix ſiderum: & cum corpora cœleſtia opportunè inſequitur, cœleſtem influxum mirificè prouocat, omniumque audientium affectus, intentiones, geſtus, motus, actus atque mores immutat, & ad ſuas proprietates ſubitò allicit, ut ad læticiam uel lamentationem, ad audaciã uel tranquillitatem, & ad ſimilia: ſic beſtias, ſerpentes, uolucres, delphines, ad auditum ſuæ modulationis trahit: fiſtulis, crepitu, fidibus, cithara, organo, tibijs animũ mulcet, mentem erigit, præliatores ad bella incitat, & ſingulorum operum labores fatigationemque ſolatur: lapſos & deſperatos reuocat, uiatores confortat, delectationem operatur, & habitationem: iracundos mitigat, triſtes & anxios lætificat, diſcordes pacificat, phreneticorum rabiem temperat, uanas cogitationes diſsipat. Eodem pacto fit diſcurſus per ſonos atque concentus, per harmoni-

cas cõpoſitiones,tonos,motus,ſonos, tam inſtrumentales quàm naturales,ex mentis conceptu imperioſo phantaſiæ cordisq́; affectu proficiſcentes: conſona & maximè propinqua,uni ſpeciei fundamenta atq; ſymbolum,ſimilitudo per analogiam, ut naturalium & artificialium uocum concordia. Omnis autem concentus ſonorum aut uocum eſt. Sonus, ſpiritus eſt: Vox, eſt ſonus & ſpiritus animatus: Sermo, eſt ſpiritus cum ſono & uoce aliquid ſignificante prolatus,cuius ſpiritus cum ſono & uoce ex ore procedit. Chalcidius ex penetrali pectoris & cordis gremio mitti ait. Et cùm tota Muſica in uoce,ſono & auditu poſita ſit, per hæc cõmodiſsimè horum ſubiectorum fit diſcurſus. Hoc eodem pacto per concentus & uocis proportionem procedere poterimus. Ex planetis enim Iupiter, Sol, Venus atq; Mercurius,poſsident concentus,reliqui plus uocis quàm concentus: ut Saturnus uoces triſtes,raucas,graues,tardas, & ueluti ad centrum coarctatos ſonos: Mars uerò aſperas,acutas,minaces, ueloces, iracundas: inter has luna obſeruat medias: Iupiter cõcentus graues, conſtantes,intentos, puros, & cum gratia dulces: Venus laſciuos,luxurioſos, molles, & uoluptuoſos, & in circumferentia diſſolutos, dilatatosq́;: Mercurius habet concentus remiſsiores, multiplices, & cum quadam ſtrenuitate lætos ac iucundos. Ex particularibus concentibus,Iupiter diapaſon gratiam cum diapente habet:Sol obtinet diapaſon, & per tonos quindecim diſdiapaſon:Venus tenet gratiam diapente:Mercurius uerò diateſſaron. Hos eoſdem concentus ex diſtantia ad inuicem Planetarum rimari poſſumus.Spacium ſiquidem quo à terra ad lunam,uidelicet centum & uiginti ſex millia ſtadiorum Italicorum,toni interuallum facit, A' luna autem ad Mercurium, dimidium illius ſpacij facit ſemitonium: tantundem ab illo ad Venerem, facit aliud ſemitonium: inde uerò ad Solem, triplum quaſi tonum,& dimidium ſtatuit diapente:à Luna autem ad Solem,duplum cum dimidio,faciẽs diateſſaron: à Sole uerò ad Martem rurſus tantum eſt interualli, quantũ à terra ad Lunam,faciens tonum: inde ad Iouem, dimidiũ il-

lius,

lius, aliud faciens ſemitonium: tantundem ab illo ad Saturnum, etiam conſtituens ſemitoniũ: à quo ad ſtellatum orbem, iterum ſemitonij ſpacium interiacet. Eſt itaq; à Sole ad cœlum ſtellatum diaſtema, diateſſaron duorum tonorum cum dimidio: à terra autem, perfectum diapaſon, ſex tonorum integrorum. Hinc ex proportione motuum planetarũ ad inuicẽ, & cum octauo cœlo, reſultat harmonia omniũ ſuauiſsima. Proportio aũt motuum Saturni ad Iouem, eſt dupla ſeſquialtera: Iouis ad Martem, ſeſcupla: illius ad Solem, Venerem & Mercurium, qui pariter iter perficiunt, proportio dupla: illorum ad Lunam, duodecupla: Saturni uerò ad ſtelliferum orbem, millecupla & ducentupla. Elementorum etiam concentus ex eorum baſibus & angulis eliciuntur. Sic inter ignem & aerem, harmonia naſcitur duplicis diapaſon & diapente: inter aerem & aquam, ſimiliter: inter aquam & terrã, diapaſon cum duplici diapente & diateſſaron: inter terram & ignem, diapaſon diapẽte. inter ignem & aquam, inter aerem & terram, deficit quodãmodo conſonantia: plena enim inter hæc eſt qualitatum contrarietas, conuenit autem per intermedium elementum. Hanc harmonicam multiplicationem dedita opera ex alijs inſerui, ut ſciat Lector, hanc artem ad omne genus ſcientiarum ſe extendere.

De numerorum, figurarum & concentuum artificioſo diſcurſu, Methodus.

In omni diſcurſu potiſsimùm & principaliter requiritur proportio ſiue Geometrica, ſiue Arithmetica, ut hactenus dictum eſt. Diſcurſus autem proportionis, facilimus eſt in ſubiectis numerorum: ſingulorum enim ſubiectorum numeri ita ſunt diſpoſiti, ut duodenarium non excedãt. Cum ergo certus ſit numerus, facilè proportiones diſcurrendi habebis, ſi hexagonum ſuperiorem de communicatione correlatiuorum cognoueris. illinc ſiquidem & ſimplices contractiones, & proportionales habere poteris: nec quicquam deeſſe poterit, dũmodo iuxta eum modum propoſitum exequatur. uidebis tum demum, quid infernus cum cœlo, quid ſenſus cum intel-

lectu, &c. commercij habeat. De numerorum ergo diſcurſu hæc ſufficiant.

Cæterùm diſcurſus proportionis in ſubiectis figurarum recipit cõmunicationem hexagoni, quatenus tales figuræ ex numeris oriuntur, & peculiarem modũ diſcurrendi. Quælibet enim figura habet propria fundamenta ratione ſui ipſius: ut, circulus per ſe cõſideratus, habet uirtutem planam, una ſuperficie contentam, pares à centro ad circumferentiã lineas ductas: ſimiliter ſphæra geometris & aſtronomis conſideratur. Facta itaq; eiuſmodi diſpoſitione, quælibet pars recipit artis proceſſum: & quot differentiæ fuerint aſsignatæ alicui horũ ſubiectorum, tot etiam diſcrimina terminorum huius artificij aſſignari poſſunt. atq; ideo de bono & uirtute circuli diſſerere poteris penes differẽtias circulares, quas ſuperius in ſecunda figura abundè habes. Hac ratione quiuis peculiarem ſibi ſcalam effingere poterit aſcendendi & deſcendendi, pro uarietate ingenij, ac de quolibet themate diſſerere: uno nẽpe modo de uirtute angulorũ, atq; alio de uirtute baſium, inſtituendo proceſſum ad cubum unicũ, aut quamuis aliam figuram declarãdam, per methodum artis, & reliquas eiuſdem partes. Quemadmodum uerò hæc dicta ſunt de ſenſibilibus figuris, ſic de intelligibilibus proportionaliter intelligi debent: ut in tropicis, coluris, arcticc, antarctico, & ſimilibus: fiet tum demum cognitio ſufficiens mathematicæ diſciplinæ. Pari ratione harmonicus diſcurſus inſtitui poterit, conſiderata τῆ διαφορᾶ καὶ ὁμονοίᾳ horum ſubiectorũ: inter ſenſuale & ſenſuale, ut diaſtema tonorum: inter intellectuale & ſenſuale, ut Planetarum concentus, cum uirtute inclinandi, ex concurſu eorundem, tam uniuerſali quàm particulari, ut cõſtantia, puritas, lætitia, iucunditas, per diapaſon, diſdiapaſon, diapente, diateſſaron, &c. inter intellectuale & intellectuale, ut unitas, æqualitas, ueritas, &c.

Communis diſcurſus.

Eſt inſuper cõmunis diſcurſus totius artis, penes concordantias proprias ſingulorum circulorum, qui annexam ſibi æqualitatem, eſſentiam, & aptitudinem uocum habent,

habent, qua earum intelligentia patefit. Sic namq; proprietates illę, in quibus principia concordant, ſunt diſpoſitæ, ut omnes quaſi uias obiectorum declarent: ſicut in figura oſtenſionis continetur. Similiter diſcurſus regularum neceſſarius eſt, ſine quo nil attentare poterit. Cupiens itaq; per Methodum diſcurſum fabricare, eſſentias regularum & earundem ſpecies percognitas & in promptu habeat: quas, cum opus fuerit, cuilibet ſubiecto accõmodabit pro natura regularum. Item principia tam abſoluta quàm reſpectiua, cõmunicatiuè & receptiuè: ut in diſcurſu Clauis patebit. Eodem modo proprietates principiorum ac ſubiectorum, colligendo & coaceruando penes intellectum, quid conueniens, quidq; inconueniens eſſe alicui ſubiecto poſsit.

Diſcurſus peregrinus.

Diſcurſus peregrinus requirit pro conditione ſubiectorum, regulas & quęſtiones, ac mixtionem utramq; literarum, & integram omnium circulorũ reuolutionem, ponendo extraneum terminum pro baſi, eiq; ordinem Alphabetarium accõmodando, ſiue artis ſiue extra artem terminos: quibus uti quidem poteris, ſed ad ſimilitudinem artificij, quodlibet quadratum reſoluendo per hexagonum communicationis, in correlatiua, correlatiuorum proprietates, aptitudines, actus & perfectiones, ut ſuperius patet.

Diſcurſus formarum.

Tot modis fit diſcurſus formarum, quot modis quælibet forma diuerſa eſt à nouem ſubiectis. aliter enim eſſentia cõſideratur in mundo archetypo, aliter in mundo intellectuali, aliter in cœleſti. Item in minori mundo, elementari, atq; aliter in inferno: itaq; penes diuerſitatẽ ſubiectorum omnes formæ diſcurſum proprium habent.

Diſcurſus clauis ſcientiæ.

Modus definiendi & diuidendi in ſimplicibus diſcurſum habet: & potiſsimùm circa ſpecies & genera uerſantur. In ſpeciebus quidem, ſecundum duplicem earundem naturam, duplex cõſideratur diſcurſus. Primus eſt, quoties proceſſus fit ab idea ad ideatum, non exiſtens in

eſſe ſubiecti: propriè per ſubſtantiam, intellectum, cauſam & proportionem: appropriatè uerò, per ſignificata אותיות. Secundus, quoties fit realis circulus, aſcenſus & deſcenſus in ſcala intellectus, per cōtrariam diſtributionem alphabeti. Hoc genere utimur neceſſariò in omni determinatione. Nihil enim eſt quod hac parte reſecari non poſsit, obſeruata differentia ſubiectorum & finitionum. Nam intellectuali mundo intellectuales finitiones, ſenſuali ſenſuales attribuũtur, per affirmationem uel abnegationem ſubiecti. Fit autem genuinus diſcurſus in hac parte omnium uocum uniuerſaliter, uelut in regula: in quęſtionibus uerò, tanquam in ipſa cōtatione. Quo fit, ut non facile abſq; cognitione Methodi in hac parte quis uerſabitur. Methodi enim adminiculo, & cōtingentes & neceſſariæ determinationes producuntur, quibus in Oratorijs argumētis, dialecticis, mathematicis, & quibuſuis alijs uti poſſumus, procedendo ordine continuo. Quippe ſubſtantiam declarat accidens, accidens intellectus intellectum ſenſus, ſenſum cauſæ, & ſimiliter. Itaq; certò ſibi perſuadeat quiuis, hanc Methodum, ſiue argumentetur, ſiue peroret, ſiue cōſultet, & quiduis interpretandum aggrediatur, abundantiſsimè adminiſtrare media, quibus id cōſequi poſsit, ut ſub finem patebit. Præterea ſciēdum eſt, genera definitiua æquè habere paſsiones proprias, ac principia artis, quibus eodem omnino modo uti poterimus: fulciti tamen principijs artis. Omnes enim cōmunicationes, intrinſecæ, extrinſecæ, abſolutæ & reſpectiuæ, hîc locum habere poſſunt. Quapropter præter modum peculiarem hoc abundat, quod ſe communicare ualeat, ſimili omnino ratione perinde ac principia. Qui itaq; uerum diſcurſum hîc conſequi cupit, primò eum qui eſt principiorum & Methodi, familiarem ſibi reddat. Fit quoq; diſcurſus perneceſſarius in graduum cōmunicatione ad inuicem, ſcalæ naturæ, ſubiectorum, & formarum definiendi: ut ſuperius dictum eſt. Porrò ſecunda pars, quę eſt de modo diuidendi, locum habet in ſolis generibus, aut ut generibus, quando quidem horum ſit diuiſio per differentias in ſpecies, &

ſectio

ſectio in partes, quæ & partitio nuncupatur. In hac poterit eſſe diſcurſus triplex: coniunctiuus, quo utimur in decidendo: diſpoſitiuus, quo utimur in orando: & proportionis, quo in difficultatibus pandendis operã ponimus. De ſingulis ſuo loco ſatis eſt dictũ. Quare quoad præſens, exemplis quę hactenus regulis & artificio uentilata ſunt, oſtendemus, diſcurrẽdo per baſin, & ſibi connatos circulos, reducendo omnia hæc ad artis principia, & ſingula ad quæſtiones ipſas applicando, prout opifex huius ſcientiæ uoluerit. Sed antequam exemplum ſubijciatur, aduertendus eſt modus, quo loca ad diſponendum conquiri poſsint, & conquiſita concurrere. Is autem eſt ſitus in angulis ſecundæ figuræ, quorum alter definitiuus, alter diuiſiuus, alter collectiuus dicitur: inter quos alij intrinſeci, alij extrinſeci nuncupantur, & ſunt uelut inſtrumenta, quibus uenari, introducere reijcereq́ poſſumus coniunctiones, diſpoſitiones atque proportiones: easq́ ſolas recipere, quæ ad propoſitum eſſe uidebuntur. Qui itaque diſponere animi ſui conceptum uoluerit, is primùm materiam de qua ſermo inſtituitur, proſequatur, eam auditoribus proponendo, & aliquo diſcurſu ſeu modo deducendi ornando, dum id quod intendit dicit, & quod in confutationem uenire poſſet abijcit, aut partitione rationem ſimul atque ordinem adfert: omnia faciendo in eum finem, ut attentos & dociles reddamus auditores: captando beneuolentiam, nunc à perſonis, nunc à rebus, prout ſuperius in Scala contractionum oſtenſum eſt. Fit autem modus deductionis, quando oſtenditur propoſitum aliquod aptum argumentis & ſermone per modos ſuo loco aſsignatos, ſic eſſe, aut non eſſe. Quod fieri poterit: primò, ordine principiorum ſeruato, cõtrahendo aut reſoluendo ſubiecta, prædicata, multiplicatione unius ad alterum terminorum, reſpectu actionis, paſsionis, imitationis, &c. eorundem, & commixtione quæſtionum, ſeu regularum planè illatiuè, à maiori, à pari, ab honeſto, utili, & ſimilibus inferendi generibus conſtructiuè aut deſtructiuè, ſemper implicando aliquam regulam, ſe-
cundum

cundum quam dirigatur propoſita materia. Vbi hoc potiſsimùm notandum eſt, nullam regulam poſſe probare totam ſuam quæſtionem, ſine alterius commixtionis adminiculo. Ad harum quidem quæſtionū rationem, etiam alij extranei termini, quantumuis multi, deduci poſſunt, mutando ſimpliciter in ſecundum quid, reſpectiuè, adiunctiuè, affirmatiuè, negatiuè, per oppoſitum, ſimilitudinem, &c. Eodem modo dicendo de multiplici, ac de ſimplici, commiſcendo adiungendoq́ alterum alteri ad probandum, multiplicandumq́, ut ſuo loco tractatum eſt, propoſitiones in complexas & ſimplices partes reſoluendo, earumq́ eſſentias breuiter aſsignando, & tractando per figuras אתב, &c. diſtinguendo nunc per allegorias, nunc per anagogias, nunc per translationes, tropologiam, hiſtoriam, &c. prout moris eſt apud Theologos, ſimiliter per adæquationem unius propoſitionis ad alteram. At quomodo continuatio hîc ſeruanda ſit, ex una figura in aliam tranſiliēdo, prout neceſſitas & decorum orationis poſtulauerit, ubi auctoritates non requirūtur gratia neceſsitatis, nec prohibentur gratia decoris, ſuo loco conſtat. Præterea ſecundum diuerſos modos diſſerendi, diuerſi fines inferuntur. In Theologia, æternū, omnipotens, infinitum, ſimplicíſsimū, &c. In Iure, æquum, bonum, honeſtum, utile, &c. In Oratione, decorum, delectatio, geſtus, uirtus, &c. In Mathematicis, certitudo, demonſtratio. In Deuotione, ſuſpiria, lachrymæ, uoluptas, charitas Dei, angelorum, ſanctorum, eccleſiæ, amor proximi, & cætera præcepta Decalogi: translatio ſenſibilium ad intelligibilia, penes Scalam intellectus, ad diuina, mentem, uitam angelicam, commouendo ad miſerationem, retinendo auditores ad ea quæ cōmuniter è repub. è lege diuina, morum, circumſtantiarum, ſalute animarum, diſcurrendo per modos præſcriptos in figura multiplici, ſimplici, mobili, immobili, &c. concludentes ſicut ſequitur. Reliquum eſt, ut exemplum ſubiungamus, quod ſic habet ex Proclo De anima & dæmone:

Homo

Homo eſt anima, utens corpore ut inſtrumento: Mala ergo corporis non pertinent ad animam, hominemq́; : ſicut neq; mala inſtrumentorum ad artificem, atq; artes.

Etſi hanc Procli ſententiam de homine, magna philoſophantium turba refutat potiùs quàm acceptat: non deſunt tamen, qui eam totis uiribus propugnant, tuentur, atq; defendunt: & tanto maior ſpeculatio eſſe operæprecium, quanto diuerſitas aſtruentiũ uidetur acrior, affirmatur. Quo fit, ut meritò mihi expendenda incũbat utraq; opinionum, qui de pluribus, aut potius de quauis re ſermonẽ facere ſpoponderim. Quare flagito omnium & ſingulorum benignas aures. rem ſiquidem ea breuitate, qua potero, perſtringere conabor, ac utilitatis non parum inde hauriri poſſe oſtendam. Primùm quippe, hominem reuera animum ipſum, eſſentiamq́; à corpore ſegregatam eſſe docebo: in quo quicquid eſt, pulchrum eſt & bonum, etiamſi inde corporis bonũ ſequatur. ſiquidem corpus non ut pars hominis, ſed potius ut inſtrumentum eſt, & cuius malũ non pertineat ad utentem. Tandem aduerſariorum opinionem, qua Procli ſententiam infringere conantur, Proclum cõfirmare magis, quàm deſtruere, & utramq; ſtare poſſe declarabo. Sane hominem ipſum reuera eſſe animum, eſſentiamq́; ſeparatam ſegregatamq́; à corpore, non modò ſeries ſenſibilis, aut particularis entium collectio, ſed omnium horum & principium primum, & ultimus finis pandit, edocet, ac neceſſariò inferendo ediſſerit. Habitus namq; demonſtratiuus quid quæſo agit? quid efficit? effœtus an ſterilis exiſtit? eſſe profectò naturæ, & uis ipſa productiua, ſemper abeſſe in eſſe per non eſſe, aut aſcẽdit, aut deſcendit: cuius δύναμις adeò eſt ipſis rebus inſita, ut niſi eo abundaret, nec res, nec ens, nec quicquam aut concipi aut oſtendi poſſet: ideoq; inane, uacuũ, & ocium primarum ſubſtantiarum ſequeretur. At cum eorum contrarium in quolibet particulari ente deprehendatur, non fuerit dubium, quin & contrarij effectus in illis cõtineantur. Quo fit, ut nemo inficias ire poſsit, ſed neceſſariò concedere, ipſum eſſe perfectũ, utile, ac fertile, & ab omni ocio longè alie-

gè alienum, quo omnis amplificatio rerum, multiplicatio indiuiduorum, & ſpecierum ſalus conſiſtit. Vnde manifeſtum eſſe & poteſt & debet, hominem eſſe animum ipſum eſſentia ſeparatū à corpore: quoniam illud ipſum eſſe perfectum eſt, quo fit ſpecierū & indiuiduorū διαφ-κεια: illud inquam quo reuera τὸ ὄν datur, quod refert æterni eſſe ſimulachrū, quod idea in mente diuina inſcrutabili habuit, quod infinitæ ſuæ eſſentiæ in nobis ſimilitudinem gerit, à quo omne quod eſt deſcendit, ex ipſomet eſſe Dei, alio quopiam ad id ut ſit non indigente. Tale quid, eſt'ne corpus? Cum diuina Maieſtas, diuina mens atque intelligentia nulli corpori inſit, ut immenſa, utique ideo incorporea, illimitata eſſentia omnium eſſentiarū exiſtat, ſpiritualis & inſenſibilis, proculdubio produxit fecitque hominem ad imaginem ſuam, ſecundū corpus'ne? Quo ad animam certè, in qua memoria, intellectus, uoluntas, diuinam Trinitatem repræſentantia conſiſtunt: quæ ſola eſt, qua incipiente incipit homo, & qua deficiente ceſſat homo. quæ quidem harmoniæ æternitatis conſimilis eſt: at proportio finiti ad infinitum impoſsibilis, ſimiliter temporis concentus proportionabiles. Si ergo eò, quia ad ſimilitudinem homo eſt, homo eſſe dicatur: utique ea ratione qua animus, & non ea qua corpus. Hoc ſiquidem quod eſt, eſt in alio eſſentialiter, in quo ſuæ ſimilitudinis habet expreſſam imaginem: quæ antequam corpus eſſet, homo eſt: quem non ex nihilo, ſed ex ſe, mediante uerbo æterno, pater, & in uirtute eiuſdem uerbi, hominem ad ſuam ſimilitudinem eſſe uoluit. quod corpus quia extra hominem eſt, ſenſibilium rerum, ideo nihili naturam ſapit, quibus ut generatio tribuitur, ſic & corruptio deſtructioque ipſa connaſcatur oportet, prout uidemus corpus hiſce medijs reſolui, quibus conſutū & colligatū eſt: animam uerò reuerti ſine reſolutione, quoniam ſine cōpoſitione aduenit. Hinc inepta eſt illorum opinio, qui hominem, in quantum hominem, corruptibilem eſſe dicunt. Nec eſt quod quiſpiam eo cachinnos excitet, quòd hæc dixerim. intelligenti enim hæc ſic habere cōſtat: non enim nobis aduerſatur, corruptibilis in

incorruptibile

incorruptibile mutatio, nec uita hominis ſecundum carnem. non ſiquidem hac ratione eſt hominis, ſed participatio συνεκδοχικῶς. Nec dixerit quis aptè, Aethiopem eſſe album, aut eſſentialem albedinis partem in eo: albus namq; eſt ſecundum dentes, ſic uita ſecundum carnem. Quòd ſi extra participationem ſumpta fuerit, tum ut oppoſitio, intelligitur eius partis uitæ, quæ eſt ſecundũ ſpiritum. Intra horum enim controuerſiam homo conſiſtit: quæ aliud non ſunt, quàm inſtrumenta aut perfectionis, aut imperfectionis. Eſſe itaq; hominis, animus eſt ſegregatus à corpore: corpus uerò inſtrumentum hominis ad actionẽ, ſicut ſpiritus ad contemplationem. Vnitas enim illa realem & ſimplicem continens exiſtentiã, puram ſimplicemq; pãdit hominis eſſentiam: non cõpoſitam, non mixtam, non in eſſe hęrentem, ſed ſubſtantiã ſeparatam, ſeparato modo aduenientem, aſſumentemq; corpus humanum ut inſtrumentum, non ut partem. Quid quæſo homo in ſe habet, qualeq; iudiciũ unitatis, præterquam plurimarum potentiarum unam originem, à qua procedunt, & in qua conſiſtunt? quid in ſe uidetur eſſe aliud, quàm actus & occulta uirtus, qua hominum multiplicatio conſiſtit? qua hominum particulariũ in unitate ſpeciei ſympathia cõtinetur? quid'nam in alio quopiam eſt, quàm omnium abſtractorum cõcretio? quæ ſola eſt maximè unitiua, quæ ſola docet quid in quolibet ſit: ita harmoniam animorum, & conuenientiam producit, ut in cœlo ſerenitatem, in alijs hominib. mutuos animorum & placidos euẽtus. Vnde manifeſtum eſt, Varronem & alios hominem ab humo deriuãtes, haud parum erroris cõmiſiſſe: quando quidẽ id omnibus animalibus ſit commune. Vera enim origo hominis eſt, ἡ ὁμόνοια eſt ſiquidem homo omnium animalium maximè ſociabilis: quare homo rectius à concordia & conſortio dicitur, cum & ὅμοιος ſimilis, & ὁμοιότης ſimilitudo ſit: quæ certè non in humo, nec in corpore ſita eſt, ſed in animo, quo unico homo excellit reliqua animantia, & præſtat ſui ipſius diffuſionẽ, quod uel ſimplex ἐτυμολογία patefacit. Quid'nam precor in quoquam alio habet quàm actum ſuum? ut in

fide credere, in ſcientia intelligere, in tactu tangere, &c. unde hæc? à corpore? Certè ab animo, & eius operationibus, à qua deriuatur hæc uirtus tactiua, per instrumentum corporeum, à qua procedit uirtus credendi & intelligendi. Omnis itaq; unio, omnis ſimilitudo, omne conſortium hominis, & quoduis eſſe, ab anima, non autem à corpore procedit, niſi prout inſtrumento: quare meritò homo animus ſit à corpore ſeparatus, cui corpus non adhæreat, niſi ut inſtrumentum. Si etenim corpus hominis eſſet pars, in quantum pars, hominis perfectio eſſet partim ipſum corpus, partim animus. perfectiuorũ enim conſtitutio totum complet finaliter, relinquens ſuæ perfectionis ueſtigia: quæ nulla ratione in homine aſsignari poſſunt. Homo quippe non tendit finaliter ad ea quæ corporis ſunt, ſed quæ corporis omnino non ſunt: non ad cõpoſita, ſed ſimplicia: non ad corruptionem, ſed ad incorruptionẽ. Hæ autem functiones quòd animæ ſint, rationabilius eſt adſerere, quàm corporis: quib. mediantibus, perfectio hominis adimpletur. Itaq; ſi ſententia aduerſariorum, ipſius nempe Porphyrij & cæterorũ, rectius perpendatur, nulla erit pugna. Cum enim dicunt, hominis partes eſſe animal & rationale, hoc eſt animam & corpus uiuum, non eſſentiales, non integrales de eſſe ſubiecti, ſed inſtrumentales de eſſe operationis, conceditur. Faber enim etſi non habeat ſecurim, atq; alia inſtrumenta ad operãdum, non propterea ars fabrilis perimitur, ſed interdictio ſaltem operis: quod ſimiliter de anima & corpore dici poteſt. Igitur utracunq; ſententia maneat, non impedit, mala corporis non pertinere ad animam, hominemq;: ſicut neq; mala inſtrumentorum ad artificem atq; artem. Quo fit, ut falsò putent mortem malam, uulnera, & ſimilia: quę cum non tranſeant in animã, quemadmodũ nec paſsiones animæ in corpus, alterum alteri ineptè accommodatur. Naturalis eſt omnium noſtrûm effectrix uſq; adeò bona, uſq; adeò pulchra, ut nil producat, quod ex amore non deſcendat: quæ omnibus ſic omnia tribuit & intromittit, ut nullis uideatur quicquam detrahere, aut quenquam ſuis fraudare affectibus:

quin

quin potius mouet ſingulos, ac pellit etiam inuitos ad ſuarum ſpecierum ſimilitudines tuendas, acceptãdas, & tranſmittendas. Fluentem enim bonitatem & momentaneam corruptibilibus, permanentem uerò ęternis & immutabilibus tribuit: non cõfundit, ſed omnia largiſsimè diſtribuit, ad omnia liberaliter ſe extendit, de omnibus ſuo modo, iuxta cuiuſuis ſubiecti capacitatẽ ſentit. Aliàs ἡ ἀγαθότης οὐκ ἔστιν αἰτία τοῦ ἀγαθοῦ, μήτε τῶν ἀρχῶν, μήτε τοῦ τέλους. Quid quæſo omnia iſta efficit? an lis? ἡ ὁμόνοια certè, quæ à primo & ſummo bono, ab eo in quo uoluntatis ſcopus eſt ſitus, deducitur. Si ergo bonum eſt ratio concordię, non poterit eſſe confuſio rerum: quę alioquin neceſſariò infertur, niſi mala corporis ab animi malis cõdiſtinguantur, niſi paſsiones intrinſecæ ab extrinſecis realem habeant intercapedinem. Magnitudo namq; uirtutis atq; molis quæ eſſe poſſet, ſi altera alteram impediret, ad ſui eſſe operationes? Nemo dubitare poteſt, extenſiones & dimenſiones rerum uel eò eſſe conditas, ut extremitates coniunctionesq; certis menſuris dignoſcantur, diſtinctaq; certis medijs genuino modo cõſeruentur. At quomodo mala corporis, quomodo item mala animi conſeruari poterunt, ſi eis obex & impedimentum apponatur? quomodo item contrarij motus durabunt, ſi colliſio corporum cõceſſa fuerit? nec motus rerum, nec ſenſatio obiectorum poterit contemplari, καὶ ἡ ὁμόνοια conſiderari, ſi non concedatur συμπάθεια, qua fiunt omnia, qua intenduntur ſingula, qua oriuntur emanationes rerum, extenſiones abundãtiæ, perfectio integritatis, & quid dicam? Multitudo ipſa, ipſa inquam amplitudo entium quomodo cõſtabit? quomodo ſimilitudinem ſuam tranſmittit? Antiquitùs receptũ eſt, & à maioribus noſtris traditum, ſic rerum uiciſsitudines oriri atq; finiri, ut nunquam ſpecierum quies, aut indiuiduorum penuria ſequatur. Olim quoq; uſu euenit, cõmuni ſentẽtia, eam eſſe in rebus conſtantiam & perſeuerantiam, ut quæ ſic ſunt conſtituta, quaſi ęterna eſſe uideantur: quoniam ipſa corruptio particularium & ſenſibilium potiùs quàm inſenſibiliũ eſſe dicitur. Indiſſolubile quippe atq; immutabile omne, id

eſt, quod non ſubeſt ſoli numero. Quo fit, ut hęc cum primitiua ſint, & ſemper tempus effugiant: quod fieri non poſſet, niſi tanta rerũ unitas, & tanta proportionũ correſpondentia eſſet. At nec hęc diceretur, ſi cõtinua mutatio corporũ atq; animi ad inuicẽ nocens & cõtraria circa unũ ſubiectorũ uerſaretur. Quapropter neceſſariũ ſummopere, & utile foret, ea ſic diſpoſita eſſe debere, in quouis corpore phyſico, aut ut phyſico, ut proportio inſtrumenti ſeruetur: nec id nocere poſſe artifici, quod inſtrumento aduerſatur: aut id inſtrumento obeſſe, quod in artifice reprehenditur. Actus ſiquidem artificis eſt ipſa ingenita poteſtas, qua ſingula, ut placet & lubet, iuxta liberam facultatem ediſſerit, & ad modum connatæ ideæ ac ſimulacri format ſpeciem ſenſibilem, remq; exiſtentem. Iuriſdictio quippe producendi id dictat, ut quæ libera ſunt, nil cõmunicationis ſecundum ullum opus habeant, nil uirtutis uel in minima participatione cõmittant cum ſeruitute. Abſit ergo longè, ut id quod dominatur, ſeruituti ſit ſubiectum. Conſcientia ipſa namq; conijcit etiam ultrò, nullam debere eſſe cõfuſionem in re ordinata, nullum errorẽ in re diſtincta: fieret enim tum demũ adęquatio fortunæ atq; frequẽtis euentus, fieret adæquatio obliuionis & retentionis, ſortis & liberi arbitrij. Hæc autem manifeſtè repugnant, & inconuenientiam dictãt: quare apertum & clarum nemo ambiget, intelligentiam, induſtriamq; operam in ſapiẽtiæ gremio etſi cognatam, non tamen eſſe eandem: quemadmodum & pulchrum atq; bonum, hoc in corpore, illud in actionibus animę conſiſtere: ideoq; malum pulchro non obeſſe, ſic ut deforme bonorum pulchrum in actionibus animæ, malum uerò in alio fiat: oſtendi non poterit, idem aliquando pulchrũ eſſe, ſimulq; malum. Quid enim, ac in quo delectaret, ſi alterius proprietates aut deſignationes, neceſſariò cuiuis ſubiecto attribuerentur? quid diligeret, ſi dilectioni quoduis odium eſſet inſerendum? ſi conſuetudini quelibet uiolentia dominetur? Paſsiones profectò omnes conſtitutiuæ animi ſic eſſe diſpoſitæ debent, ne corporis uel minima in minimo aduerſetur. Quod & dignitas expetit,

petit, & decus hortatur. Nulla enim fortitudo eſt uirtus, quam de facili timiditas infringit: nulla honeſtas laudabilis, quam inhoneſtas ſine labore occupat. Quapropter nec animæ actiones ſimplices nobilesq́ ſunt, quib. corporis opera obſtrepũt. Id Veritas loquitur, lex præcipit, atq́ exemplar nũciat, ſpiritum & carnem aduerſare, non quidem abſolutè, ſed cõmunicatiuè: cum nimirum opera carnis cõmunicant cum operibus ſpiritus: quoniam abſolutæ aduerſitates corporis ſunt uulnera, mors, &c. quæ animæ non aduerſantur contrariè, niſi fortè priuatiuè, quorum non ſit prȩſens intentio. Quamobrem certum eſt, aduerſa corporis non pertinere ad animam, hominemq́, nec ecõtrà. Finit enim & cõſummat beatitudo, quod corroborat fœlicitas. Si enim malum corporis pertineret ad animam, omnia hæc iuxta corpus procederẽt: plenitudo, perfectio, pulchritudo, præmium, retributio, &c. quæ cum fieri non poſsint, proculdubio amplectenda erit ſententia Procli. Similiter procedere poterit artifex per prædicata reſpectiua, Methodo ſubiecta, ut ſuprà docuimus.

Aliud exemplum de Legibus.

Ciuilitatem, iuriſq́ prudentiam in ſola uulgi aut iudicum perſuaſione contineri, mea ſententia eſt: ſiue id quis oratoria eloquentia, ſeu muneribus aut blãditijs efficiat, dummodo mulceatur qui iuri dicũdo præeſt. Apud Vlpianum, abſq́ controuerſia uirum conſultiſsimum, legitur: quidam Barbatius Philippus, cum ſeruus fugitiuus eſſet, Romæ præturam petijſſe. tum prætor deſignatus, & prætura tãdem functus eſt: receptumq́ fuit, nil eorum improbari quæ ſeruus in tantæ dignitatis uelamẽto geſſerat. Idem grauis auctor, De ſtatu hominum, hȩc poſteritati ſcripta reliquit: Ingenuum accipi debere & eum, de quo ſententia lata eſt, quamuis reuera fuerit libertinus: quia res iudicata pro ueritate accipitur. Et Paulus, Romanorum peritiſsimus iuris, ait: Hodie propter uſum Imperatorum, ſi in argento cælatum candelabrum ſit argenteum, argenti quoq́ eſſe, non autem ſupellectilem: quoniam error ius faciat. Quod igitur uel populo, uel principi,

cipi, ſeu regi, hoc eſt iudici placuit, tum per conſuetudinem, tum per conſtitutiones legis habet uigorem. Nam, ut Iulianus inquit, cùm ipſæ leges nulla ex cauſa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt, & populus lege Regia omne imperium & poteſtatem in regem cõtulit: liquidò apparet, omnem iuriſprudentiam ex ſola uoluntate hominum pendêre: quæ ſi eſt ſuffragatrix bonorum, & malorum ſubiugatrix, bona res dicitur & publica & priuata: ſin aliter, contraria. Propter iniqua enim quæ populo uel probante, uel tolerante fiunt, Heſiodus in Operum & dierum libro, cum multa de regibus & iudicibus iuſticiaq́ꝫ ſcripſiſſet, tandem uoluit, plebem ſæpe luere peccata regũ: id eſt, iudicum. Cum autem ius ſit, quod uel natura, uel ciuitas, uel populus, uel gens, uel cõſuetudo iubet: unde uidemus, id quod hîc uirtus dicitur, alibi uitium haberi, pro incolarum opinionibus: ſic utiq́ꝫ & ius eſſe aio nil aliud, quàm quod homines uolunt, ſiue illud Naturale ſit, quod eſt cõmune omnium nationum, eo quòd ubiq́ꝫ inſtinctu naturæ, non cõſtitutione habentur aliqua: ſiue Ciuile, quod quiſq́ꝫ populus uel ciuitas ſibi proprium diuina humanaq́ꝫ cauſa cõſtituit: ſiue Gentium, quod eſt ſediũ occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorum non uiolandorum, religio, connubia inter alienigenas prohibita (quod uel inde ius Gẽtium appellatur, quia eo iure omnes ferè gentes utuntur) ſiue Militare, quod eſt belli inferendi ſolennitas, fœderiſq́ꝫ faciendi nexus, ſigno dato egreſsio in hoſtem, uel pugnę cõmiſsio, item ſigno dato receptus. Hoc cum ſit momentaneum, mutationi & perpetuæ uariationi obnoxiũ, inconſtans & infirmum eſt. unde optimũ auctoris dictum:

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis:

quæ pro uoluntate hominum aut ſeruantur, aut reſpuuntur. Quo apparet, quàm ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis eſſe ſimiles dixerit. nam ut illas infirmiora animalia retinere, ualentiora tranſmittere: ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & præpotentes non alligari aiebat. Harum ſiquidem interpretari principis

mentem

mentem eſt, iuxta ſuum uelle. Cui & Cicero elegantiſsimè aſtipulatur: Nulla (inquiens) neq; legibus, neq; ſcriptura ulla, nec deniq; in ſermone quotidiano, atq; imperijs domeſticis poſſent adminiſtrari, ſi unuſquiſq; uelit uerba expectare, & non uolũtatem eius qui ea uerba habuerit accedere. Et quoniam leges, ut idem ſcribit, quę nobis charæ eſſe deberent, non propter literas, quæ tenues & obſcurę notæ ſunt uoluntatis, ſed propter earum rerum quibus deſcriptum eſt utilitatem, & eorũ qui ſcripſerunt ſapientiam & intelligentiam, nobis potius odioſæ pro temporis uarietate, & nonnũquam acceptabiles ſunt: certum eſt, quòd nulla iuris ſanctio, quantumcunq; perpenſo digeſta cõſilio, ad humanæ naturæ uarietatem atq; machinationem eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit: eò præſertim, quod uix aliquod à Deo certum clarumq; ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus iura iam poſita mederi non poſsint, in dubiũ reuocetur. Quia etiam ab adoleſcentia uiri procliui ad malum ſenſualitas humana declinat, per quod morum ſubuerſio in populo frequenter obrepit: neceſſaria eſt ſuperior autoritas, quæ non ab hominibus, ſed à Deo: non à ſenſu, ſed ab intellectu producitur, ut tam per determinationis opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obſcura ſuccidat, quàm per cultoris prouidi ſarculum extirpet uitia, & uirtutes inſerat, corrigat exceſſus, moresq; reformet. Tales leges ſeruari oportet, & ad eam cauſam, ut Ciceroni placet, ſcripta omnia interpretari conuenit. & profectò, ut idem de Legibus ait, ſic ſe res habet, ut quoniam uitiorum cõmendatricem legem eſſe oportet, cõmendatricemq; uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur. Hanc igitur uideo, ut Tullius inquit, ſapientiſsimorum ſententiam, legem neq; hominum ingenijs excogitatã, nec ſcitum aliquid eſſe populorum, ſed æternum quiddam, quod uniuerſum mundũ regeret imperandi prohibendiq; ſapientia. Ita principem legem illam & ultimam, mentem eſſe dicebat omnia ratione aut cogentis aut uetantis Dei: ex qua illa lex, quam dij hu-

mano generi dederũt, rectè eſt laudata. Cui certè ſententiæ & Auguſtinus noſter aſtipulatur, inquiẽs: Omnium legum eſt inanis cenſura, niſi diuinæ legis imaginem gerat. & quanquam in iſtis temporalibus legibus de his homines iudicent, cum eas inſtituũt: tamen cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit iudici de his iudicare, ſed ſecundum ipſas leges inſtituuntur, promulgãtur, firmantur, cum moribus utentium approbantur. Sicut enim his in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt: ita moribus utentiũ ipſæ leges confirmantur. & quod Imperatorum lex minando imperat, hoc fidei lex credẽdo impetrat: quæ charitas ipſa eſt, data quidẽ ut gratia quęreretur, & gratia data ut lex impleretur: gratia inſuper data eſt, ut lex & diuina mens promulgaretur, mediante ipſa: qua regnãte, homo ſecundũ Deum agit, & uoluntatẽ diuinam adimplet: ac in ipſo Deo leges cõdit. Sic Moſes, gentis Hebrææ primus omniũ diuinas leges & ſacras literas explicauit: Phoroneus rex Græcis primus leges iudiciaq; cõſtituit: Mercurius Triſmegiſtus primus leges Aegyptijs tradidit: Solon quidã primus leges Athenienſibus edidit: Lycurgus primus Lacedęmonijs iura ex Apollinis autoritate confinxit: Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſsit in regno, primus Romanis leges edidit. Deinde cum populus ſeditioſus, magiſtratus ferre non poſſet, Decemuiros legibus ſcribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in Latinũ ſermonem translatas duodecim Tabulis expoſuerunt. Fuerunt aũt ij: Appius Claudius, T. Genutius, P. Teſtius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Poſthumius. Conſentaneum eſt, ut ſimiliter per maiores noſtros ad nos deueniant legum ſanctiones, quos diuinitûs nobis præfectos habemus.

Hac eadem ratione in alijs thematibus procedere poteris. Eſt tamen adhuc alius modus, quo ego utor, dum aut inchoandus mihi eſt auctor quiſpiam, aut oratio habenda, non alienus ab arte. Soleo enim principijs ſaltem locos adiungere, pro arbitrio: tandem cum in medium uenio, ex abrupto ordior: & principiorum ratione obſer-

ne obſeruata, ad finem perduco orationem. Huius rei tale eſto exemplum.

Exemplum è re natum.

ἀγαθότης. Pythagoreorum præceptum, quo monemur, Per uiam publicā non ingredi: Anaxagorā & Democritum celebrant Græci, quòd præ amore Philoſophiæ prædia ſua pecori compaſcua reliquerint.

μέγεθος. In Græcorum ſtadijs athletæ interdiu captāt ſpectatorum applauſum atq; gratiam, expectantes artis ac uictoriæ præmium, coronam Olympiacam. In Græcia duo conuiuia celebrata ſunt præcipuè, quibus & Socrates interfuit: alterum in ædibus Calliæ, quando is coronato Autolyco amicis epulum uictoriale præbuit: alterum in Agathonis, quæ literis mādare dignati ſunt moribus & profeſsione philoſophi, Plato & Xenophon.

διαρκεῖα. Philo docet: Cura pecuniæ poſſeſsionumq; adfert diſpendium temporis: cuius præcipua nos decet parſimonia, iuxta illud Hippocratis medici, Vita breuis, ars longa. Homerus in Iliade, circa initia Rhapſodię decimætertiæ ſic canit:

Myſorum terram aſpiciens, queis prælia cordi,
Et facilis uictus, ſiquidem lac paſcit equinum
Egregios homines, nullis uirtute ſecundos.

δύναμις. Illud Sophocleum nil differens à Pythijs oraculis: Deus mî princeps, non ullus mortalium. Nam reuera ſolus liber eſt, qui ſolum Deum ſequitur. Antiſthenis dicterium: Virum bonum eſſe moleſtam ſarcinam. & Iudæorū legiſlator ait, Sapientem graues habere manus. Homerus reges uocare ſolet Paſtores populi: at ſecundum Philonem, Natura bonis uiris hoc nomen magis competere uoluit.

σοφία. Plato inquit: Inuidia extra diuinum chorum ſita eſt: nihil autem ſapiētia diuinius, & magis expoſitum. Philo ait: Miranda hebetudo, qui populis Athenienſi Lacedæmonioq; aiunt ad libertatem ſufficere leges latas à Solone Lycurgoq;: uiris autem ſapientibus negant ſatis eſſe dictata rationis, ex qua ceu fonte leges naſcuntur. Idem: Græcia ſeptem habuit dignos nomine ſapientis,

 quorum

quorum memoriam uetuſtas obliterauit: recentiores apud ſui ſeculi homines non fuerũt in precio, ideo minus inclaruerunt. At in Barbarico ſolo, frequentior numerus celebratur: quales apud Perſas Magi, apud Indos Gymnoſophiſtæ. illi diuina myſteria naturaliter ſcrutantur, ij naturali moralem coniungunt philoſophiã: nec Paleſtinæ Syriæqꝫ deeſt hoc genus hominũ. in his quidam nominantur Eſſæi, à ſanctitate dicti, &c.

ϑέλημα. Zeno pronũciat, Non oportere malos uiros cum probis contendere: ex Iudæorum legibus, uelut è fonte hauſta: rectéqꝫ uulgò dici, Eum qui prudenter agit, bene agere.

ἀρετή. Captiuus quidam, abductus à quodam Antigoni milite, qui per ætatem licet Lycurgi leges nondum deguſtauerat, tamen pręſenti uitę uiolentã mortem prętulit, ut fœliciorem. Narrãt Macedones, Dardanas mulieres ſolitas pueros, quos in ulnis baiulabãt, priuſquam infœlicem uitæ curſum aggrederentur, ſalua libertate ultimo curſu uitæ afficere. Tragicus Euripides Polyxenam inducit, contempta morte curam libertatis gerere: ſimiliter Xanthios, cùm ab uno ex coniuratis in Iulium Cæſarem obſeſsi eſſent.

ἀλήθεια. Zeno canit, Facilius eſſe utrem inflatum mergere, quàm quemuis uirum probum inuitum ad aliquid agendum cogere. Apud Euripidem inquit Hercules: Combure carnem hanc, concrema, repleto te meo cruore. Nam prius uel ſidera terram ſubibũt, terra uel ſcandet polum, quàm mollis à me extorqueatur uox tibi.

δόξα. Anaxarchus & Zeno Eleates ſic contempſerũt cruciatus tormentorum, quaſi aut alienis, aut etiam ipſorum inimicorum adhiberentur corporibus. Vidit Philo Pancratiaſtas tanta obſtinatione ad uictoriam tendere, ut contemnendo terricula, uſqꝫ ad uitæ finem durarẽt intrepidi. Philo inquit, Ad finem optimum peruenire, ſecundum naturæ ductum uiuendo: iuxta non Pythij, ſed Zenonis oracula.

Similiter & cæteris figuris loca ipſa ex probatis auctoribus & dicta ſapientum accõmodare poteris, non quòd

illis

illis egeas, (nec enim quicquam demonſtrant) ſed quia ornant tantum orationem, quemadmodum in noſtra ἀγυρτικῇ patebit. Ad horum itaq; ſimilitudinem formare poterit quiuis proceſſum, obſeruatis tranſitionibus & confirmationibus, item applicatione unius ad alterum, iuxta cognatas ſpecies principiorum, & earundem ſpecierum gradibus.

Diſcurſus oſtenſionis.

Diſcurſus pręſentis figuræ conſideratur penes harmoniam uocum ad inuicem: & patefit ex contrarietate iuxta quam procedimus in diſtinguendo, in argumentando, in amplificando, in tranſitionibus, &c. Præterea diſtinctiones deſumuntur per iſtam figuram cõiunctiuè, cum præſertim in ipſo textu aliquid literis ſolis deſignatum relinquitur: ut, α σ, ν μ, μ φ, &c. Primæ in quarto gradu, ſubſtantiam & accidẽs: ſecundæ in tertio, naturale & morale: tertiæ in quinto, materiam & formã ſignificant: quorum uſus eſt in primis neceſſarius in diſcurſu uniuerſali, ubi ſingula literis deſignantur. Argumentando procedimus in iſta figura, cum ſignificata literarũ deſumimus, ſubiecto aut propria, aut naturalia, aut accidentalia: quibus mediantibus, ipſam theſin enunciamus aut uerè, aut falsè, aut ueriſimiliter. Amplificando procedimus, cùm per modum ſuperius oſtenſum fit proceſſus, nempe per principia, methodum, & ſubiecta. In tranſitionibus uerò, ex coaceruatione uocum, ſententia ſententiam reddimus, partes partibus, rationes rationibus.

Diſcurſus Contractionum.

Proceſſus enunciãdi conſtat mixtione, ratione, uarietate terminorum, copulando uoces cognatas inter ſe, & ſeiungendo uoces diſparatas ab inuicem. Dantur enim ſæpe uoces quæ miſceri non poſſunt, & id quatuor modis. Primò, cùm nobilius miſcetur ignobili: ſecũdò, cùm duo coniunguntur contra naturam definitionis: tertiò, cum mixtio fit duorum in extrema & extranea diſtantia: quartò, cum nulla conuenientia partium enunciabilium aſsignari poteſt. quorum mixtio eſſe non poterit, niſi per oppoſitam rationem fabricetur: tum demum ij gradus

faciunt ſcalam copulandi, & aliquid de aliquo enuncian-
di. Mixtibilitatis prædicatio locum habet in omnibus
aptitudinibus, paſsionibus, obiectis, comparationibus,
partibus, &c. Nam rei actus non enunciatur mixtione,
niſi prius mixtibilium ratio præcedat: nec paſsione, niſi
obiecti ad organum concurſus fiat: nec comparatione,
niſi partes cõparandi aut reales aut rationis adſint. Na-
turalis contractio in omnibus prædicationibus cõſiſtit,
quemadmodum ſuperiores partes in compoſitionibus,
ubi ſummopere aduertenda eſt alterius de altero enun-
ciatio, in modo identico, diuerſo, mutuo, condependen-
ti, cognato, generali, ſpeciali, ſubalterno, ſynonymo, de-
nominatiuo, &c. Attributionis eſt potiſsimum in Deo
& abſolutè, in nobis uerò ſimilitudinariè: & eſt cõmuni-
catiua, receptiua, identica, conuertibilis, ab eſſe, ab eſſen-
tia, idea, ideato, prȩter eſſe ſubiecti, ubi horum conuerſio
fit per Feci, Aſto, & Aeua, ut ſuperius dictum eſt. Ex ra-
tione prædicationis fiunt diſcurſus, cum iuxta ordinem
docendi fit proceſſus: nempe à minori ad maius affirma-
tiuè, & à maiori ad minus negatiuè, ſupponendo angu-
ſtiora cõmunioribus, partes toto, ignobile nobili, cõtra-
rietatem differentiæ & concordantiæ, &c. Quantitatis
contractio fit in conceptibus ideatis, ad ideas aſcenden-
do, in ſecundis intentionibus, in artificioſis contempla-
tionibus, extẽdendo τὸ μέγεθος abſtractè ad omnes par-
tes τῆς ἀγαθότητος, &c. Qualitatis contractio fit in om-
nibus concordantijs, contrarietatibus, differentijs, me-
dijs, principijs, &c. cùm aliquid eſſe, aut non eſſe, hiſce
& ſimilibus, uel ſic ſe habere, aut non habere, concludere
nitimur. Modi prædicationis copulationes fiunt per
quæſtiones methodicas dubitationis, affirmationis, ne-
gationis, cõtingenter, remotè, quoad terminos ſuperio-
res, inferiores, quoad modos uniuerſales uel particula-
res, quoad dictum implicitum, aut explicitũ, &c. in eſſe
conſtitutiones locum habent in re exiſtente, cum nem-
pe ideata ſunt in eſſe ſubiecti, idẽticè, ſimpliciter, demon
ſtratiuè, ſimiliter, æqualiter, & quouis modo contracto,
in eſſe, aut in fieri obiectiuè, reducẽdo ad actum eſſendi.

Hiſce

Hiſce modis facile eſt complecti diſcurſum contractionum, & naturā aliquid cōiungendi aut diſiungēdi in omni genere facultatū: quas ſi neglexerit, nil iudicare de rebus poterit, ſed perinde ac cæcus de colorib. blaterabit. Ii enim modi docēt aptè & appoſitè de quauis re ſermonē facere. alioquin ſæpe ſine diſcrimine albo & nigro (ut uulgus ait) utimur: quod facilè in plurib. ſciolis uidetur.

Diſcurſus applicationis.

Diſcurſus implicitorum ad explicita poteſt fieri multifariam: cum nimirum ſpecies per genus deducitur, indiuiduum per ſpeciem, ſpecies & genus per differentiam, proprium, accidens. Species autem ſingulorum principiorum & terminorum huius artis facilem docent modum applicandi. Nam quælibet ſpecies habet ſuos gradus, per quos reducuntur termini extrinſeci ad intrinſecos, primò ad gradus, tandem ad ſpecies, ultimò ad terminos artis procedendo, quæ genera nuncupantur, ſub quo & paſsiones continentur: ut, thronos, dominationes, angelos, ἡ ἀγαθότης recipit, accōmodando hos gradus ſanctitati quæ eſt in fluenti bonitate, ſimiliter in omnibus terminis artis agendum eſt. Cauendum tamen, ne decipiantur identitate uocum diſcentes: ſæpe enim reperiūtur ſub diuerſis generibus iſdem gradus, quos uellem ab omnibus intelligi penes cōmunicationem reſpectiuorum correlatiuorum. Applicatio extrinſecæ cōmunicationis non eſt poſtrema. habet enim cuiuſuis rei proprias & genuinas paſsiones, quibus conſequimur puros ſubiectorum actus. Applicatio itaq; requirit impliciti ad explicitum cōmunicationem, reſpectiuam & intrinſecā, extrinſecam, concretam & abſtractam: item abſolutā intrinſecam, in qua abſtractum accōmodatur cōcreto, hoc eſt eſſentia ipſa ſuo eſſe, & intellectus rei intellectæ, ſecundum totam ſcalā intellectus, cum omnibus ſuis conditionibus, aſcenſu, deſcenſu, adiectione, ſubſiſtētia, participatione, reduplicatione, contractione, &c. In extraneis uerò propriæ paſsiones ducunt nos ad ſubiecti naturam, per tredecim partes huius ſcientiæ, quibus quæſtiones ad ſua loca deducuntur.

Diſcurſus

Diſcurſus ſpecierum argumentandi.

Syllogiſmorum modalium categoricorum hypotheticorum ratio deducitur per omnes figuras philoſophorum, in deſcenſu, aſcenſu, acceſſu atq; receſſu, penes truncum arboris atq; ramos, naturales, morales, ſiue paſsiones, proprios, & accidentales. Per primam applicationis ſpeciem de Dialecticorũ figuris Epiſtemon tractat, prout diuerſitas terminorum exigit: ubi aduertendũ eſt, ne in concluſione ideata ſint ideata eſſe ſubiecti: hoc enim modo omnis Sophiſticus error cõmittitur. Coacervatio in ordine condependenti locum habet, per concatenationem facta diſpoſitione. Hac ſpecie argumẽtationis fiunt aptiſsimè omnes tranſitiones, & oratoriȩ collectiones. Hîc conſiderandum eſt, ut cognatæ tantum uoces admittantur. Exemplum conſiſtit in hiſtorijs, moribus, diſciplina, habitibus, quæ aut olim in uſu fuerũt, aut nunc uſu recipiuntur: ut ſunt bona corporis, animi, ac indifferentium: quod plurimum conducit ad ornatum & affectus mouendos. Inductio fit in experientia, magis quàm in ſcientia, cum rem aliquã nitimur longa obſeruatione probare, quæ in præſcriptionib. apud Iurecõſultos plurimũ eſt in uſu. Hac ratione & artes ipſȩ cõſtant, item demonſtrationes à poſteriori: in qua cauendũ eſt, ne incerta pro certis aſſeueremus: ſicut faciunt ij quos cupido inanis glorię uexat, qui nec ratione, nec autoritate agũt, ſed præſumptuoſa quadã grauitate ſeipſos docẽt. Enthymema eſt mutilatus ſyllogiſmus. hac ſpecie utimur in ordinato proceſſu, in apprehẽſibili operatione, cùm tẽpus ſubitò negociũ poſcit, cũ ſecundũ intellectũ rem propriè tractare proponimus: breuitate ſiquidẽ ipſe intellectus purior fit. Gerris enim is utitur, qui id expromit quod bucca dictat, nec propoſiti, nec ſui ipſius memor. Proſyllogiſmorũ natura utimur, aut cum ratio concluſionẽ antecedit, aut cum eam cõſequitur. illa arti, hæc naturæ cõpetit. Hactenus dictũ ſit particulariter de diſcurſu: quo cognito, facilis erit aditus ad uniuerſalem diſcurſum, qui peculiare & breue artificium expoſcit. Conſtat enim ſuis locis, & ſingulari proceſſu, licet & is ex arte ipſa prodeat.

Loci

Loci uniuerſalis diſcurſus.

Vniuerſalis tabulę diſcurſus octo locorum generibus ueſtitur: quibus omnib. obiectis occurrere, omnes difficultates uarijs medijs declarare, omnes ambiguitates diluere atq; diſcernere poſſumus. Primum genus eſt ב, figuram definitionũ complectens. huius loci ſunt nouem: ſubſtantia, accidens, intellectus, ſenſus, cauſæ, effectus, proportio, oppoſitio, etymon. Secundum genus eſt ג, continens figuram oſtenſionis: ut, α β γ δ ε ζ ι κ λ μ ν ο π ξ σ τ φ χ. Tertium genus eſt ד, diuiſionum nempe figura: ut, α ω, α, ω, χο, χ, ο, ξμ, ξ, μ. Quartum eſt ה, ipſa nempe figurarum ὁμονοια: actio, uniuerſitas, conſtantia, dominium, electio, interpretatio, laus, neceſsitas, plenitudo, ordinatio, productio, difficultas, ſimilitudo, connexio, propinquitas, corruptio, extremitas opus. Quintum eſt ו, ipſa figura Methodi, poſsibile ens, quid, perſona, materia, origo, poſſeſsio, forma, finis, quantitas, multitudo, ordo, multiplex, diſtributio, qualitas, tempus, locus, motus, modus, inſtrumentum medium, conuenientia. Sextum eſt ז, principia nimirũ ſymbolica, punctus, linea, planicies, corpus, ſeminaria naturæ uirtus, pullulatio, adoleſcens forma, compoſitum, eſſentia, eſſe, uirtus, actio, ſimplex apprehenſio, diſcurſus. Septimum eſt ח, ipſa baſis, genus, principia, partes, propriæ paſsiones, accidentia cõmunia, uirtutes, actus, cauſæ, operationes, potentiæ, materia, forma, obiectum, potentia, creator, creatura, finitum, infinitum. Octauum eſt ט, proportiones abſolutorum principiorum, diffuſio, extenſio, permanentia eſſentię, eſſe, agere, pati, exiſtere, intelligere & cognoſcere, deſiderium & appetitus, origo & principium operationum, poſitio & cõſtructio & delectatio. Hiſce octo generibus adiunguntur ob diſcrimen duplices literę Latinæ & Græcæ: item colores, niger, rubeus, flauus & uiridis. Primum colorem recipiunt ב & ו, ſecundum ג & ז, tertiũ ד & ח, quartum ה & ט: ex omnibus iſtis componitur י, ſed primũ colorem retinet. Hoc autem diſcrimen colorum eſt inſertum eò, ut facilius opifex huius artificij quæſtionum ſolutiones indagare ualeat, earumq;

declarationes inuenire: tum quia tabula diſcurſus hinc cōponitur, quæ niſi hac ratione notentur, etiam à perito huius artis uix diſcerni poterunt. Quapropter diligenter literarum diſcrimina ſunt diſcenda, & colorum memoria conquirenda, quæ ualde uirtutem intellectiuam auget. Quod autem ad horum intelligentiam attinet, ſuperius in figuris citatis ſunt declarata. Reſtat nunc literarū diſcrimen ſubiungere, colores uerò committo lectori, is, prout diximus, addat ſuis locis.

Diſpoſitio Alphabetaria.

ב	β	γ	δ	ε	ζ	η	θ	ι	κ	β	γ	δ	ε	ζ	η	θ	ι	κ
ג	λ	κ	ι	ζ	ε	δ	γ	β	α	μ	ν	ο	π	ϱ	σ	τ	φ	χ
ד	αω	α	ω	χο	χ	ο	ξμ	ξ	μ	αω	α	ω	χο	χ	ο	ξμ	ξ	μ
ה	α	β	κ	δ	ε	η	λ	ν	π	α	β	κ	δ	ε	η	λ	ν	π
ו	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r	s
ז	t	u	χ	y	αμ	ω	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m
ח	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r	s
ט	a	b	c	d	e	f	g	h	i	a	b	c	d	e	f	g	h	i
י	a	b	x	d	ε	o	γ	ι	κ	m	a	κ	n	h	p	ϱ	h	i

Ex hac diſpoſitione conſtituitur Tabula uniuerſalis diſcurſus per arithmeticam additionem. Nam ſi duas literarum columnas addideris, habebis lineam contrariam: quæ diuiſa in duo æqualia, altera illarum partium prædicati, mixtiones abſoluti, altera reſpectiui conſtituit: aut erit linea ſubcontraria, & ſic habebis per æqualem partitionem ſubiecta naturalia & moralia: aut erit inter hanc & illam lineam media, hanc ſcias eſſe Methodi, quæ omnes totius artis figuras regit. Hæc autem figura habet quatuor tetragonos, in primo, à prædicato abſoluto: in ſecundo, à ſubiecto naturali: in tertio, à prædicato reſpectiuo: in quarto, à ſubiecto morali, media eruere poſſumus. Porrò additiones iſtæ arithmeticæ non immediatè hanc tabulam producunt: quare diligenter aduertendum eſt, eſſe aliam quandam figuram, quæ primò ex diſpoſitione Alphabetaria pari ratione promanat: illa tum demum recipit has arithmeticas additiones, quæ efficiūt præſentem tabulam: quam nos in quatuor quadraturas

diuiſimus,

diuiſimus, ut eo facilior ſit incipientibus diſcurſus: diuiſus quippe coniungi facilè poterit, ſed coniunctus non facilè diuidi. At ſit quomodocunq;, ſufficiat diſcentibus tabula, etiamſi non ſatis teneant quomodo oriatur. Ortus enim ad argumentorum contextum parum prodeſt: ipſe quippe actus formalis tabulæ eſt, qui hanc copiam mediorum adminiſtrat. Nihilominus declarare uolui & originem ipſam, ut curioſioribus quoq; ſatisfacerem: tum ut intelligerent huic artificio addicti, hic totam artem contineri, & demonſtrari ipſum finem, propter quem ars ipſa ſit inuenta. Nam Hebræorum ſapiẽtia, uelut circulus omnium figurarum capacißimus, circumducitur in hiſce quadraturis, deſignando omnia quæ continet ſuas eſſe pediſſequas & alumnas cameras, & quoſuis proceſſus. Cuiuſuis enim argumenti initium ab ipſis Hebræis ſignificationibus ſumitur, & ſimiliter finis in ipſas redit, ut patebit.

Primus Tetragonus tabulæ uniuerſalis.

א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
ב	g	g	c	a	ſ	a	αω	λ	β	ב
ג	ξ	ι	φ	ξ	ν	b	l	a	h	ג
ד	χ	e	δ	ι	ω	κ	q	b	e	ד
ה	ν	b	ν	y	δ	o	κ	d	i	ה
ו	ε	c	g	c	ζ	ε	χ	ε	o	ו
ז	f	d	p	g	f	ε	π	αω	δ	ז
ח	γ	a	i	d	m	λ	θ	γ	ξμ	ח
ט	α	f	n	f	h	β	α	γ	ν	ט
י	κ	i	l	e	k	π	μ	α	κ	י
א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א

Secundus Tetragonus.

א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	
ב	κ	ν	ξμ	δ	o	i	e	h	β	א
ג	g	λ	γ	α	d	c	b	e	h	ב
ד	μ	α	αω	l	q	u	χ	π	θ	ג
ה	αμ	ζ	ω	π	α	τ	ε	h	y	ד
ו	k	h	m	f	ſ	ν	ω	σ	ζ	ה
ז	α	ν	κ	κ	ϱ	m	ν	λ	χο	ו
ח	l	n	i	p	g	ν	c	φ	δ	ז
ט	μ	i	o	o	ε		k	i	d	ח
י	β	β	ω	κ	e	u	ſ	f	π	ט
א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	י
										א

Tertius Tetragonus.

א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	
ב	κ	χ	μ	π	a	m	b	i	π	א
ג	d	γ	κ	α	β	ν	t	d	f	ב
ד	α	α	θ	τ	ξμ	λ	c	k	ſ	ג
ה	p	d	f	ε	ζ	χο	δ	p	u	ד
ו	h	c	q	h	ζ	ϱ	χ	ε	e	ה
ז	o	b	h	y	n	κ	δ	o	κ	ו
ח	κ	e	o	ω	γ	κ	δ	o	ω	ז
ט	i	h	k	ζ	l	ν	ξ	i	β	ח
י	μ	g	m	αμ	i	α	αω	μ	β	ט
א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	י
										א

Quartus Tetragonus.

א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	
ב	μ	i	κ	o	h	p	α	d	κ	א
ג	α	λ	α	b	d	e	ω	γ	γ	ב
ד	μ	k	μ	κ	θ	f	q	h	o	ג
ה	π	β	λ	α	b	κ	o	ε	ε	ד
ו	i	l	g	n	α	β	ξμ	ζ	ζ	ה
ז	e	ſ	d	g	c	a	ξ	i	κ	ו
ח	αω	ξ	δ	δ	χ	δ	b	t	c	ז
ט	i	f	a	d	c	b	e	g	i	ח
י	g	ξ	χ	ν	e	f	γ	α	κ	ט
א	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	י
										א

Tota

Tota hæc figura ſeu Tabula quatuor tetragonis conſtat, ut patet. Sicut enim corpora mathematicè ſecūdum ſuperficiem ea tantum locum replent, quæ totū ſpacium circūſtans aliquem punctum in ſuperficie plana, ſuperficiebus occupant: tale autem ſpacium cum quatuor rectos angulos ualeat, ab his tantum ſuperficiebus repletur, quarum aliqui anguli iuncti, quatuor rectos ualēt, ut ſunt trigonus, tetragonus & hexagonus: unde ſex trianguli iſopleuri, quatuor tetragoni, & tres hexagoni locū replent: ſic figura præſens ſecūdum ſuas ſuperficies omnem omnium ſcientiarum locum occupat, exponendo, ſoluendo, & uarijs modis de quouis propoſito diſſerendo, abſolutè & ſimpliciter tractat: habens quatuor angulos rectos, nempe quæſtiones, prædicata, ſubiecta & ſtatum artis. Hinc meritò quatuor tetragoni in hunc modū diſpoſiti, modò tetragonorū occupant, & implicant omnium ſcientiarum ſolutiones, obiectiones & confirmationes ſiue probationes. Habet namq; quoduis quadratum æquilaterum & parallelogramma 81 certos continentia puros & ineffabiles locos, quibus ſecundum proceſſum figuræ omne ſcibile determinatur. Cęterùm partes Topicæ in hac figura ſunt prædicata, ſubiecta, regulę ſiue quęſtiones, contractionum ſpecies atq; ſtatus: & hę quidē ſimplices. Mixtæ uerò ſitæ ſunt in parallelogrammis figuræ definitionis, oſtenſionis, diuiſionis τῆς ὁμονοίας, ſpecierum quæſitiuorum, ſymboli, baſis & proportionū. Simpliciū ordo eſt diſtinctus tetragonis. Duplices enim ſunt in tota & coniuncta figura tetragoni, ſiniſter & dexter: hic ſuperior & inferior, ille ſimiliter. Dexter ſuperior habet prædicata abſoluta, in linea contraria: ſpecies contractionum, in linea ſubcontraria: & in ſubalterna ſiniſtra quæſtiones, dextra ſtatum. Siniſter uerò ſuperior in contraria linea, prædicata reſpectiua: ſubcōtraria, ſpecies contractionum: dextra ſubalterna, ſtatum: ſiniſtra, quæſtiones. Siniſter inferior in contraria, contractionum ſpecies: in ſubcontraria, ſubiecta moralia: in dextra ſubalterna, ſtatum: in ſiniſtra, quæſtiones. Omnia uerò hæc & ſingula ſuo modo ſunt intelligenda. Mixtæ par-

tes modo mixto inſeruntur, & tetragonorum parallelo-grammorum naturam induunt.

Proceſſus figuræ, ſeu Tabulæ uniuerſalis.

Cognitis figuræ partibus, facile eſt inſtituere ipſius proceſſum, præſuppoſito modo applicandi, ſiue implici ti ad explicitũ, ſiue extranei ad intraneum, ſiue abſtracti ad concretum per gradus ſpecierum, reducendo peregri nos terminos ad terminos artis, & artificialiter diſcurrendo. Primus uerò proceſſus eſt in uirtute iſopleuri, qui à quauis parte tetragoni procedit, tam à contrario, quàm à ſubcontrario, & ab utraq; ſubalternorum parte iuxta cuiuſuis lateris uirtutem. Iſopleurus enim contractionis contrahit, ſubiectorum ſubijcit, quæſtionum quærit, ſtatuum diſponit, inueſtigãdo media ad concludendũ, & c. ſimiliter in alijs tetragonis intelligendo. Secũdò fit proceſſus contradictorius, cum ſubiecta fuerint in extremitatibus. Tertiò proceſſus datur rhombus. Quartò, æquilaterus rectangulus. Quintò, pyramidalis lateralis & rotũdi. Sextò, ſcalenos. Septimò, iſoſceles. Octauò, orthogonius. Nonò, ambligonius. Decimò, exigonius. Vndecimò, ſphæricus. Duodecimò, tetrahedrus. Decimotertiò, octohedrus. Decimoquartò, hexahedrus. Decimoquintò, icohedrus. Vltimò, duodecahedrus.

Definitiones proceſſus.

Iſopleurus, eſt triangulus ex lineis æqualibus. Rhombus, eſt quatuor linearum æqualium, non orthogonaliter, ſed tangentium concurſus. Aequilaterus rectangulus eſt, quatuor linearũ æqualium orthogonalis concurſus. Pyramidale rotundũ, eſt tranſitus trianguli rectanguli, alterutro ſuorum laterum rectum angulum continẽtium fixo: & donec unum ad locum moueri cœpit, redeat, triangulo ipſo circũducto huius baſis eſt circulus. Pyramis laterata, eſt figura corporea, quam continent ſuperficies ab una: quarum reliquæ ſunt ad unum oppoſitum punctũ ſurſum erectæ. In corpore enim pyramidali laterato cunctæ ſuperficies ipſum ambientes, ab ipſa baſi ad unum punctum eleuantur, quę conus pyramidis dicitur. Iſoſceles eſt, triangulus ex duabus lineis æqualibus,

cum inæquali. Scalenos eſt, triãgulus ex tribus inęqualibus lineis. Orthogonius eſt, triangulus habens unum rectum angulum. Ambligonius eſt, triangulus angulum habens obtuſum. Exigonius eſt, qui omnes habet acutos angulos. Corpus ſphęricum eſt, corpus rotundũ, unica ſuperficie contentũ, in cuius medio punctus eſt, à quo omnes lineæ ductæ ad ſuperficiem continentem ſunt æquales. Corpus conicum eſt, quod habet angulos. & eſt quintuplex: ſcilicet tetrahedron, quod ex quatuor triangulis iſopleuris eſt conſtitutum, habens angulos planos duodecim, qui quatuor ſolidos efficiunt: in eo enim tres plani unum cõſtituunt ſolidũ, atq; huic ſapientes ignem attribuebant, eò quia ignis ſub pyramide ſcilicet laterata ſurſum uidetur ferri. Octohedron eſt, quod ex octo iſopleuris integratur, & habet angulos planos uiginti quatuor, & ſex ſolidos: in eo namq; quatuor plani unum ſolidum faciunt, cui ſapiẽtes aerem tribuebãt, eò quia in motu ſurſum ignem ſubſequitur. Hexahedron eſt, quòd ex ſex ſuperficiebus quadratis æquè lateribus, & ęquè triangulis integratur, quorum quilibet in quatuor iſoſceles reſoluitur, & continet angulos planos uiginti quatuor, & octo ſolidos. atq; alio nomine dicitur corpus cubum, teſſeræ habens ſimilitudinem: cui terram propter eius immobilitatem tribuebant. Duodecahedron eſt, quod ex ſuperficiebus pentagonis duodecim integratur, & habet angulos planos 60, & ſolidos 20, in ipſo tantum mper tresplani unum ſolidum faciunt. & huic attribuitur totum uniuerſum, in quo ut ſunt 12 ſigna, & gradus 360: ſic & in illo corpore ſunt pentagoni 12, quorum quilibet in quinque iſopleuros, & horum ſinguli in ſex ſcalenos partiti, 360 ſcalenos efficiunt: aut quia cætera omnia inſtar uniuerſi continet. Icohedron eſt, quod ex 20 iſopleuris componitur, & continet angulos planos 60, atq; 12 ſolidos. in eo ſiquidem ſemper quinque plani unum ſolidum faciunt. Et hoc corpus aquæ attribuitur, eò quia aqua ſua fluxibilitate ualde mobilis eſt. Hîc aduertendum eſt diligenter, quòd definitiones proceſſus non ſecundum corpora conſiderentur, ſed quo

ad dimen-

ad dimenſiones corporum. Omnes enim figuræ aptiſsimè conueniunt, ſicut experto conſtabit. Præterea uellem, ut tyrones huius artis prima uice non contenderent euacuare corporũ dimenſiones, quæ ſanè difficiles ſunt: niſi prius figuras percognitas & in promptu habuerint, tũc proculdubio & hęc difficultas etiã ultrò ſe patefaciet.

Euacuatio iſopleuri à prædicato.

τὸ μέγεθος ἐστὶν ἀρετή. Iſopleurus cõtraria adducit media huius propoſitionis: ut affinitas, uirtus, conſtantia, ſubſtantia, identitas, finitio, origo & principium operationum. Subcontraria uerò actio אל, laus, origo, corpus, obiectum, delectatio. Item ſubalterna ſiniſtra, poſitio, linea, interpretatio, æternum, particulare עולם gloria, natura. Subalterna uerò dextra, cognatio inſenſibiliũ, intellectio, creatura, planicies, δύναμις, diffuſio, Deus.

Euacuatio iſopleuri à ſubiecto.

אנוש ואמית cõiunguntur iſopleuro contraria: ut, conſtructio, extẽſio, interpretatio אל, ἡ ἀρετή, τὸ συμβεβηκός, negatio. Subcontraria, ut deſiderium, eſſe, creatura, relatio, potentia, coniunctio, unio. Iſopleuro ſiniſtra, ut poſitio, principium, ſenſus, neceſsitas, locus, finis proprię paſsiones: dextra, ut ἡ ἀρχή אל diſcurſus, origo, conſtantia, cauſa, actio.

Euacuatio iſopleuri à reſpectibus.

ἡ ὁμόνοια ἐστὶν ἴσος. Iſopleuris contraria, delectatio, modus, propinquum, concretum, tranſitio, quantitas, habitus, ſubcontraria, medium, cõuenientia, inſenſibilis, conſtantia, multiplicitas, diſcurſus, potẽtia, principium operationũ. Subalterna, ſiniſtra, appetitus, eſſe, dominium, ratio, diſcretio, meditatio, ubi. Subalterna dextra, propriæ paſsiones, actio, uirtutes, compoſitum, cauſæ, cognitio, finis.

Euacuatio iſopleuri à moribus.

ἡ φρόνησις ἐστὶ σοφή. Iſopleurus cõtraria, propriæ paſsiones חוה, uirtutes, entia, qualitates, genus, τὸ τέλος. Subcontraria אל cognitio, dominium, planicies, dictio, diffuſio, proportio inſenſibilium, ſubalterna ſiniſtra, τὸ συμβεβηκός αἰτία, obiectum, uniuerſitas, conuenientia inſenſibilium

sibilium

ſibilium,modus,finis. Subalterna dextra, actus, δύναμις, laus,multiplicitas,corpus, ἡ ὁμόνοια,delectatio.

Euacuatio proceſſus contradictorij à prædicato.

ἡ ἀγαθότης ἐστὶ δόξα. Siniſtra ſubalterna,ἔτυμον,accidēs, proportio,ſenſus,cauſæ, effectus, intellectus,oppoſitio, origo operationum.Dextra ſubalterna,κατάληξις,deſiderium, operationes, adoleſcens, forma, αἰτία, obiectum, tempus,χρόνος,ſubſtantia.

Euacuatio iſoſcelis à prædicato.

ἡ δύναμις ἐστὶ θέλημα. Subcontraria, opera,productio, corruptio, origo, corpus, pullulatio, ſeminaria naturæ uirtus, &c.

Euacuatio ſcaleni à prædicato.

ἡ δύναμις ἐστὶν ἀρετή. Subcontraria, plenitudo, forma, corpus,creator,actus,operationes,obiectū,materia, &c. A' ſubiecto,reſpectu & moribus contrariè atq; ſubalternè in ſcaleno, iſoſcele, & contradictorijs, eodem modo procedere poteris, quo in iſopleuro patefactum eſt. Singulorum enim euacuationem quo ad præſens facere eſt ſuperuacaneum: in ipſa ἀγυρίκῃ fuſius de hac re diſputatur. idem & in cæteris obſeruabimus. Notādum quoq;, ſæpe uoces coincidere in uno proceſſu: ſed in propoſito, diuerſo reſpectu eſſe. aliud enim eſt δύναμις in iſopleuro prædicati, aliud ſubiecti. ibi eſt actio, hîc paſsio: ibi ſpecies, hîc gradus, &c. ut ſuperius patet.

Euacuatio æquilateri rectanguli à prædicato.

ἡ ἀγαθότης ἐστὶ δόξα. Contraria, ſubſtantia, conuerſio, coniunctio, increati & creati, actio, motus, affirmatio, partes, origo operationū, principium operationū. Subcontraria,etymon,aſſertio,proportio diuinorum, plenitudo,quantitas, ſeminaria naturæ uirtus, materia, delectatio,eſſentia. Subalterna ſiniſtra, ſubſtātia, poſitio,accidentia cōmunia,eſſentia, diſtributio, dominium,coniunctio ſenſibiliū,numerus,etymon. Subalterna dextra, origo operatiua,proportio inſenſibilium,medium,creatura,actus,potentia,operationes,obiectum,materia.

Euacuatio rhombi à prædicato integra.

Cognitio altiſsimarum rerum eſt prima ſapiētia. Di-

 ſtributio,

ſtributio, perſona, tempus,ens,motus, proportio inſenſibilium,intellectus,extenſio,electio,eſſe,agere,pati, exiſtere,operationes,pullulatio,quantitas,uniuerſitas,proportio ſenſibilium, homo ſiue creatura participationis, diſtinctio iuſticiæ.

Euacuatio pyramidis rotundæ à prædicato.

ἡ δύναμις ἐστὶν ἴσος. Subcõtraria,opera,productio,corruptio, ſenſus, excurſus, corpus, difficultas, ens, motus, proportio inſenſibiliũ,impar, effectus, planicies, adoleſcẽs, forma, animatũ,pullulatio,ſeminaria naturę uirtus.

Euacuatio pyramidis lateratæ à prædicato.

ἡ δύναμις ἐστὶν ἴσος. Subcõtraria,plenitudo אל,gloria, prędicatum,æquale,ſubiectum,ſpiritus creati,neceſsitas motus,planicies,creator,diffuſio, obiectũ, ſeminaria naturę uirtus. Simili ratione de orthogono,ambligonio,& hexigonio,ſuo modo proceſſus eſt formãdus. Corpora aũt ſphęrica quarta figura cõplectitur: & conica ex compoſitione figurarum,ut in definitionib. patet, ſcaturiunt.

Vſus uerò iſtius proceſſus eſt maximus,plurimũ enim conducit ad cuiuſuis thematis rationes cõquirendas,ad cõcludendum aliquid de aliquo. Si enim uel prędicatum mutatũ fuerit, nouẽ alia media propoſiti ſurgũt. Sic hæc ars uincit omnem inopiã & indigẽtiam, & quę exhauriri non poſsit. Item conducit ad ornatũ ſermonis; adminiſtrat enim indubitatos locos ſermocinandi, adhibita Clauę artis. Tandẽ in cõiunctione formãtur argumenta cuiuſuis thematis: ut, propoſitio iſopleuri à prędicato, ut ponte τὸ μέγεθος ἐστὶν ἀλήθεια, ſecundũ quatuor ordinũ naturã poteſt deduci hoc pacto: Omnis affinitatis actus eſt de neceſsitate ueritas: Magnitudo eſt affinitatis actus: ergo, &c. Omnis uirtus eſt ueritas, magnitudo eſt uirtus, ergo, &c. & ſic conſequẽter. Si aliqua harũ negatur, ordo docebit probare, ut ſuperius abũdè habetur. In diſpoſitione fiunt orationes, & modus in quouis negotio enucleando procedẽdi. Poterit enim hic aceruus uocum eodem pacto diſponi, & generali coordinationi ſuperius edoctę accõmodari. In proportione fiunt cognationes rerum, qua συμπάθεια earundem oſtenditur. Has probamus hoc

imus hoc pacto, אנוש ואמת: quod cõſtructio in deſiderio, hoc angelus in ueritate: ſed conſtructio in deſiderio eſt uerax: igitur, &c. angelus in ueritate.

משפת

חגב	תמד	גלש	ריב	אקב	מסו	זעש	ופה	טצג
איש	בלת	במג	דגמ	חסט	ועי	זפג	בקר	חטצ
טפט	חעמ	זסב	וגת	חמש	דלר	גיק	צגר	באב
אקג	טבר	וחג	שטז	דתמ	וחב	גצב	ופע	למס
חאט	אקפ	יגב	שטג	טחב	תמל	עבר	מתד	גבד
וחס	מלש	גבג	שרד	ריצ	נשז	תמב	אחח	דתמ
סבק	טשמ	ודר	מסע	לחב	רור	דזג	בצי	פעט
גקב	יצב	ופק	גפע	ורח	טחב	למא	טצג	צבס
טרל	ורת	יתב	גבח	טרג	תמט	וחב	רול	עתד
למז	מבר	בגא	טגא	מתח	צצג	יחד	גדפ	צבע
תבד	מסס	חרס	גקב	חאט	סקב	יטמ	אקל	שצב
משפ	יצר	ופר	בגב	גרק	גמש	שטר	ספע	ערג

מון הוא

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט
י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ
ק	ר	ש	ת	כ	מ	ט	ו	ג

שבר

IN LAUDEM REUOLUTIONIS ALPHABETARIAE, IOANNIS Rexij Auſtriaci carmen.

Mentibus hunc hominum naturæ prouida cura
Igniculum è ſuperis, Lector amice, dedit:
Abſtruſas rerum cauſas qui inquirere poßit,
Abditaq; inueniat qui ratione ſua.
Hinc fit, quòd plures pandant myſteria cœli,
Quæ tamen à uiſu ſunt aliena tuo.
Sic miramur Ariſtotelem, magnumq́; Platona:
Sic uatem Aſcræum, Mæoniumq́; ſenem:
Tanta quod humanis ſcrutati uiribus, ultra
Captum conatus exeruere ſuos.
Attamen hi laudem ſibi demeruere, decuſq;
Scriptis, quæ noſcent ſæcla futura, ſuis:
Scriptis, quæ uarios fugiunt ſpacioſa receſſus,
Omniſcium ut ualeant erudiiſſe uirum,

Hinc non in ſummo ſtatues monumenta Sophorum,
  Magna tamen digna laude uigere decet.
Aſt illis hoc exiguo conſcripta libello
  Ars uix in paucis æquiparanda uenit.
Nam quanto eſt doctrina alia ſublimior, illam
  Sic linquit uictrix inferiore gradu.
Non etenim incedit conſtricto tramite clauſa,
  Ampla ſed in uarias finditur ipſa uias.
Arte nec, ut reliquæ, tantum uerſatur in una:
  Nec leuiter doctos hæc facit eſſe uiros.
Sola ſed hæc alias gremio complectitur omnes,
  Quæ poſſunt artis nomen habere, ſuo:
Sic ut ei uerè Pandoræ munera diæ
  Culmine de cœli cuncta tributa putes:
Reddere quæ (mirum) ſtudio polyhiſtora poßint
  Perfacili, cunctis conſpicuumq; plagis.
Namq; iuuent aliquem ſeu Sacra uolumina, ſacro
  Quæ generi humano protulit ore Deus:
Seu quem delectent Iuris decreta ſeueri,
  Fontibus è liquidis Balde petita tuis:
Seu Medicas adhibere manus, auertere morbos,
  Diſcereq; ambages docte Galene tuas:
Noſcere ſiue placet Sophiæ penetralia cultæ,
  Totius hîc artis dogmata ſancta patent.
Adde, quòd hîc abſtruſa latent, quæ cognita paucis,
  Nec ſcriptis unquam docta fuêre prius.
In ſumma, quaſcunq; poteſt quis iure uocare
  Artes, has uno hîc faſce libellus habet.
Qui uel in exiguo maiorem reddere poſſet
  Tempore, Romanus quàm Appion ille fuit.
Multorum hoc exempla ſatis teſtantur abundè,
  Quorum perpetuò fama ſuperſtes erit.
Hoc namq; auxilio multi euaſere repentè,
  Laude ſua implentes Solis utramq; domum.
Vt non immeritò poßit quis dicere, tales
  E' cerebro ſummi proſiluiſſe Iouis.
Sæpius ergo legas: myſteria magna uidebis,
  Ingenij culta dexteritate data.

FINIS.

DIALECTICA CONTEMPLATIVA, AD CONSEQVENdos ſcientiarum habitus, perquàm utilis ac neceſſaria:

PAVLI SCALICHII DE LIKA, COMITIS, &c. AD MAGNIFIcum uirum, Dominum Magnum ab Eck, Imperatoriæ Maieſtatis conſiliarium digniſſimum, ſcripta.

DIALECTICA contemplatiua eſt lumen intellectus, in proprio obiecto, Magnifice Vir, habens naturalem & concreatum habitum. Quo concluſiones ipſas, ex quibus ſæpè iteratis ſcientia naſcitur, primò acquirimus: deinde prima principia, quæ intellectum pariunt: poſtremò, altiſsimas rerum cauſas, quę ſapientiam producunt.

Quod autem humanus intellectus magna difficultate hunc habitum attingat, fit eò, quia non eſt finitus ſimpliciter, ſed immerſus infectæ materiæ: ex qua oritur circa finem error, & producitur modus habendi ad finem uagus & ambiguus.

Quãuis intellectus ſit præcipua cauſa, quæ uoluntatem flectit ad dilectionẽ & electionem: non tamen natura, præſertim in ijs quæ ad Deum ſunt. Actus enim perfectionis, in quo reliqui continentur, & diriguntur propter certitudinem ſui ipſius, quæ recipit omnia obiecta conuertibiliter, reſtrictus eſt. Quoniã poſt præuaricationem primi parẽtis, primũ ſcibile mutatũ eſt in poſterius.

Itaq; inueſtigare cupientibus hunc uniuerſalem ſcientiarum habitum, quo intellectus in omni ſcibili diſcurrit, trigonus in primis cognoſcendus eſt, qui cõſiſtit in elementis ſimplicib, & diuinis rebus. Nam hinc eſt eruen-

dus procedendi à notioribus nobis ad notiora naturæ, à ſenſibilibus ad inſenſibilia.

A' primis ergo creaturarum eſſendi actibus ſumendi ſunt in natura actus intelligendi. nam primis neglectis, negliguntur & ultimi: & quemadmodum ſe habet res ad eſſe, ſic & ad intelligere. Quapropter rectè ab eſſe præſens inſtitutum ordiamur, quod in decem prædicamenta diſtribuitur.

Prædicamenta autem ſunt decem uniuerſalia, inter ſe æqualia, & niſi ordine quem habent differentia. Subſtantia ſiquidem, prior eſt omnibus accidētibus natura. quędam enim præſupponunt ſubſtantiā abſolutè, quædam reſpectiuè. Deinde ſubſtantia eſt quoq; prior ipſa perfectione: quoniam eſt per ſe, in ſe, de ſe, propter ſe, & ſui cauſa. Reliqua uerò prædicamenta, per ipſam, in ipſa, de ipſa, propter ipſam, & ipſius poſſeſsiuè.

Dicitur hęc ſubſtantia, quoddam bonum, magnū, potens, &c. & ratione concreti includit tam formalia, ut durationem, ſapientiam, uoluntatem, &c. quàm materialia, ut eſſe, proueniens ex cuiuſuis actu, potentia & obiecto.

Hic obſeruandum eſt, principium principij eſſe formam, & uiciſsim materiā, diuerſis tamen reſpectibus: ut uirtus ueritatis, & econuerſò. Item, quodlibet principium poteſt eſſe cauſa & formalis & materialis ſui totius: quod eſt ipſa ſubſtantia, conſtituta ex principijs per mutuam informationem, aliàs chaos, aliàs ens informe à philoſophis uocitata, recipiens omnem formam aduenientem.

Cæterùm ſubſtantia, quatenus ſubſtantia, quoniam indeterminata eſt, ideo peculiares formæ productæ exiſtunt, aliæ corporeæ, aliæ uerò incorporeæ, per quas nobis ſubſtantiæ innoteſcunt. Quo fit, ut incorporeæ ſubſtantię, cum ſint remotiſsimę, & à ſenſibus & ab ipſa imaginatione: ſunt quoq; ad cognoſcendum difficillimæ: ſiquidem tota ferè noſtra notitia à ſenſibus pendet. Ergo primò formas corporeas conſideremus, tum demum ad incorporeas migrabimus.

Forma corporea eſt ſimplex eſſe creatum, uirtutis dimenſiones

menſiones habens, ordinatum naturaliter, ratione mediati ad finem immediatum: in quo principia communicatiuè conſiſtunt, & ſunt uelut attributa inſeparabilia.

Immediatus autem finis eſt, ipſe actus: mediatum uerò, eſt ipſa potentia: quæ partim in materia, partim in diſpoſitione uerſatur. & hac mediante, agens uis ſeu forma communicatur ſubiecto, compoſitum producens ad ſimilitudinem ſuam, qua differat à reliqua multitudine formarum: cum reuera una ſit potentia indeterminata, omnes formas apta nata recipere, quamuis diuerſæ diſpoſitiones, quæ fiunt ex concurſu obiecti & ſubiecti.

Itaq; mutua hæc informatio gignit unum quid, in quo conueniat omne eſſe: hoc eſt, omnia prædicamenta eluceſcant, in illo uno reſultante, cui omnia principia rectè communicantur per eſſe: utpotè bonitas, magnitudo, educatio, &c. & rectè tandem dicitur res bona, magna, iuſta, &c. ſiquidem chaos confuſum corporeum recipit ex diſpoſitione aptitudinis quãcunq; formam corpoream, per quam ab alijs ſeparatur.

Tum demum naſcitur corpus, in quo ſecundum differentiam conſiderantur quatuor: uidelicet principiũ, medium, conſiſtentia, & proprietas. Principium quidem triplex: effectiuum, ut Deus: eſſentiale, ut ſunt abſolutæ partes totum conſtituentes: coeſſentiale, ut forma & materia in compoſito. (idem in ſimplicibus quoq; eſt conſiderandum.) Medium uerò tot modis dicitur, quot & principium. ſic medium principij effectiui, eſt abſtracta ratio corporis cum ſubſtantia: medium principij eſſentialis, eſt mutua informatio: medium principij coeſſentialis, eſt actus actiuus, formæ in materiam, & materiæ ſub forma. Conſiſtẽtia eſt duplex. Extrema, quę eſt duarum partium connexio: ueluti ſubſtantiæ, & quod eſt ratio corporis. altera pars cõſiſtentię eſt finalis, quę dicitur ipſum totũ: ut corpus. Proprietas eſt finis immediatus, quo ad actum: ut cuiuslibet animalis ſimilis productio.

In eſſe corporeo ſiquidem nulla eſt determinata contractio, ad quam referri poſsit: ideo productę ſunt quoq; peculiares formæ, nempe ſphæræ cœleſtes, elementa, radix ue-

dix uegetatiui ſimplex, ſex formæ ſenſuum, & ratio imaginatiui ſimplex.

Iſte ordo formarum totum requirit cōpoſitum, item proprietatem & actiuam & paſsiuam: deinde æqualem habitudinem tam cœlorum quàm elementorum.

Elementorum eſſe antecedit potentiã, uegetatiuam, ſenſitiuam, imaginatiuã, & rationalem: quod uel ex eorum operationibus patet.

Ignis proprietates ſunt, calidum, lucidũ, & ſubtile maius. Aeris autem, humidum, diaphanum, ſubtile & leue minus. Aquæ porrò, frigiditas, albedo, craſsities & ponderoſitas minor. poſtremò terræ proprietates ſunt, ſiccitas, nigredo, craſsities, & ponderoſitas maior.

Ex qualibet iſtarum proprietatum, cum cauſa formali & materiali, mediante mutua informatione, conſtituitur una determinatio, ſub ſpecie cuiuslibet iſtarum formarũ: ut, ex forma ignis & primo corpore cōſtituitur ignis, &c. ſic ex aggregatione ſingulorũ naſcitur elemẽtum, quod æqua ratione & ſubſtãtias & accidẽtia recipit: & quemadmodum ex ſubſtantijs ſubſtantia, ſic ex accidentibus determinatio quædam æquali gradatione equaliter reſultat, quod materia prima omniũ generabilium & corruptibilium dicitur, in qua principium effectiuum eſt Deus abſolutè, & quatuor elementa reſpectiuè.

Principium aũt eſſentiale quatuor elementa, ut cauſa formalis & materialis. Principium deinde coeſſentiale, forma & materia, ut componuntur ex ſimplicibus.

Elementa medium principij effectiui dicuntur. quemadmodum enim eorum mutua informatio medium principij eſſentialis eſt, ſic actus actiuus formæ in materia, & paſsiuus materiæ ſub forma, medium principij coeſſentialis dicitur.

Proprietas materiæ quamuis nulla eſt actiua, paſsiua tamen rectè nuncupatur, eò quia eſt ſubiectum omnium formarum aduenientium: quæ etſi nullam in ſe habeat, potentia tamen eſt ad omnes talis.

Itaqꝫ primo conſtituto, quod ex unione elemẽtorum reſultat, & per quod contrahitur, mutua informatione,

totum

totum uniuerſum, & ſingulę partes, inſeritur forma uegetatiua, unà cum cæteris, in qua pari ratione, ut in elementis conſiderantur, principium, medium, conſiſtentia, & proprietas, ſecūdum ſpeciem & naturam ſuam, qua apta nata eſt producere ſibi ſimilem. Idem omnino proceſſus eſt in forma ſenſitiua & imaginatiua: hoc unico excepto, quòd prima recipit ſecundam formam immediatè, tertiam uerò mediante ſecūda. ut forma uegetatiua ineſt elementatiuæ, ſine aliquo medio formæ ſpecialis: ſenſitiua uerò ineſt elementatiuæ, mediante uegetatiua forma. & econtrà, nimirū elementatiua ſenſitiuæ ineſt, mediante uegetatiua forma Similiter dicendum de imaginatiua, quæ complectitur appetitiuam, retentiuam, & æſtimatiuam, ut potentias uirtutis.

Atq; hæ formæ omnes ſunt fundatæ in materia prima omnium generabilium & corruptibiliū, quæ dicitur elementatiua, ſiue elementum cōmune: ingenerabiles tamen & incorruptibiles, ſecūdum iſtud eſſe: generabiles uerò & corruptibiles, ſecundum eſſe particulare, ſeu ſecundum gradus earum, quos aſſequuntur per agentia naturalia.

Quo fit, ut ex materia prima & formis iſtis, reſultet unum artificium naturæ: in quo, & per quod producuntur, & in eſſe deueniunt omnia particularia elementata, tam abſoluta quàm ſubunita.

Abſoluta tripartita ſunt: primum elementatum eſt ex quatuor elementis, & æquali coaceruatione accidētium conſtitutum, quod materia prima nuncupatur. Deinde eſt quidem ex elementis ęquali coaceruatione accidentium, ſed inæqualiter conſtitutum adminiculo proprietatis loci: quod rectè dicitur ſphæra elementorum, ignea, aerea, aquea & terreſtris. Poſtremò dicitur conſtitutum inæqualiter, & ex inæquali coaceruatione accidentium, & eſt prima cauſa generationis & corruptionis. hinc enim naſcuntur metalla, aurum, argentum, gypſus, calx, ſulphur, lapides, plantæ, herbæ, frutices, exaltationes, uapores, nubes, grandines, coruſcationes, tonitrua, fulgura, cometę, atomi, & ſimilia. Omnia hęc propriè dicuntur ele-

tur ele-

tur elementata abſoluta, quoniam in eis uniuntur formę ſimplices: & ſunt effectus, & finis omnium uniuerſalium, ſuo modo.

Subunita elementata proueniunt ex eiſdem fontibus, utpote ex elementis & eſſe ſingularum formarum propriæ ſpeciei, quæ producit ſibi ſimilem: ut uegetatiua forma parit plantam: ſenſitiua unum quid quod eſt animal, aliud quidē aereū, ut muſcę, cicades, papiliones, &c. aliud aqueū, ut cancri, conchæ, &c. aliud terreſtre, ut ſcarabæi, formicæ, & cæteri uermiculi terræ. Imaginatiua quoq; producit animal, ſecundū ſuum naturalem ordinem, pręſuppoſitis hiſce duabus formis, quę exiſtunt generando, & corrumpendo priuantur, non ſecus ac cætera elementata, in tribus dictis ſphęris: in aere aquila, uultur, colūba, turtur, &c. in aqua balenæ, delphines, uituli marini, &c. in terra, leo, bos, aſinus, &c.

Hinc eſt, quòd omnia hæc generantur & producūtur in eſſe indiuiduo, per agētia uniuerſalia, cum auxilio particularium & influentia ſuperiorum. ſiquidem & ſpecies generum, primum agens, in primis indiuiduis patefecit, ut ex ſingularibus uniuerſalia conſiderarentur. Primis enim indiuiduis à natura ineſt modus iuuādi & imprimendi ſingula elementa, ſecundum ſpeciem ſuam: quæ quidem impreſsio nihil aliud eſt, quàm determinatio cauſarum uniuerſalium, ſecundum ſpeciem & naturam ſingulariū. ut uiuum utitur forma uegetabili: acquirit alimentum, quod cōuertendo in alitum uel ſubſtantiā aliti, indiuiduo imprimit, & hac impreſsione indiuiduū cōſeruat.

Actus autem proprius formę uegetatiuæ, eſt transmutare unam ſubſtantiam in aliam: quod fit mediātibus pluribus potentijs. Aliæ enim ſunt quę præcedunt actū mutationis, utpotè appetitiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua: & ſingulæ harum utuntur proprio elemento, tanquam inſtrumento. ſic appetitiua aere, qui implet: retentiua utitur aqua, quæ reſtringit: digeſtiua igne, qui dilatat: expulſiua uerò utitur terra, quæ euacuat.

Propter haſce potentias, habet ſuos actus: nimirū appetere, retinere, digerere & expellere. Nam per appetitiuam ap-

uam appetit extrinſecũ, ut ſuam naturam conſeruet: per retentiuam retinet, per digeſtiuam digerit, & natura ſagax ſeparat purum ab impuro: quod impurũ deinde expulſiua pellit, ipſum autem purum in epate reponit. Rurſus digerit & ſeparat, atq; impurum in urinam pellit, purum uerò humorem conradicalem gignit. Purũ autem bifariam cõſideratur. primò dicitur ea portio ſanguinis, quæ in uenis ponitur. Deinde portio quæ in locum generationis reponitur, in qua fit impreſsio generãtis, nec alia indiget digeſtione. Cæterùm in uenis humidũ conradicale iterum digeritur, ac purum ſeparatum ad conſeruationem humidi radicalis mittitur: impurũ autem producit ſuperflua corporis, ungues, capillos, ſudorem, &c. Dicitur autem illa conuenientia ſiue proportio ſubſtantialis elementorum neceſſaria ad introductionem formę, quę fuit in illo inſtanti productionis ipſarum formarum ſubſtantialium.

Sunt præterea aliæ potentiæ quæ ſequuntur dictum actum, nempe generatiua, corruptiua, augmentatiua, diminutiua, lineatiua, membrificatiua: quarum actus ſunt, generare, corrumpere, &c. Cum enim illa portio quæ ad locum generationis repoſita eſt, deciditur ab agente particulari, uidelicet à ſorte in actu generationis ſeu coitus, mittitur ſiue ſeminatur in campo naturæ, id eſt, in matrice: tunc uniuerſalia agentia agunt & diſponunt ipſam materiam ſiue ſemen, mutando ex una diſpoſitione in aliam, quouſq; introducitur ipſa anima uegetatiua. per ſimilem diſpoſitionem ſuperadducitur anima ſenſitiua, & imaginatiua, cum aptitudine ad recipiẽdam animam rationalem. Atq; hæc eſt integra diſpoſitio materiæ, mediantibus influentijs corporum ſuperiorum: & hic eſt finis totius naturæ, ad quem omnia uniuerſalia ordinãtur.

Porrò ut hæc magis eluceſcant uniuerſali & metaphyſico artificio, paucis oſtendemus: primò in eſſe confuſo, deinde in eſſe diſtincto. Quapropter inquirẽdum eſt de imaginatiua forma, ſecundum Alphabetariæ reuolutionis ordinẽ, utrum ſit, quid ſit, de quo, quare, quanta, qualis, quando, ubi, quomodo, & cum quo ſit.

¶ Quæſtio prima includit tres ſpecies: dubitationem, affirmationem, & negationem. quæ nullā habet, quoad ſe, inquiſitionem: ſed ad inueſtigandam ueritatem, alias regulas cōſulit: quibus mediantibus, depromere uerum aut falſum poſsit.

Reſpondens attendat diligenter ſenſum quæſtionis, & recondat actū ipſius. Deinde per hypotheſin utramq; partem diſiunctiuo themati includat. poſtremò iuxta regularum artificium reſpōdeat: facta nimirum dubitatione quaſi determinabili, affirmatione & negatione, iuxta ueritatem in cæteris regulis repertam dicat.

Iſta autem regula non perueſtigat, nec per eam queritur de aliquo ſenſibili apparenti, nec de aliquo credibili ſub ea ratione: ſed de omni actu eſſendi cuiuslibet intelligibilis, aut imaginabilis, & ſenſibilis abſentis. Quo fit, ut & quæſtio dicatur, quia per eam in dubiū uocatur actus: & regula, quia ordinat intellectū, ad debitè & ordinatè ſecundum naturam rei reſpondendum.

¶ Quæſtio ſecunda eſt terminus interrogatiuus, quo queritur de ipſa ſubſtantia rei, per quatuor ſpecies correſpondentes ſubſtantiæ, per totidem eſſendi actus. Siquidem de omni ente, primùm omnium per iſtam regulam, Quid ſit inueſtigatur: deinde, quid in ſe cōtineat: tertiò, quid ſit in alio: poſtremò, quid in alio habeat.

Per primam ſpeciem ſiue interrogationē dirigitur intellectus, quòd ens ſit in ſe: ideo docet reſpondere ad quæſtionem factam per ſubſtantiam abſolutam. & quia differentiæ rerum ſunt nobis ignotæ, circumſcribendæ erunt per proprias paſsiones. Cum igitur quæritur de imaginatiua forma, quid ſit in ſe: dicendum eſt, quòd ſit id cui propriè competit imaginatum componere. hæc autem differentia non ponitur hic per ſe, ſed loco differentiæ intrinſecæ. aliàs ſi daretur definitio per extrinſecum definiti, non eſſet ſubſtantialis.

Per ſecundam ſpeciem ordinatur intellectus ad eſſentiam interius continentē: hoc eſt, ad ſua intrinſecè incluſa, in ſe abſtracta & abſoluta: ut intelligētia, bonitas, &c.

Per tertiam ſpeciem idem reſpondetur, ſed concretè, ſeu,

ſeu reſpectiuè: nempe, quid eſt in alio? eſt forma, potentia, pars, finis, totum, perfectio, effectus, plenitudo, &c.

Per quartam ſpeciem dirigitur mens ad eſſentiã contractam: uelut ad habitum, & ad actum operandi, tam proprium quàm appropriatum.

¶ Queſtio tertia eſt terminus interrogatiuus, & explicitus, continens implicitè alium terminum, uidelicet Cuius. per quæſtionem uerò De quo, inueſtigatur eſſe materiale, duas habẽs ſpecies, ſecũdum duos ordines ſeu habitudines, quos intellectus habet ab ipſa re: quorũ alter eſt deſumptus ab ordine tractandi, prout reſpicit inferiora: alter uerò, prout ſe habet ad ſuperiora.

Quapropter hæc regula duas habet ſpecies, quibus intellectus ordinatur tam ad modum interrogãdi, quàm reſpondendi. quarũ prima eſt, De quo ſit primitiuè imaginatiua forma? Ad hanc quæſtionem reſpondet, de ſe. nam reſpiciẽdo ad inferiora, de nullo eſt, imò ſubiectum eſt, & primum ſuæ differentiæ: & in latitudine ſui prædicamenti à nullo, imò quodlibet ab ipſa deriuatur.

Secũda eſt, de quo ſit deriuatiuè imaginatiua? reſpondet, quòd ſi de ipſa imaginatione, & primo corpore, &c. Cuius uerò, eſt terminus interrogatiuus, habẽs duas ſpecies, partim ad ſe referendo, partim ad alium.

¶ Quarta regula ſeu quæſtio eſt terminus interrogatiuus, quo duplex modus eſſendi intellectui præſentatur: nec tamen de modo quærit, ſed de eſſentia ſubiecta ipſi modo, nempe formam & finem.

Forma habet duas ſpecies: quarum altera eſt quæ abſtrahit ab omni reſpectu, ponens tantũ ſubſtantiam rei, cui conuenit exiſtentia ſignificans eſſentiam: & reſpondet ad queſtionem Quare, finaliter quod ſit per ſe. Altera uerò ſpecies eſt, quæ reſpicit aut principium formale, aut effectiuum, cui competit reſpectus aliorũ, nimirum eſſentiæ aut effectus.

Quæritur item per modum rei ad aliquid, ordinando intellectũ ad habitudinem intrinſecã & extrinſecam: ſic imaginatiua forma eſt propter ſe, & propter aliud, nempe uniuerſi concauitatem, & ſimilia.

¶ Quinta regula ſeu quæſtio eſt terminus interrogatiuus, quo inueſtigatur quãtitas ſubiecti continua & diſcreta, extendens ſe tam ad finitam quàm infinitam proportionem. Itaq; imaginatiua forma, quoad continuam quantitatem, eſt finita: quod autem ad diſcretam attinet, eſt una in ſuo numero, nempe in partibus coeſſentialibus, quibus ſua unitas numeralis conſiſtit diſcreta.

Sexta quæſtio eſt terminus interrogatiuus & nominalis quo ad ſubſtantiam, & aduerbialis quo ad actum ſubſtantiæ. interrogatio autem nominalis alia eſt propria, alia appropriata. ad quæſitiuum ergo, qualis eſt forma imaginatiua? propriè reſpondebit, ſimpliciter eſſe imaginatiuam: appropriatè uerò, eſſe ſenſitiuam, uegetatiuam, elementatiuam, quantam, &c. Deinde aduerbialiter interrogatus, mutabit nomen in aduerbium, per terminationem in e uel in r.

Septima quæſtio eſt terminus interrogatiuus, quærens deſignationem rei ſecundum eius perſeuerantiam: quæ cum ſint plures & diuerſæ, pro diuerſitate rerum, ex ſecunda tertia & nona quæſtione earum deſignationes petendæ ſunt.

Octaua quæſtio eſt terminus interrogatiuus, quærẽs deſignationem actus eſſendi cuiuſcunq; rei: & licet quælibet res unico loco deſignetur, tamen cum potentia ſit ad plures apta, ideo hic quoque ſecunda, tertia & nona regula requiritur.

Nona quæſtio eſt terminus interrogatiuus, quo indagatur rei modus, qui eſt multiplex, reſpectu multiplicis eius ad alia comparationis: quæ in genere ſunt quatuor, aut ut pars in parte, aut ut pars in toto, aut ut totum in ſuis partibus, aut ut totum tranſmittit ſimilitudinem ſuam extra ſe, & partium ſuarum. ad iſtas ſpecies medio gerundiui reſpondebit, per primam uniendo, per ſecundam componendo, per tertiam reſultando, & per quartam operando.

Decima quæſtio eſt terminus interrogatiuus, quo de inſtrumentis rerum quæritur, quæ per omnia conuenit cum nona quæſtione: hoc ſaltem differt, quod hæc quærat de

rat de re cum habitudine ad inſtrumẽtum. ad quod ſemper eſt reſpondendum per ſua correlatiua, tam ea quæ eſſentialiter rei competunt, quàm ea quæ eſſentialiter rem conſequuntur.

Per dictas regulas & ſpecies non poteſt aberrare quiſpiam à propria operatione, & inuentione ueritatis quęſiti. ſiquidem adminiſtrant inſtrumentũ inueniendi omnium rerum ueritatem.

¶ Reſtat nunc altera pars formarum, per quas nobis ſubſtantiæ innoteſcunt. eas ſuperius ad cognoſcendum difficilimas eſſe diximus: quòd remotiſsimè eſſent & à ſenſibus, & ab imaginatione. Quare iure corporeas formas ſequuntur in tradendo incorporeæ.

Quemadmodum formæ corporeę ad primum chaos, primi gradus referuntur: ita quoq; incorporeæ. contrariorum enim eadem eſt diſciplina. quare hęc forma simplex eiuſdem contractionis eſt, cuius aptitudinem gerit, & diſpoſitionem ſiue formam & materiam. Nam in ea conſiſtit uera determinatio ſubſtantiæ ſpiritualis, eidem communicando id quod in ſe continet: & recipit mediãte eiuſmodi mutua informatione ſubſtantiam ipſam, quæ ſuſtentet ſpiritum. Quo fit, ut hæ duæ eſſentiæ nil aliud quàm id repræſentent, quod in corpore forma & materia.

Eſt enim cauſa formalis & materialis ratio, cur ex iſtis unum reſultet, quod ſpiritus dicitur: in quo ſubſtantia recipit eſſe ſpirituale, tanquam accidens, reſpectu eius quod antea talis non erat: & econuerſo, ſpiritus recipit eſſe ſubſtantiale, tanquã accidens, quia ex ſe talis non eſt.

Cęterùm hoc eſſe diuiditur in tot ſuppoſita, quot ſunt formæ angelorum: nec poteſt dari hic unum numero, ſicut in primo corpore: nec aſsignari chaos, nec ullum genus niſi unitate conuenientiæ. ſiquidem quilibet ſpiritus eſt ſua ſpecies: in quo conſiderantur, principium, medium, conſiſtentia, proprietas & ſtatus.

Principium effectiuum eſt Deus: & creando, quia ſpiritum ex nihilo produxit: & faciendo, quia ex his ſimpliciter creatis unum condidit qui Spiritus dicitur.

Principium

Principium eſſentiale eſt abſolutus ſpiritus, & conſiſtentia uniuerſalis, ſiue ipſa ſubſtantia.

Principiũ coeſſentiale eſt forma & materia, quæ duas illas eſſentias repręſentant: utpote aptitudinem intrinſecam, & obiectum inſeparabile, cum actu proprio hæc coniungente.

Medium principij effectiui, dicuntur principia eſſentialia in ipſo actu.

Medium principij eſſentialis, eſt mutua informatio actiui & paſsiui: & econuerſò.

Medium principij coeſſentialis, eſt actus formę in materia, & materiæ ſub forma.

Conſiſtentia extrema, eſt unius conſiſtentia cum alia: utpote ſpiritus & ſubſtantiæ coniunctio.

Conſiſtentia finalis, eſt ſpiritus, prout ex iſtis reſultat, & eſt finis eorum.

Proprietas eſt multiplex. alia enim eſt una per concordantiam, alia per differentiam uaria & diuerſa. quę enim una eſt, talis dicitur ab unitate formæ quæ actus nuncupatur. quæ uerò multiplex eſt, id fit propter pluralitatem & diuerſitatem potentiarum, quas in ſe continet: utpote intellectum, uoluntatem & memoriam. atq; hę ſunt proprietates, ad quas naturaliter ordinatur habitu connaturali & concreato, ſubſtantia incorporea.

Status ipſius ſunt, ſuppoſitum angeli, genus, ſpecies & gradus indiuidui per modum conſiderationis.

Genus eſt ipſa ſubſtantia, quia ipſius cõtractio in plures ſpecies ſe extendit, duratione quidem ſimul, natura tamen prius: quo fit, ut propriè genus dicatur. Eſt quoq; genus ſubſtantia ſpiritualis, ratione prædicationis quæ ei conuenit.

Species eſt ſpiritus ſimpliciter & abſolutè deſcendẽs: prout eſt abſtractũ quid. Dicitur quoq; ſpecies ratione eius quòd incõmunicabilis ſit, cõſtituens unũ ſuppoſitũ.

Gradus indiuidui quãuis ignotus ſit nobis diſtinctè, confuſè tamen notus eſſe poteſt: eò quia omnis pluralitas eſt per differentiam, aut genericam. aut ſpecificam, aut inæqualitatis.

Cæterùm

Cæterùm hic neq; genericæ differenriæ indiuiduum datur, quia omnes ſunt ipſa ſubſtãtia: neq; ſpecificæ, quia omnes ſunt ſpiritus. quapropter inæqualitas intelligenda eſt ratione maioris & minoris, non quidem in numero continentiæ, ſed in dicto gradu ſufficientiæ.

Inter dictum maius & minus ponitur mediũ, quo nobis innoteſcit ipſa gradatio uel indiuidui ſtatus. quo fit, ut trina dimenſione uirtutis quilibet gradus conſtet.

Idem eſſe, eandemq; conſtitutionem animabus attribuimus: & in qualibet illa, eadem conſideranda ſunt, excepto habitu factiuo, ſiue informationis. In eo enim naturam angelorum tranſcendunt, ſuper habitum de genere obiecti, in quo conueniunt attingendo obiecta intrinſeca ſiue extrinſeca.

Habitus informationis, toto eſſe completo, & finito habitu tactiuo, largitur: quo mediante anima informat corpus, & hinc denominatur anima ab animando, ſicut & angelus ab officio nunciandi: non autem à natura. ſic enim duntaxat ſubſtantia ſpiritualis dicitur.

Anima tota eſt in toto corpore: & in qualibet parte corporis tota. hic eſt tota, ratione continuæ quãtitatis & concordantiæ: ibi eſt tota, ratione differentiæ.

Præterea quia anima ad talem informationem ordinatur, non poteſt dici perſona. hanc enim cum corpore conſtituit, perinde ac forma & materia, ubi anima tota eſt actiua, & corpus totum paſsiuum.

Diſpoſitio ultima ipſius corporis eſt cauſa occaſionis, quæ flectit aptitudinem animæ ad corpus informãdum: adeò ut, niſi in ultimo gradu diſpoſitionis corporis anima crearetur apta, immediatè corrumperetur corpus, nec eſſet amplius idoneum informari: nec agens naturale ad hoc ſufficeret, ut dictum gradum diſpoſitionis redderet, cum à priuatione ad habitum non ſit per naturam regreſſus.

Eſt autem in anima ſubſtantiæ pars concreta, continens in ſe bonitatem, magnitudinem, durationem, poteſtatem, &c. quarum quælibet ſuam habet eſſentiam, quæ innoteſcit per definitionem. ut, Bonitas eſt ens: quo

mediante, bonum ipſum producit actum bonum, exiſtens adimens eſſe mali.

Quamuis bonum ea ratione qua tranſcendens eſt, definiri non poſsit dialecticè: metaphyſicè tamen noticia ipſius exprimitur, ubi ens de bono non prædicatur, tanquam cõmunius, ſed ut actus eſſendi, per cõuenientiam finalem. tale enim definitum abſtrahit non modò à concreto, uerumetiam à quocunque abſtracto: quod non eſt ipſum, quoniam in ſua ratione formali nullius cauſam includit: ſed duo ſaltem eſſe in ſe continet, abſolutum uidelicet, & ordinatum.

Eſſe abſolutum conſtat tribus terminis: natura, qualitate, & quantitate. & in hac ſimplici eſſentia formaliter ab alijs diſtinguitur, uelut ſingulare quoddam.

Omne quod eſt, ordinatur ad aliquem finem, ut ocioſum quid euitetur. quo fit, ut omnis bonitas conſtituatur ex abſoluto eſſe, & aptitudine, ad finis naturam conſequendam: in quo tam creatum bonum, quàm increatum conueniunt.

Eſt autem quædã bonitas, quæ ad actionem boni requirit proprietates, actiuam & paſsiuam: & medium actum, qui uniat haſce potẽtias ratione aptitudinis innatæ. Atque talis actus alius eſt cõmunis, ſic dictus abſolutè: alius determinatus, quia reſpicit actionẽ & paſsionem. & dicitur actus intrinſecus, prout terminatur in eſſentia, ſiue in parte eſſentiali ipſius bonitatis.

Bonitas in tali eſſe ab alijs principijs differt numero, ſecundum eſſentiam & rem, per ſe tota & obiectiuè & ſubiectiuè. Cuius correlatiua formaliter diſtinguuntur, non quidem numero, aut ſtatu numeri, ſed diſcretione numeri duntaxat.

Eſt item alia bonitas, quę ex proprietatibus non conſtituitur in ordine ad actum: ſed ipſæ proprietates ſunt eius ordinis actus. Nam prima proprietas per ſe & formaliter oritur ex bonitate, & in ipſa pullulat: non autem per ipſam, nec formaliter, nec efficienter.

Secũda proprietas oritur & pullulat de ipſa, & in ipſa, fundamentaliter, & originaliter: non tamen per ſe, nec

per

per bonitatem formaliter, ſed per primam proprietatē. nam ſecunda eſt à prima, ſeu per primam: & in ea tertia proprietas, eſt à duabus primis, ſeu per duas primas. Et hæ proprietates tres inter ſe diſcretione numeri differūt: & ratione huius infiniti quælibet bonitas dicitur ſuppoſitum & perſona, quia in eſſentia & non extra ipſam, & de tota eſſentia ab æterno fluxerunt: ideo cuiuslibet eſſe eſt de tota bonitate, & determinatione actiua & paſsiua, ratione aptitudinis & obiecti.

Tertia proprietas eodem modo eſt ex bonitate & determinatione paſsiua. In prima eſt ſecunda à prima, per modum naturæ, & per operationē intellectus. Et ſecunda ſecundæ eſt à prima, per operationem & modum uoluntatis, cōſtituta ex duabus proprietatibus primi boni, & abſtractis determinationibus: utpote actiua & paſsiua, remanentibus fundamentis cuiuslibet.

Cum iſtis, & cum determinatione communi actiua, principium quoddam ſpiratiuum conſtituitur: & unum non numero, nec diſcretione numeri, ſed conuenientia duntaxat.

¶ Hæc ſunt, Clariſsime uir, quę tibi paucis narrare uolui, tuiſq; petitionibus morem gerere. Cęterùm non dubito, quin ea æqui boniq; conſulturus ſis: quia breuiter totam ſummam non modò Metaphyſices, uerumetiam Alphabetariæ reuolutionis complexus ſum: adeò ut uel hinc facilè intelligas, quid agendū ſit in ſublimiorib. diſciplinis: quis deinde & quantus ſit ſcientiarum habitus.

Fœliciſsimè uale: & me amare, ut ſoles, perge.

F I N I S.

DE	Mundo archetypo.	260
	Mundo intellectuali.	210
	Mundo cœleſti.	146
	Mundo elementali.	104
	Mundo minore in genere	733
	ſed in ſpecie	100
	Chriſto	67
	Philoſophia ſimpliciter.	15
	Metaphyſica.	36
	Phyſica.	46
	Anima	164
	Somnio.	27
	Oraculis.	31
	Virtute.	100
	Philoſophia doctrinali.	73
	Philoſophia rationali.	25
	Philoſophia ſecreta.	49
	Mundo infernali.	100

CONCLVSIONES MILLE QVINGENTAE QVINQVAGINTA-tres, in omni genere ſcientiarum, quas olim PAVLVS SCALICHIVS de Lika, Comes Hunnorum, & Baro Zkradinus, S. T. Doct. Bononiæ primùm, deinde Romæ, diſputandas propoſuit.

DE MVNDO { Archetypo. Intellectuali. Cœleſti. Elementali. Minore. Infernali.

LECTORI S.

*C*ONCLVSIONES *has, ſtudioſe Lector, non edo in publicum tanquam oracula, quibus ſine refragatione fides habeatur, & quas uelut reſponſa Dei aſſeri à me atque confirmari putes. Etenim illas Bononiæ in Italia, adoleſcens, ingenij exercendi gratia in utramque partem, Academicorum more diſputandas propoſui, ut ex eo conflictu, non ſecus atque ex colliſis inter ſe ſilicibus, lux aliqua clarior emicaret atque appareret. Nam perſuaſum habere debent ſacro* CHRISTI *ſpiritu præditi homines, ita me in ueri inquiſitione comparatũ eſſe, qui omnia ad ueritatis (quæ de ſe prædicat, Ego ſum uia, ueritas & uita) normã exigi probarique cupiam: atque ea ipſa quæ à nobis proficiſcuntur, ita recta & uera æſtimari nos uelle, ſi Sacris literis cõſentanea ſint: ſecus, ſi diſſentanea. Tenebræ enim & errores in tenebrarum filij perditi regno locum habent, non in lucis regno: in quo Meſſias lux mundi æternus rex regnat, cui ſit gloria & honor in æternum, Amen.*

SVBSEQVENTES NVMERO MILLE QVINGENTAS QVINQVAginta tres, *Diuinas, Angelicas, Cœleſtes, Elementales, Humanas, Chriſtianas, Philoſophicas, Metaphyſicas, Phyſicas, Morales, Rationales, Doctrinales, ſecretas & infernales concluſiones, diſputandas publicè proponet,* PAVLVS SCALICHIVS *de Lika, Comes Hunnorum & Baro Zkradinus, S. T. Doctor, iuxta laudatiſſimum ſcholaſticorum morem, Calend. April. in ædibus S. Petronij.*

CONCLVSIONES DE MVNDO ARCHEtypo, numero 260

1 Deus eſt animus, per immenſas mundi partes, omnemq; naturam commeans atq; diffuſus, cauſa omnium liberrima.

2 Diuina eſſentia eſt ęternus ac puriſsimus actus, ſe cognoſcens & agendo & exiſtendo, infinitè atq; naturaliter: per ſimilitudinem namq; angeli, & per ſpeculum hominis cognitio eſt.

3 Tres ſunt perſonæ, ſibi inuicem coæternæ & coęquales: una tamen eſſentia, & ſubſtantia, naturaq; ſimplex omnino: ſicut enim perſonæ ipſæ inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter operantur.

4 Vna igitur eſt cauſa omniū, quam noſſe conſummata iuſticia eſt, & ſumma: ſcire uirtutē, radix immortalitatis.

5 Natura eius magis eſt una, quàm ſit humana, aut angelica, actu infinita, exiſtens, uiuens, ſentiens & intelligens, identificè omnia in ſe complectens.

6 Eſſe, in quantū eſſe, eſt hæc ipſa natura, radix & principium omnium eſſe.

7 Ipſum eſſe eſt ratio prima, qua cognoſcimus Deum, & reliqua de Deo: & quale eſt ipſum eſſe, talis eſt ipſa quoq; eſſentia, cui omnia per eſſe conueniunt.

8 Hoc eſſe nec plus nec minus recipit, nec in ipſo poteſt comprehendi

comprehendi aliqua coniunctio, ſecundum multitudinem: nec ſecundum magis aut minus ſuſceptio.

9 Hoc ipſum eſſe, eſt ſimpliciter unum, atque puriſsimũ, nullam admittens permixtionem.

10 Itaque Deus eſt ſuummet eſſe ſimpliciſsimum, qui nullius adminiculo eget, & ipſummet totum eſſe.

11 Quare Dei eſſe, nulla alia res eſt: magis autem de ſe purum non eſſe, & ipſum nihil.

12 Porrò cum in aliis rebus & eſſe & non eſſe reuera ſit, hoc per ſe, illud per accidens: in Deo ſanè neutrum horum, ut tale, poteſt intelligi.

13 Quia igitur Dei eſſe, eſt ipſummet eſſe: utique eſſe, & Deus, natura & numero conuertuntur.

14 Impii ergo ſunt cenſendi omnes, qui Deum includũt. Eius quippe eſſe cum non poſsit reſtringi, nec ipſum non eſſe admittat quo reſtringatur tanquam oppoſito, non limitatur, nec clauditur, ſed infinitus eſt.

15 Infinitũ quoque realiter dicitur, & iure, hoc ipſum eſſe: quia nullum non eſſe, poteſt eſſe in ipſo eſſe.

16 Quoniam non eget alieno eſſe. ipſum enim eſſe Dei, eſt in ſe: & quicquid eſt, ipſius eſſe proprium habet.

17 Ideo eſſe Dei nil deficit, nec eſt impotentia.

18 Quapropter eſt infinitum; cuius nulla eſt proportio, ſi conferatur ad non eſſe.

19 In Deo quippe, nil tẽporis: quia increatus ipſe, omniũ creator exiſtit: ſed puriſsimus ac perfectiſsimus actus eſt.

20 Proinde eſt fons eſſendi, ſine menſura & termino.

21 Omne igitur eſſe, à primo eſſe productũ eſt, de non eſſe, ſeu nihilo, à primo eſſe.

22 Siquidem primum eſſe, quod eſt per ſe, ſine ipſo non eſſe, producit ſimpliciter aliud eſſe, de non eſſe, ex naturæ uirtute, quæ eſt naturati natura.

23 Et hoc ipſum eſſe, antequam produceret eſſe, de non eſſe, habuit eſſe, in quantum eſſe in ſe.

24 Eſſe productum, de non eſſe, quoniã alias habet conditiones, quàm eſſe in productũ, eidem æquale non eſt.

25 Atque eſſe ex non eſſe, ideo non habet perfectum eſſe, quia permixtum eſt ipſo non eſſe.

Quo fit,

26 Quo fit,ut eſſe productum,neceſſariò ſit finitũ,menſuratum,limitatum & terminatum.

27 Sic etiam eſſe ſecundum, per non eſſe,oppoſitas habet conditiones,quia opponitur primo eſſe.

28 Oppoſito ergo modo agunt.hoc enim eſſe ex ſua natura,illud ex aliena permiſsione operatur.

29 Ideo ſicut primum eſſe eſt unum & ſimplicisſimum: ſic omne aliud ens eſt differens,plurale & compoſitum.

30 Sicut Deus eſt ſummum eſſe, & ipſummet eſſe, nec eſt aliud quàm eſſe: ita nullum aliud eſſe, ab eſſe Dei, eſt ſuum eſſe:nec ipſummet eſſe,ſed eſt aliud quàm eſſe.

31 Propterea omne aliud eſſe, conuertitur cum non eſſe, unde eſt.

32 Quæ enim ſunt ex non eſſe,uariantur,& in ſe mutantur per non eſſe.

33 Itaq; non poteſt dari alia radix & origo eſſe mundi, quàm eſſe occultiſsimum Dei.

34 Eſſe enim Dei, non naturaliter, nec ex neceſsitate produxit eſſe mundi:ſed uoluntariè,& per modum artis ex nihilo,& de non eſſe.

35 Eſſe namq; Dei, eſt idem quod intelligere & uelle: quare & producere Dei eſt per intellectum & uoluntatem.intelligendo ergo produxit,quod produxit.

36 Sequitur quoq;,Deum habuiſſe ab ęterno,in intellectu ſuo conceptã formam totius mundi:quia eam aliunde non accepit,cum ſit omnipotens.

37 Igitur ſine aliqua comparatione nobilius atque dignius eſſe habet mundus in Deo, quàm in propria naturæ exiſtentia.

38 Idololatræ igitur ſunt, qui creaturam creatori quacunq; ratione æquiparant.

39 Diuinum enim eſſe,poteſt producere infinitos mundos,per conceptum in ſuo intellectu mundum,abſq; aliqua diminutione iſtius mundi: præſertim quia totum ex nihilo produxit, at non econtrà.

40 Produxit idem uolendo, intelligendo, & quidem ſine labore,ſine fatigatione & pœna: quod creaturę nulla ratione competit.

Conſtanti

41 Conſtanti preterea, & immutabili conſilio, produxit in optima forma mundum, in qua nil deſideratur: nec id autem creaturæ, uel in artificio conuenit.

42 Preſentia inſuper diuina continuò opus eſt, in diuino opere operato: creatura porrò abeſſe & poteſt, & debet.

43 Nam mundus ne momentũ quidẽ poſſet durare, ſine præſentia inceſſabili Dei, quo minus redeat in non eſſe.

44 Etſi mundus neceſſariò Deo indiget, non tamen ut incluſo in mundi toto eſſe: quinimò etiam extra mũdum in infinitum eſt.

45 Abominandi ergo ſunt iſti, & uelut Sirenei ſcopuli fugiendi, qui ſibi hanc autoritatem magna præſumptione uendicant, quaſi poſsint includere Deum.

46 Non eſt credendum, quòd poſsit Deus alicui loco alligari: qui totum mundum continuè ſuſtinet, & in pugillo ſuo continet, ſeruat atq; producit.

47 Ipſum ſiquidem eſſe per ſe ſubſiſtens, produxit mundum de nihilo, abſq; ſui indigentia.

48 Et quoniam mundi eſſe non eſt æternum, utiq; mundus non eſt productus ab æterno.

49 Si enim eſſet productus ab æterno, produxiſſet eum eſſe, inquantum eſſe, contra ſeipſum.

50 At eſſe, quatenus eſſe, ſic produxit mundi eſſe, ut ſuo excellentiſsimo conueniebat eſſe.

51 Quoniam ab æterno uoluit hoc primum eſſe præcedere eſſe ſuum, eſſe mundi.

52 Ergo ab æterno uoluit, quod tunc produceretur mundus, quando productus eſt.

53 Ipſum eſſe Dei produxit totũ eſſe mundi, ratione ſui eſſe, & principalis finis.

54 Quippe eſſe mundi ſic eſt, ut neceſſariò reſpiciat eſſe æternum.

55 Sic autem reſpicit & contemplatur primum eſſe, tanquam ſuum artificem, cauſam efficientem, exemplarem & finalem.

56 Igitur cum mundus de nihilo ſit cauſæ naturalis, non habebit parem reſpectum.

57 Nã Deus mundũ produxit ex ſe, ſecũdũ ſe, & ꝓpter ſe.

58 Errant igitur iſti toto cœlo, qui aſſerunt mundũ pro-
pter aliud creatum eſſe: ut ſunt ſerui Baal, idololatræ, &
multorum Deorum more ethnico cultores, redempto-
res, & non commemoratores.
59 Errant item, qui honorem Creatoris transferũt in ho-
norẽ creaturæ, qui cultus ipſos diſtinguunt, qui unus eſt,
uni Deo ꝓprius, ideóq; Gręcis nomine latrię expreſſus.
60 Errant puerili ratione, qui eum inuocãt in quem non
crediderunt: & agunt contra Apoſtolum 10 ad Rom.
61 Duo quippe eſſe non conſiſtunt in uno non eſſe, ſed
duo eidem correſpondentia requirunt.
62 Alterum horum eſt, quod cultum ſemper requirit: &
alterum, quod cultum ipſum præſtat.
63 Prima quippe poteſtas, potens eſſe ipſius eſſe, ſola eſt
ſupra non eſſe.
64 Et hoc ipſum non eſſe, eſt medium inter duo eſſe, per
quod alterum eſſe eſt.
65 Quoniam eſſe mundi, præceſsit ipſum non eſſe, in
propria exiſtentia.
66 Aliàs ipſum eſſe mundi, aut rediret in eſſe primum,
quod eſt impoſsibile: aut eſſet idem quod non eſſe.
67 At eſſe mundi, ſemper eſt in potẽtia ad non eſſe, per
ſe: & ſemper poteſt non eſſe natura ſua.
68 Ergo totum eſſe mundi, reſpectu primi eſſe, eſt idem
quod non eſſe, materialiter.
69 Quare inſulſi ſunt & dementes, qui placari ſuis ope-
ribus poſſe Deum putant, cum reſpectiuè nulla ſint.
70 Rectè igitur Apoſtolus 2. ad Eph. inquit: Gratia nos
eſſe ſaluatos per fidem, & hoc non ex nobis. Dei enim
donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.
71 Sola itaq; fide in Chriſtum iuſtificamur.
72 Idem quippe primum eſſe, ſecundo eſt, quod Sol Lu-
næ, à quo lumen accipit ipſa.
73 Lumen enim Lunæ in præſentia Solis non apparet:
pari ratione eſſe ſecundum, in præſentia primi.
74 Ergo meritum noſtrum non apparet, præſente me-
rito Chriſti.
75 Quæcunq; enim Deo attribuũtur, ea ſibi conueniunt
per-

per ſuum eſſe: quæ itaq; ſunt de non eſſe, ſunt de eſſe.
76 Quo ſit, ut uita etiam ipſa, quia non eſt de non eſſe, neceſſariò conueniat Deo, per ſuum eſſe.
77 Vita ſiquidẽ eſt in Deo, & per creaturã, & p ſuũ eſſe.
78 Quæ etenim eſſe cõcernunt, ſecundũ totum & uitam Dei p omnia imitãtur, quo ad proportionẽ & identitatẽ.
79 Quæ item carent præcedente non eſſe, & ſequente, ſuapte natura æterna & immutabilia ſunt.
80 Quemadmodũ habentia eſſe mediatũ, inter utrumq; non eſſe, proueniunt de non eſſe, & redeunt in non eſſe.
81 Duplex igitur uita hinc colligitur: altera occulta, altera manifeſta. (ſunt.
82 In utraq; ſenſus atq; intellectus, ſicut eſſe ſuo modo
83 In ſuo quippe eſſe ſunt omnia ſimul, intelligendo, uidendo, atq; cognoſcendo: quod aliàs ſpeculum uniuerſale nuncupatur.
84 Quoniã intelligendo perfectè & totaliter ſuum eſſe, ſimul intelligit infinitos gradus eſſendi.
85 Et ſiquidem nihil eſt ei occultum, omnes omnium cogitationes, intẽtiones & deſideria, opera & uerba, ſimul uidet atq; ſcit.
86 Nam quę multiplicãtur in infinitũ, ipſe actu intelligit.
87 Sicut ergo impoſsibile eſt Deũ non eſſe: ita quoq; impoſsibile eſt Deũ non uiuere, non ſentire, nõ intelligere.
88 Porrò nec eſſe, nec uiuere, minus ſentire aut intelligere eſt corpus aut corporale qd: imò neq; de natura corporis
89 Ideo Deus nec colorem, nec aliquã figurã habet: nec eſt palpabilis, nec per aliquẽ ſenſum corporeũ ſenſibilis.
90 Quicquid autem uult, eſt: & quod non uult, non eſt: atq; eo modo quo uult, & ſicut uult, eſt.
91 Et quia non uult, nec debet uelle, nullo modo poteſt uelle, ſe non eſſe.
92 Siquidem nihil uelle poteſt contra ſeipſum: aliàs poſſet non eſſe, quod eſt impoſsibile.
93 Extra Deum igitur nihil poteſt eſſe, niſi ſicut uult eſſe, & permittit eſſe.
94 Quin potius per ſuam libertatem & uoluntatem poſſunt omnia fieri, & de eo oſtendi,

95 Idem enim in Deo eſt eſſe, quod poſſe: & quoniam Deus eſt, potuit eſſe: quia autem poteſt eſſe, ideo eſt.

96 Et ſiquidem in Deo nulla eſt indigentia, ſanè nemo poteſt, ne ipſe quidem ſibi aliquid dare.

97 Deus enim aut totum habet, aut impoſsibile eſt ut habeat.

98 Sola deniq; illa poteſt Deus, quæ poſſe potentia eſt.

99 Si enim Deus intelligit aliquid de plenitudine potentiæ, quod habere non poſsit: maius erit aliquid in eius intellectu, quàm in eius poſſe. quod eſt abſurdum.

100 Itaq; æqualis plenitudo potẽtiæ & ſapientiæ in Deo eſt: qui ſolus & unicus iuſtè omnipotens eſt.

101 Occultiſsima eſt productio naturalis in diuinis, & in infinitum artificialem excellit.

102 Productio ſiquidem naturalis eſt ex ipſomet æterno atq; diuino eſſe: aliàs nihil eſſet productum in eſſe.

103 Eſſe namq; productum de non eſſe, patefacit productionem Dei de Deo.

104 Nectamen datur huius durationis prius aut poſterius, nec cauſa aut effectus, nec principium aut finis.

105 Deus intelligendo ſuum eſſe, producit imaginem ſui eſſe: quę filius ideo, & propriè uerbũ patris nuncupatur.

106 Item uocatur uerbum intellectuale, noticia & ſapientia, imago, uerbum & ſapientia patris: ſiquidem producitur per modum intellectus.

107 Eſt itẽ tam producẽs quàm productũ, uerè perſona: quia per ſe ſubſiſtẽs, & natura intellectualis & rationalis.

108 Non poſſunt eſſe plures productiones in Deo, quàm una, per modum naturæ, & per unum modum.

109 In Deo eſt purus actus, & infinitè totus agens, atque una & eadem uice per modum naturæ producens.

110 Quapropter non poteſt eſſe niſi unus filius, una imago, unum uerbum, & ſapientia unica patris.

111 Item alia quoq; eſt productio in diuinis, nempe uoluntatis: diuerſa tamen realiter à productione naturali. Eadem uerò quod ad utrunque ſpectat productio. non enim prius procedit amor à patre in filium, quàm à filio in patrem.

Amor

112 Amor quoq; producitur ab ambobus, tanquam ab uno: & per unum modum, utpote per uoluntatem.

113 Ideo rectè donum, amor, charitas, & ſpiritus ſanctus patris & filij nuncupatur: eiusq; productio, ſpiratio, ſeu proceſsio.

114 Quemadmodum non repugnat naturæ finitæ, eſſe idem ſpecie, realiter in pluribus: ſic multo minus repugnabit infinitæ naturæ, eſſe idem numero, realiter in tribus.

115 Quæcunq; enim dicuntur de pluralitate & unitate perſonarũ in diuinis, eadem poſſunt manifeſtari per uerbum actiuum & paſsiuum.

116 Nam quicquid habet filius, accepit à patre, ut datum: totum tamen habet, quod pater.

117 Vnde manifeſtum eſt, Deum ſolum habere perfectũ, cuius nihil eſt extra ipſum.

118 Quem rectè Scriptura denominat, QVI EST: quod eſt omnibus nominibus principalius, eorum quæ de Deo dicuntur.

119 Eſſe quippe omnium, eſt superſubſtãtialis diuinitas, cauſaliter, non autem formaliter.

120 Maximè habẽs eſſe, quoniã maximè diſtat à non eſſe.

121 Siquidẽ hoc ipſum eſſe, non habet non eſſe poſt eſſe, nec eſſe poſt non eſſe, nec poteſt cogitari non eſſe.

122 Imò Deus eſt ipſa uox naturæ, inter pura puriſsimũ, inter ſublimia altiſsimum, & ſic in alijs.

123 Et ſicut in patria Deus eſt ſpeculum, in quo relucent creaturæ: ſic in uia econuerſo, creaturæ ſunt ſpeculum, quo creator uidetur.

124 Atq; ipſe Deus idem eſt ſemper in uno modo: nihil in ſe, niſi ſe, habet.

125 Nullus eſt numerus in eo, nec aliud pter id quod eſt.

126 Vnum igitur quod conuertitur cum ente, Deo conuenit potius quàm creaturæ.

127 Numerus uerò aliquis de Deo nihil ponit, ut quidã dicunt: ſed tantum priuat.

128 Nam ſimplicis diuinitatis naturæ nihil addi, aut minui poteſt.

129 Itaq; omnes idololatræ, necromantici, carnales homines, colentes uentrem, auari, qui idolis ſeruiunt, multiplicant diuinitatem.
130 Pij uerò homines, unum ponunt ſolum principium ſummum, ipſum nempe Deum: tam ratione dignitatis & anteceſsionis, quàm ratione cauſalitatis.
131 Etſi eſſentia diuina non generat, nec generatur: Pater tamen uirtute eſſentię exiſtentis, in ſe generat, & filio per generationem cõmunicatur eſſentia, ſicut & ſpiritui ſancto per proceſsionem.
132 Inter omnes emanationes perfectiſsima eſt generatio, qua penitus genitus aſsimilatur ſuo genitori: quod emanationes aliæ non faciunt.
133 Quamuis tres perſonæ ſint æquales, in æternitate, & maieſtate, ac poteſtate: tamen filius dicitur potius imago patris, quàm ſpiritus ſanctus.
134 Siquidem non ſolum habet conuenientiã intus cum patre, in eſſentiæ identitate, ſicut & ſpiritus ſanctus: ſed habet etiam conuenientiam extrà cum patre.
135 Etenim ſicut à patre procedit filius, ſic & à filio ſpiritus ſanctus, à ſpiritu ſancto uerò nullus.
136 Itaq; prima perſona in diuinis à nulla eſt, ſecunda eſt per generationem à ſola prima, tertia eſt per cõmunem ſpirationem à prima & ſecunda.
137 Trinitas tamen perſonarum non excludit ab eſſentia unitatem, ſimplicitatem, immenſitatem, æternitatem, & incommutabilitatem.
138 Immenſus aũt dicitur Deus, non quòd in eo ſit quantitas dimenſionis, ſed uirtutis.
139 Non eſt enim ubiq; Deus, mole corporis, ſed præſentia maieſtatis.
140 Atq; ad hunc modum immenſitatis, Deus eſt infinitus, incõprehenſibilis, incircumſcriptibilis, atq; æternus.
141 Deus licet in Trinitate perſonarum unitiſsimę eſſentiæ ſit: eſſe tamen in eo multa quædam numina, ueluti radios ex eo manantes, non ambigimus.
142 Quos enim philoſophi gentium deos, Hebræorum magiſtri numerationes, nos attributa uocamus.

Quod

143 Quod per Palladē Orpheus, id nos Deo per ſapientiam attribuimus.

144 Quod item philoſophi per Mercurium, id nos per intelligentiam ſignificamus.

145 Saturnus apud ueteres, nobis fœtura eſt.

146 Neptunus, nobis uim productricem ſignificat.

147 Iunonem ueterū, nos naturā rerum ſecretā tuemur.

148 Atq; Venerem, ipſum in Deo amorē interpretamur.

149 Pari ratione Solem & Apollinem, in Deo lucidā uitam defendimus.

150 Et quod philoſophi Pana nūcupabant, id nos in Deo uniuerſi mundi rationem dicimus.

151 Animā quoq; ipſam, ut inferiora generat, in ſeipſam ſe retrahit, ac ſuperiora contemplatur, ueteres triplici nomine, Maris, Neptuni & Oceani decantant.

152 Itaq; non eſt dubium, Theologos gentium ſub uarijs nominibus numinibusq;, ſub uario etiā ſexu, unum Deum coluiſſe.

153 Nam apud uetuſtiores, quibus fide opus erat Iouem: quibus prouidentia, Apollinem: quibus ſapientia, Mineruam: & quibus alijs rebus opus erat, alijs quoq; nominibus inuocabant.

154 Etſi Numinum uarietas multiplex ſit, propter multiplicem ac uariam gratiarum diſtributionem, Deus tamen unus eſt.

155 Et quamuis unus ſit, imò unitiſsimus, ſortitur tamen diuerſa nomina: non quæ diuerſas eius eſſentias, aut deitates exponant, ſed proprietates duntaxat ab eo promanantes.

156 Licet quoq; ſummus creator, ſeu prima cauſa, omnia regat ac diſponat: curam tamen exequendi uarijs miniſtris diſtribuit.

157 Quo fit, ut ſerui inutiles atq; perfidi meritò ſint, qui miniſterium in dominium transferunt & tranſtulerunt.

158 Eſſe omniū Deum dixerim, non quòd illa ſint quod eſt ipſe: ſed quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia.

159 Sicut notiones Dei quinq; ſunt, Paternitas, filiatio, proceſsio,

proceſsio,innaſcibilitas,& cõmunis ſpiratio:ſic tres proprietates perſonales,& quatuor relationes.
160 Et quemadmodum nulla notio de alia prędicatur:ſic quælibet notio eſt eſſentia diuina,quæ Deus eſt:& omnes notiones una eſſentia.
161 Atq; licet notiones ſumptæ abſtractiuè prædicantur de eſſentia,tamen concretiuè nequaquam.
162 Sicut exemplar in Deo unum eſt, quod exẽpli connotat cauſalitatem, è cauſata in ipſa cauſa quoq; unum: ſic rationes & ideæ in Deo ſunt plures, & propriè reſpectu rerum dicuntur.
163 Et ideæ ipſæ rerum, ante mundi conſtitutionem, in mente Creatoris erant.
164 Quo fit,ut omnis creatura prius in Deo exiſtat,quàm in ſeipſa.
165 Cum creatura à Deo per creationem proceſsit, tum demum ab ipſo diſtare cœpit.
166 Quapropter rationalis creatura,quę primò ipſi Deo coniuncta fuit,ad ipſum per ideas, quæ non aliud quàm ipſe Deus ſunt,redire debet.
167 Quanquam omnia eſſentialia omnibus perſonis æqualiter conueniunt, appropriatur tamen patri potẽtia, filio ſapientia,ſpiritui ſancto bonitas.
168 Quamuis potẽtiam Dei abſolutã omnia poſſe diſputãt Scholaſtici,quę ordinata non poſsit: ego uerò tueor, Deum aliquid poſſe,nos uerò intelligere non poſſe.
169 Quodlibet porrò inconueniens, etiam minimũ, impoſsibile eſt apud Deum.
170 Sicut uocatio retrahit à malo, & iuſtificatio reſpicit initiale bonũ gratiæ:ſic prędeſtinatio reſpicit gratiæ bonum finale,& magnificatio bonum gloriæ futuræ.
171 Contingens rerũ quæ ſunt,erunt,aut fuerũt,exiſtentia, ideo Deo fuit ab æterno infallibiliter nota, quia fuit æternitati eius præſentialiter præpoſita.
172 Contingentia ad utrumlibet futurorum à Deo,ſimul ſtat cum infallibilitate diuinæ ſcientiæ.
173 Quodcunq; contingens Deus ſciuit eſſe futurũ, neceſſariò ſciuit illud eſſe futurum,

Ex diuina

174 Ex diuina bonitate poteſt ſumi ratio prædeſtinationis aliquorum, & reprobationis aliorum: & ſola diuina uoluntas eſt ratio, quòd iſtos reprobat, & alios eligit in gloriam.

175 Licet Dei uoluntas conſequens ſemper impleatur, non tamen neceſsitatē rebus uolitis neceſſariò imponit.

176 Nec habens gratiam, poteſt etiam de potentia Dei abſoluta Deo non eſſe acceptus ad uitam æternam: nec non habens eſſe acceptus.

177 Potuerunt tres perſonæ diuinæ ſimul ſuppoſitare unam naturam.

178 Licet poſſet defendi quoquo modo, creaturā poſſe creare: rationalius tamen eſt credere, potentiam creandi creaturæ communicari non poſſe.

179 Non poteſt per Dei potentiam idem corpus eſſe ſimul in diuerſis locis.

180 Deus in patria per ſpeciem non uidetur: ſed ipſe per ſuam eſſentiam intellectui applicatur, ut ſpecies intelligibilis.

181 Non eſt ponenda in Deo idea materiæ primæ.

182 Nec ſunt ponendæ ideæ generum.

183 Poteſt uideri eſſentia ſine perſonis, & una perſona ſine alia.

184 Ens denominatiuè dicitur de Deo.

185 Quiditates habent ab ęterno ſuum eſſe formale, à ſe, non ab extrinſeco.

176 Pluralitas formalitatum, ſtat cum identitate reali.

187 Eſſe non eſt de quiditate Dei, ſed dicitur de eo in ſecundo modo.

188 Charitas non eſt diſtinctus habitus ab habitu gratię, qua mediante ſpiritus ſanctus animam inhabitat.

189 Idea lapidis non eſt aliud quàm lapis productus à diuino intellectu, in eſſe intelligibili: quod eſt eſſe ſecundum quid, exiſtens in mente diuina, ſicut cognitum in cognoſcente.

190 De potentia Dei abſoluta, poſsibile eſt culpam originalem deleri, ſine infuſione gratiæ.

191 Datur lumen ſuperius lumine fidei: in quo Theologi uident,

gi uident, ueritates Theologicæ ſcientiæ.

192 Potentia generandi in diuinis, nec eſt eſſentia diui- na præciſe & abſolutè ſumpta, nec relatio uel proprietas, nec conſtitutum ex ambobus, nec alterum iſtorum cum incluſione alterius: ſed eſt eſſentia cum modo relatiuo.

193 Theologia nec eſt practica, nec ſpeculatiua, ſed af- fectiua.

194 Deus ſub ratione glorificatoris, eſt ſubiectũ in theo- (logia.

195 Pater & filius non ſolum duo ſpirantes, ſed etiã duo ſpiratores dici poſſunt.

196 Nomen Dei quatuor literarũ, quod eſt ex mem, ſa- de, pe & ſade, regno Dauidis debet appropriari.

197 Ideales rerũ formalesq́ creationes, effectiuè à Deo in prima creata mente formaliter primò reperiuntur.

198 Attributales perfectiones, nec in Deo, nec ſecũdum ſe quiditatiuè ſumptæ, dicunt diuerſas in recto rationes, & principaliter diffinibiles, uel deſcriptibiles.

199 Intuitus diuinę cognitionis ad creaturas tanquã ob- iecta, primaria uel ſecũdaria formaliter non terminatur.

200 Se tantum, & nihil aliud à ſe intuẽs primariè, nec ſe- cundariè, unitiuè & eminenter, & plus quàm æquipol- lenter, omnia cognoſcit: quia eſt ſubſtantialiter ſubſtan- tia, ideoq́ non eſt in genere.

201 Quomodo cõmunis uia tenet, actu intellectus attin gi Deum: ita uidentes uerbum, eo actu quo eſſentiam di uinam attingunt.

202 Et creaturas non attingunt, niſi eminenter, æquipol lenter ad formalem cognitionem: æquipollentia non actus, ſed obiecti.

203 Non omnis uoluntas Dei beneplaciti eſt efficax.

204 Dictum Apoſtoli dicentis, Deus uult omnes homi- nes ſaluos fieri: poſitiuè de uoluntate beneplacitĩ antece dente intelligendum eſt.

205 Volũtas Dei antecedens eſt illa, qua Deus dat alicui naturalia, uel antecedẽtia, quib. poteſt aliquid conſequi: cui Deus paratus eſt coagere, ſi alius uelit: nec ſibi cõtra- rium manifeſtabit, cũ pręcepto uel cõſilio exequẽdi, per- mittẽs eum liberè uelle agere ad conſecutionẽ ſuę ſalutis.

Itaq́

206 Itaq; perſonæ in diuinis numero diſtinguuntur.
207 Perſonalitates in diuinis ſunt primò diuerſæ.
208 Patris poteſtas omnia producens, ſuam omnibus largitur unitatem.
209 Sapientia filij ritè omnia diſponens, omnia inuicem unit & copulat.
210 Spiritus amor ad Deum omnia conuertens, totum opus opifici nexu charitatis adiungit.
211 Quemadmodum magis intimus, ita magis unus eſt nobis Deus, quàm ipſi nobis.
212 Vnaquæq; res arctius ſibi, quàm alijs mundi partibus, iungitur.
213 Quod alteri coniunctum eſt, aut eius eſſentia eſt, aut eſt eſſentię proprietas, aut ineſt ei uti forma ſubiecto, aut eum attingit, uel ſicut tranſmutans, id quod trāſmutatur: uel ſicut ars ſubiectam ſibi materiam.
214 Quinq; ſunt inuicem quaſi comparata & connexa: cœlum & terra, terra & inane, abyſſus & tenebræ, ſpiritus Dei & aquæ, lux & corpora.
215 Terra ex ſe inanis, domeſticas habet tenebras: tum proximè luci adiungitur, per lucem cœlo, per cœlū ſubſtantiæ ſpiritali.
216 Idem finis omnium, quod omnium principiū: Deus unus omnipotens & benedictus, optimum omniū quæ aut eſſe aut cogitari poſſunt.
217 Hic ipſe finis, eſt ipſa fœlicitas: nimirū reditus uniuſcuiuſq; rei ad ſuum principium,
218 Rectè apud Pythagoricos duæ illæ præcipuè appellationes, Vnum ſcilicet & Bonum, duo ſunt Dei nomina, & radix duplicis fœlicitatis.
219 Vnum cognominatur, quia omniū eſt principium, quemadmodum & unitas totius numeri.
220 Bonum autem, quia omnium finis, omnium quies & abſoluta fœlicitas eſt.
221 Fœlicitas igitur eſt, poſſeſsio atq; adeptio huius primi boni.
222 Et unaquæq; natura tantum Dei habet, quātum habet bonitatis.

223 Ipſa igitur, cum omnibus numeris perfectã ſuam habet naturam, ſe adepta, Deum quoq; in ſe adipiſcitur.
324 Et quoniam Dei adeptio eſt fœlicitas, in ſe ipſa fœlix ſit oportet.
225 Porrò naturalis fœlicitas eſt, quam & maiorẽ & minorem diuerſæ res, pro naturarũ diuerſitate ſortitæ ſunt.
226 Per hanc felicitatem, nec plantæ, nec bruta, nec homo, nec angelus Deum, qui eſt ſummum bonum in ipſo Deo, ſed in ſeipſis attingunt.
227 Ergo pro naturarum capacitate, gradatim fœlicitatis ratio uariatur.
228 Nihil nitens per ſeipſum ad fœlicitatem, maius aliquid, aut perfectius, ſua natura aſſequi poteſt.
229 Inter animalia, ſolus homo natus eſt ad fœlicitatem.
230 Fœlicitas ſanè cõtingit aut in creaturis quib. ſe Deus participat, aut in ipſo Deo, Deum aſſequendo.
231 Res creatæ non poſſunt uiribus ſuis ad hanc poſtremam, ſed ad illam duntaxat accedere.
232 Illam ergo umbram potius fœlicitatis, quàm ueram fœlicitatem aſſero.
233 Res per illã ſibi ipſis potius quàm Deo reſtituuntur.
234 In hoc tantũmodo occupatæ, ne à ſeipſis diſcedant.
235 Vera itaq; & cõſummata fœlicitas ad Dei faciẽ contuendam, quæ eſt omne bonum, nos abducit.
236 Item ad perfectam cum eo principio à quo emanauimus, unionem nos reuehit.
237 Ad quam etſi angeli attolli quidem poſsint, non tamen poſſunt aſcendere.
238 Peccauit igitur Lucifer, dicẽs, Aſcendam in cœlum.
239 Solus quoq; homo & angelus ad eam ſunt facti fœlicitatem.
240 Rectè inquit Moſes: Terra inanis, & tenebræ erant. Non enim dicit hæc creata fuiſſe, ſed fuiſſe.
241 Quapropter non creat Deus inanitatem, nec creat tenebras.
242 Lumine autem diuini uultus, quod ſignatum eſt ſuper nos, & diuinæ prouidentiæ cura fouet aquas ſpiritus Domini.

243 Ideo ſtatim oritur Abraham, Moſes, prophetæ, & ultimò unigenitus filius Dei.

244 Hæc igitur eſt lux prima quæ mundo affulſit, & inter dæmonum uerique Dei religionem, quaſi inter lucem tenebrasque diſtinxit.

245 Meritò ideo Iudæi aquæ ſupercœleſtes ſunt, quemadmodum gentes ſub cœlo.

246 Hinc manifeſtum eſt, cur hi dæmones, ſidera & planetas, ſibi deos ac dominos faciant: illi uerò, ſigna cœli non timeant, & ſolum cœli ſtellarumque autorem Dominum agnoſcant, colant ac uenerentur.

247 Erat ideo futurum, niſi miſericordia Dei obſtaret, ut aquæ, id eſt gentes, totam terram inuaderent & occuparent.

248 Sed maior illa uis & lux primi diei, Abraham nempe pientiſsimus, uidit quartam diem, & gauiſus eſt.

249 Rectè eam ob rem inquit Propheta, Mille annos unum diem eſſe apud Deum.

250 Quemadmodum per aquas gentes, ſic per terram Iſraelitæ figurantur.

251 Aqua duo genera diuerſa, duplicemque naturam educit, auium & piſcium: id eſt, de ſeruitio dæmonum, & de lege naturæ.

252 Porrò unam tantũmodo terra: quia Hebræus non intra terminos naturæ, ſed lege diuina uiuit.

253 Rectè item Iſraelitæ oues & boues nuncupãtur, terreſtribus denominationibus.

254 Quemadmodũ Apoſtoli piſcatores à Domino ſunt appellati, quibus mandata erat conuerſio gentium.

255 Hinc intelligenti patet, cur filius Dei ſibi non piſcatoris, ſed paſtoris potius nomen uendicauit.

256 Hinc quoque colliget, quomodo pater in filio, & per filium principium & finem ſiue quietem, creauit caput, ignem & fundamentum magni hominis, fœdere bono.

257 Et quòd rectè ueteres ſenſerint, omniũ artium, omnis ſapientiæ & diuinæ & humanæ, integram cognitionem quinque libris Legis comprehendi.

258 Diſsimulatam porrò & occultatam, in literis ipſis,

quibus dictiones legis contextæ ſunt.
359 Proculdubio igitur ſtatuendum eſt aliquod paradoxon, antiquioris Iudaicæ diſciplinæ.
360 Et rectè Moſaicæ profunditatis organum nuncupatur.

CONCLVSIONES DE MVNDO INTELlectuali, numero 210.

1 Intelligentia eſt ſubſtantia intelligibilis, libera ab omni craſſa putreſcibiliq; corporis mole, immortalis, inſenſibilis, cunctis adſiſtens & influens.
2 Intelligentiarum numerus omnem humanũ captum tranſcendit, quibus contrà reſpondent innumeri ſpiritus immundi.
3 Iuxta Theologorum ſenſum tres ſunt diſtinctiones intelligentiarum.
4 Prima complectitur Cherubin in bonitate Dei, Seraphin in ueritate & eſſentia Dei tanquam forma, & thronos in ſapientia & æquitate.
5 Media habet Dominationes, quaſi præcipiẽtes quod reliqui exequuntur: Principatus, curantes publica, & capitibus populorum præfecti: & poteſtates arcẽtes, quæ diuinam legem perturbare poſſe uidentur.
6 Inferior cõtinet uirtutes: adminiſtrantes cœlos, nonnunquam ad miracula facienda conſpirantes: Archangelos, diuinum cultum obſeruãtes: & angelos ſingulorum cuſtodes.
7 Itaq; hos ordines, Doctrinalem, tutelarem, procuratorium, miniſterialem, auxiliarem, receptiuũ & adſiſtentem, rectè ueteres poſuerunt.
8 Ideo eſſe intelligentiam concludo: quia tanto agibilior eſt ſubſtantia, quanto ſimplicior.
9 Sua creatio non poteſt eſſe æqualis amori diuino, à termino creaturæ ad creatorem.
10 Cuius magnitudo quemadmodũ imaginari non poteſt, ſic nec bonitas.
11 Et quemadmodum nullus circulus diuiditur, ſic angelus non corrumpitur.

12 Ideo de genere naturalium eſſe non poteſt.
13 Quamuis habeat naturale bonũ maximè exiſtens.
14 Hinc eſt, quod inter Deum & creaturam ſit quidem idea,ſed conſiderabilis.
15 Ideo ſecundum naturam ſub genere non eſt, neq; de contrarijs.
16 Etſi ſit ex aliquo,ut de nihilo.
17 Quapropter productio intelligentiæ eſt ſpiritualis, non autem generalis.
18 Et quoniam eſt de una bonitate, quæ non eſt ex alia: ſequitur ut ſit ſuamet ſpecies.
19 Quo fit, ut inter creaturas nulla ſit ſimplicior ipſa intelligentia.
20 Etſi quidẽ producitur in magnitudine, rectè ob eam cauſam extenditur.
21 Nec poteſt eſſe æuiternus, niſi ob rationem intrinſecam & innatam durationis.
22 Pari ratione potens uel eo dicitur, quia ipſa productione à poteſtate eſt.
23 Sui quippe ipſius origo, eſt ipſa bonitas, & ratio ſapientiæ.
24 Nec dari poteſt alia ratio ſui amoris, quàm uoluntas ſuæ productionis.
25 Hinc uirtutis intẽtiones & ueritatis amor innatus eſt.
26 Quapropter & gloria eſt ratio quietis, tam bonitatis quàm concordiæ,omni prorſus integritate remota.
27 Eadem ratione & bonum Dei, ſiquidem eſt ratione noſtri æuiternum,principium habet in tempore æuo.
28 Atq; actum ipſum,per differentiam ordinis extrinſeci atq; intrinſeci.
29 Ideoq; bonum intelligentiarũ, ratione finis eſt productum.
30 Et productum ſecundum ſubſtantiam, plus entis includit quàm accidens.
31 Cuius quoq; concreta per ipſam eſſentiam ratione propriæ æqualitatis,uerè æqualia ſunt.
32 Quanquam productio ipſius reſpectu minoris ſit, & accidentia habeat ſua propria inſtrumenta.

Nihilomi-

33 Nihilominus eius extenſio ſita in emanatione, diffuſiua eſt.
34 Immutabilis namq; eſt, cum ipſum infinitum intelligentiarum æuiternum ſit.
35 Et poſsibilis ipſius immẽſitas, ob innatum ſuũ n eſſe.
36 Et incomprehenſibilis in ſua cognitione, propriam ſapientiam parit.
37 Ratione ſuæ uoluntatis liberrima.
38 Nobilis, quia unicæ dignitatis.
39 Perfecta, quia indiuiſibilis, producta in gaudio & gloria.
40 Subſtantia uera, ſiquidem in ſuo eſſe intenſa.
41 Fortis & conſtans, ob ſuam ſyndereſim.
42 Completa & uniuerſa, abſq; omni confuſione.
43 Nec impedit quid ſingulare, ipſam ſympathiam.
44 Integra & carens omni & contrarietate & contradictione.
45 Cuius emanatio ſeu amplitudo cum ocium non recipiat, principio carere non poteſt.
46 Et multitudo ipſa, quæ ſit ipſamet forma, dignitate gaudet.
47 Eiuſq; plenitudo quietiſsima eſt.
48 Abundantia item & ſufficientia tantæ eſt conformitatis, ut in ſubſtantijs creatis maior nulla dari poſsit.
49 Intelligentiarum magnitudo cõmunione immortalitatem ſignificat.
50 Hęc ipſa enim incorruptio per eſſe creatum quod eſt ſua ſubſtantia, & per eſſe increatum amplificatur.
51 Quo fit, ut immutabilis duret & conſeruetur, appetendo uelit & diligat.
52 Poteſtate cõmunicatur, per ſuũ eſſe extẽditur in ſuũ.
53 Exiſtentia ſapiens, ſciens atq; intelligens eſt.
54 Operatur uoluntarium, & amat liberum: agit nobilia, & fert ſuprema.
55 Cuius productio, ut productio per ipſum producentem, iuſticiæ amatrix, beatitudinis, libertatis & fœlicitatis plena eſt.
56 Eiuſq; dynamis, ipſa natura, & forma ſua eſt.

Actus

57 Actus quoq;, quo ad ſuam ſubſtantiam, unus & ſimplex exiſtit.

58 Cæterùm perceptio in aſcenſu à ſe, in deſcenſu uerò ab alio, differenter procedit.

59 Iuriſdictio, ius atq; dominium, eſt per medium ſuæ ipſius eſſentiæ.

60 In fine poteſtas ipſa, quies & perfectio, in reſpectu maioris eſſe, in æqualitate ſimilitudo repræſentatur.

61 In ipſo reſpectu minoris conſideratur humilitas & obedientia, in ſua uerò uirtute ipſa conſcientia.

62 Coniectura iuſticiam & ueritatem, & contemplatio in gloria gaudium adfert.

63 Memoria intelligentiarum adeò ſuæ eſſentię cohæret, ut nulla ratione à ſe moueri queat.

64 Totus earum ordo unitati & ſimplicitati correſpondent.

65 Atq; natura earum pura perfectio eſt.

66 Cognitio ſiquidem rectã ſui ipſius, & omnium ſuarum dignitatum diſtributionem habet.

67 Sapientia quoq; ipſam cõcordiam & uirtutem, cauſæ ſuæ & originis recolitionem continet.

68 Quarum naturales habitus, mediante ſua eſſentia proficiſcuntur.

69 Itaque intelligentiarum conſummatio & perfectio, conformis uoluntatis, libertatis, amoris, & ſimpliciſsimi actus ratio exiſtit.

70 Arbitrium earum conſideratur quo ad ſapientiam & ſcientiam.

71 Permiſsio, reſpectu dignitatis & nobilitatis.

72 Conſuetudo, in iuſticia, atq; ipſa ueritate.

73 Intellectio, in beatitudinis plenitudine.

74 Licentia uerò, ipſa propria eſſentia atq; natura.

75 Actio porrò una atq; ſimplex cum ſua ſubſtantia.

76 & prima productorum ex nihilo, unio, ſeu identitas.

77 Quæ ideò non patitur, quia repugnat imperfectioni.

78 Et eorum gratia à nullo alio, quàm à ſuo principio productiuè manat.

79 Nam ipſarum quoq; potentia medium eſt ad ſimplicem ſuum actum.

80 Quanto item propius accedit intelligentiarum natura ipſi Deo, tanto ſimilior eſt.

81 Nam eius exemplar ſemper fuit in mente diuina, & quidem ab æterno.

82 Prima etiã ad extrà productio fuit ordine ſucceſsiuo.

83 Quo fit, ut demonſtratio ipſa inter creaturas intelligentiarum, in ſe ſola ſit, nullo hactenus dimetiente.

84 Quarum gloria eſt, ipſa æterna uoluptas, & ſumma fœlicitas.

85 Eſſentia uerò, ipſamet ſimilitudo & concordia.

86 Dignitas autem, ipſummet medium ad ſuam formã.

87 Quo fit, ut accidens nõ poſsit eſſe per eſſentiam intelligentiæ, licet ratione ſubſtantiæ ſuſtineatur.

88 Ideoq; ſubſtantia & eius eſſentia differunt.

89 Quapropter, etſi intelligentia non ſit de natura corporis, nec corpus; tamen eius partes aliæ poſſunt eſſe in alijs mixtæ.

90 Hinc eſt, quia corporales ſubſtantię nõ niſi per figuram ſentiũtur, impreſſam eorum formis, quod in ipſis intelligentijs figura eſſe non poſsit.

91 Ideo intelligere poteſt ſubſtantias corporales, ſine imaginatione & ſenſu.

92 Quandoquidem extendit ſuum intellectum ad magna & parua obiecta, ſine extenſione ſuarum partium, magis quàm imaginatio.

93 Quare intelligentia ſita in Oriente, quę in Occidente fiunt facilè intelligit.

94 Sicut intelligentiæ partes, poſſunt eſſe aliæ in alijs, ſine occupatione loci, ita poſſunt eſſe inuicẽ in uno loco.

95 Exiſtente qualibet parte extenſa in alia, per aggregationem earundem multiplicant tertium; quod eſt totum aggregatum intelligentiarum.

96 Aggregatio autem intelligentiarum eſt ſubſtantia, de formis & materijs ſpiritualibus compoſita.

97 Materiam autem earundem obiectum intrinſecum, ſicut formam actum ex ſuis correlatiuis tenemus.

98 Ideò realis tactus earum, etſi nō ſint corpora, in ſuis partibus eſt.

99 Non tamen aliquā corporalē dimenſionē admittūt.

100 In intelligentijs principalior eſt intellectus, quàm ratio.

101 Tres rationes duntaxat intelligentiarum, quibus Deum in obiecto habent: recolitio, intellectus, & amor.

102 Quapropter intelligentia actu per proprium intelligibile formalis eſt.

103 Ideo quoque finaliter ſic eſt, quia Deus eſt intelligibilis.

104 Intellectus autem earum, quatenus eſt, de ſe ipſo eſt abſolutè, nō factus de aliquo, ſed creatus: ea ratione quą eſt, & non fuit.

105 Vna uerò earum eſt bonitas ſecundū naturam, ſed plures rationes.

106 Vnde etiam patet, memoriā ipſam ſicut finem eſſe, & centrum omnium ſuarum partium.

107 Ideò intellectus angelicus unà cum uoluntate tranſeunt, & aſcendunt in tertio numero, ſicut memoria.

108 Et non poſſunt eſſe boni, niſi per actum conſiſtentem bonitatis, in rationibus ſuis.

109 Quemadmodū diuinæ perſonæ diſtinctæ ſunt per unam & eandem bonitatem, perſonalemq; proprietatē, ſic intelligentiæ ratione proprietatum potentialium diſtinguuntur.

110 Poteſtas in angelis potiſsimum uerſatur in accipiendis obiectis.

111 Obiecta enim nunc per modum connatarū ſpecierum attrahit, nunc per proprium.

112 Quare intellectum non habet inueſtigatiuum cum dubitatione, ſed cum affirmatione aut negatione.

113 Talis ſiquidem impotentia eſt, qualia ſunt eſſentialia eius correlatiua.

114 Et ramos tales habet, quales ſunt ſui habitus appropriati, per actionem poſitam in ſua propria intelligentia, quæ appellatur intellectus poſsibilis.

115 Angelus ſe intelligit, intellectu agente.

116 Angelus quatenus intelligit ut agens, ipſam intelligentiam et actum intelligendi, aut aliam ſpeciem horum per ſe ſumptam non multiplicat.
117 Et quoniam intelligẽtia in ſuis partibus nullam habet reſiſtentiam, qua ſit contrarietas inter unam potentiam & aliam, utique ſe conuertat angelus in ſuis rationibus neceſſarium eſt.
118 Licet intelligentia non habeat naturã corporis: ſitæ tamen diſcretæ quantitates, coniunctæ ſunt inuicem, ut amans in amato per amare.
119 Nam in ſubſtantijs ſpiritualibus, ita ſunt diſcretæ quantitates in figura numeri, ſicut in corporalibus in figura circuli trianguli aut quadranguli.
120 Subſtantia angelica ratione ſui principij quanta eſt, at ratione durationis æuiternæ quantitatẽ non admittit.
121 Ideo etiam magnitudini diuinæ magis ſunt ſimiles, quàm homines.
122 Perfecta autem quantitas angelorum numero ternario comprehenditur.
123 Nec aliud officium proximæ Deo intelligentiæ habent, quàm contemplari.
124 Quemadmodũ & remotiores, non niſi adminiſtrandi officium ſortiuntur.
125 Intelligentiæ legationum, reuelationũ, & prophetiarum harum mediæ ſunt.
126 Seraphin plus Deum diligit, quàm ſe ipſum.
127 Quẽ ignorare impoſsibile eſt, Deo exẽplari exiſtẽte.
128 Cuius uoluntas adeò repleta eſt beatitudine, ut nec creſcat, nec minuatur.
129 Angelus illuminat intelligentiæ hominis, obiectũ intelligendi per utrumqꝫ amati.
130 Ideo qualitatem recipit, per proprium indiuiduum, non indiuiduatum à ſua ſubſtantia.
131 Quo fit, ut intelligentia non ſit ſapientior aut melior in uno tempore, quàm in alio.
132 Eſt tamen relatio in ipſis interior & exterior.
133 Quibus attingunt abſqꝫ omni difficultate ueritates ſubſtantiarum corporalium.

In

134 In qualibet intelligentia ſunt tres habitus generales: proprij, acquiſiti, & meritorij.

135 Subſtantia intelligentiarum per ſuas extrinſecas & intrinſecas relationes, habitus ac conditiones ſituatur.

136 Et ob hoc in tempore extra æternitatem principiũ ſumpſit.

137 In tempore tamen ſunt, ſuper naturam temporis.

138 Ideo collatio interior non requirit ſuperficiem exteriorem, quæ fit conditionibus loci, continentibus ſubſtantias corporales.

139 Quo fit, ut ſubſtãtia angeli ſit quidem in loco, ſupra naturã loci, non tamen occcupat illum locum in quo eſt.

140 Formaliter nullus fructus angelorum poteſt eſſe magis naturalis per aliam naturã, quàm per ſuam ipſius, niſi ratione finis.

141 Quemadmodum nulla creatura ratione finis deficit, ſic nec angelus.

142 In angelo ſecundæ intentiones ſunt ex primis.

143 Fructus angelorum non eſt ex hominibus.

144 Licet eius gloria multiplicetur, propter bonum hominum.

145 Complet autem hanc uoluntatem intelligentiarũ, uoluntas diuina.

146 Si Deus non eſſet, bonus autem angelus eſſet, plus diligeret angelus ſuam naturam, quàm ſuas rationes.

147 Meritum ſubſtantia non eſt, ſed figura molis.

148 Hoc ipſum acquiſitum in æternitate non eſt.

149 Quoniam ſimilitudines acquiſitæ ſunt æuiternales duntaxat, ac formæ realis.

150 Beatitudo eſt eſſentialiter in actu intellectus.

151 Aeuum eſt ſubiectiuè in intelligentia beatiori.

152 Non eſt ſub eadem ſpecie angelorum plurificatio.

153 Operationes angelorũ menſurãtur tẽpore diſcreto.

154 Angeli intelligũt per habitũ ſciẽtię, ſibi cõnaturalẽ.

155 Angeli non fuerunt creati in gratia.

156 Ideo angelus eſt obſtinatus & impœnitens, quia ſubtracti ſunt ei diuini impetus ſpeciales.

157 Superior angelus illuminat inferiorem, non quia ei

uel obiectum præſentet luminoſum, uel quod in ſe eſt unitum diuidat: ſed quia inferioris intellectum confortat.
158 Quælibet intelligentia, præter primam, non intelligit niſi primam.
159 Ideo intelligentias eſſe in genere omnino negamus.
160 In intelligētijs eſſe accidētia, eſt ſibi ipſi cōtradicere.
161 Ex intelligibili & intellectu, magis uerè & ſubſtātialiter fit unum, quàm ex materia & forma materiali.
162 Angelus neceſſariò componitur ex eſſentia & eſſe, ſicut anima ex ſubſtantia & accidente.
163 In intellectu eſt hoc et illud, ſed nō eſt hoc extra illud.
164 Vnumquodq; in natura intellectuali, habet à ſua intelligibili unitate, & quod quodlibet ſibi uniat, & quod immaculatā ac impermixtā ſibi ſuā ſeruet proprietatem.
165 Ipſeitas enim uniuſcuiuſq; tunc maximè eſt ipſa, cum in ipſa ita ſunt omnia, ut in ipſa omnia ſint ipſa.
166 Sicut formæ ſubſtantiales in ſecundo mundo ſunt per modum accidentium: ita formæ accidentales ſunt in primo mundo per modum ſubſtantiarum.
167 Non poteſt dici, quod in intellectu ideæ ſunt tres ideæ, ſed ternarius.
168 Niſi deſtruamus naturam intellectualem, non poſſumus intelligere ideas numerari, niſi per intimationem ideæ numeri per reliquas, ſicut eſt cuiuslibet per omnes.
169 Maxima mixtio coincidit cum maxima ſimplicitate, in natura intellectuali.
170 Nullum eſt prædicatū formale imparticipatū, quod partialiter prædicari non poſsit de intelligentia.
171 Primum intelligibile cum primo intellectu, & primum ſcibile cum primo ſciente coincidit.
172 Actus quo fœlicitatur natura angelica, ultima fœlicitate, nec eſt actus intellectus, nec uoluntatis, ſed eſt unio unitatis.
173 Triplex mobilitas eſt in angelo: naturæ, intelligentiæ, & uoluntatis.
174 Naturæ quidem: quia omne creatum uertibile eſt in nihilum, niſi manu omnipotentiæ diuinæ contineatur.
175 Intelligentiæ aūt, quo ad cognitionē rerū, & quo ad dicenda.

Siquidem

176 Siquidem omne creatum habens intellectum, intelliget unum poſt aliud.

177 Voluntate uerò: quia non ſimul uult hoc, & illud.

178 Angelus etſi non habeat naturam corporis, habet tamen proprietatem, ſi in loco contineri, & hoc quidem definitiuè, dicatur.

179 Angelo ergo quatuor attribuimus: Eſſentiæ ſubtilitatem, intellectus perſpicacitatem, liberi arbitrij facultatem, diſcretionem perſonalem.

180 Quemadmodum anima apprehendit inquirendo & conferendo: ſic angelus intuendo.

181 Similitudo angelorum in eo eſt, quòd ſint immortales, inuiſibiles, indiſſolubiles, ſimplices, diſcreti perſonis, incommutabiles, incommunicabiles alteri naturæ.

182 Diſsimilitudo uerò in donis gratiæ & naturæ conſideratur.

183 In omni quoq; natura ſpirituali creata, aliud eſt eſſentia, aliud uirtus, aliud operatio.

184 Porrò hierarchia, eſt prima diſtinctione triplex: ſupercœleſtis in ordine naturę, cœleſtis in ordine Angelico, ſubcœleſtis in hominibus.

185 Angeli ſunt ſpirituales facti, ante omnem creaturam creati, natura mutabiles conditi, contemplatione uerò immutabiles facti.

186 Animo item impaſsibiles, mente rationales, felicitate ſecuri, futurorum præſcij, iuſsi mundum regunt, miſsi corpora aerea aſſumunt, in cœleſtibus commorantur.

187 In angelis eſt dignitas creationis, gratia confirmationis, amor creationis, uiſio diuinitatis.

188 Duplicē hn̄t uiſionē, nimirū matutinā et uerſpertinā.

189 Triplicem cognitionem rerū, in uerbo, in ſe, & apertam Dei uiſionem.

190 In cognitione autem rerum, angelus in propria natura cognoſcit plura ſimul habitu, non autem actu.

191 Quo fit, ut remota cognoſcant ſicut propinqua.

192 Horum ſtatus triplex eſt: ſcilicet innocentię, gratię, & gloriæ.

193 Motus quoq; triplex: circularis, rectus, & obliquus.

Angelorum

194 Angelorũ locutio, ut talis, eſt mentis & operis, non autem oris.

195 Quicquid enim eſt poſt unitatem, numerus unitate perfectus & conſummatus eſt.

196 Sola unitas omnino ſimplex, à ſe perfecta, non egreditur ſe: ſed indiuidua ſimplicitate & ſolitaria ſibi cohæret.

197 Neq; rem aliquam intelligere poſſumus, qua ipſa ſit: præterquam ipſam eſſe, quod ipſa ſit.

198 Cætera non illud, id eſt, ipſum eſſe, ſed illæ ſunt.

199 Quapropter angelus non eſt ipſa unitas.

200 Eſt igitur angelus, numerus ipſe.

201 Imperfectum ergo angeli, multitudinis eſt.

202 Non eſt enim ipſum eſſe, ſed eſſentia tantum: cui participatum eſſe accidit, ut ſit.

203 Nec eſt ipſa intellectio, ſed aduenit ei ut intelligat.

204 Ab unitate Dei ad angelum, & eſſe & uita & omnis perfectio deriuatur.

205 Abyſſus intellectualis, proprietas eſt profunda quæq; penetrans, & perſcrutans.

206 Super hanc tenebræ ſunt: donec ſpiritalium notionũ, quibus omnia uidet & intuetur, radijs nõ illuſtratur.

207 Species intelligibiles faciem tenent, quæ ſunt extrema angelici intellectus.

208 Motus cõuerſionis neq; eſt, neq; aliud eſſe poteſt in natura angelica, quàm motus amoris.

209. Facta eſt lux in angelo formarum intelligibilium.

210 Species angelicæ menti indiuidua copula, non ut humano intellectui accidit, uaga & translaticia, ſed perpetuis nexibus uniuntur.

CONCLVSIONES DE MVNDO *cœleſti, numero* 146.

1 Cœleſtis machina diſtinguitur in tres cœlos principales: Empyreum, cryſtallinum, & firmamentum.

2 Intra firmamentũ cõtinentur ſeptẽ orbes planetarũ.

3 Cœlum cryſtallinum eſt illa pars materię primę, quę ſecundum Philoſophũ formata eſt in duos orbes, quorũ ſuperior eſt primum mobile.

Horum

4 Horum natura eſt, quòd omnes moueantur: excepto Empyreo, quod quietum eſt.

5 Cœlum eſt corpus ſimpliciſsimũ, ſubtiliſs. ſolidiſs. maximũ, lucidũ, perſpicuũ, puriſsimũ, ſphæricũ & ſupremũ.

6 Corpora cœleſtia ſunt triplicia: lucentia, ut ſol: non lucentia, ut cæteræ ſtellæ & planetæ: diaphana, ut omnes ſphæræ cœleſtes.

7 Sphæræ cœleſtes etiamſi moueantur, non tamen mutant locum, ſed mouentur in locis ſuis.

8 Decem ſpheras figuratas à Zacharia per candelabrũ aureum, diſtinctum ſeptem lucernis, & lampadem ſuper caput eius, tum ſuper lampadem oliuas duas, tuemur.

9 Ab Empyreo cœlo, quicquid habet luminis, uiſiturq; in corporibus, quaſi à primo fonte in cæteros deriuatur.

10 Empyreum item cœlum natura uerè corporeum eſſe negamus.

11 Præeſt hoc nouem ſibi ſeriè cõſequenti ſuccedentibus cœlis, quaſi dux exercitui, quaſi forma materiæ: & Monados typum gerens, denarium implet.

12 Lunam uerò Pythagoricôs terram cœleſtem, & terreſtre cœlum nuncupamus.

13 Mercurium, aquam, uerſipelle nimirũ ſidus, & tranſformabile: ideo apud Lucanum undæ arbitrũ appellatũ.

14 Venerem, aerem, temperato calore uiuificam.

15 Solem, ignem ratione manifeſtiſsima.

16 Porrò ordine inuerſo, Martem ignem, Iouem aerem, cognatum Veneri natura: Saturnum aquam, ſcilicet ſenem damnatæ frigiditatis.

17 Reliquum, ut ſphæram octauam, & non erraticam, terram uocamus, uel ipſo ſic ordine computationis poſtulante.

18 Rectè itaq; hoc totũ magnus propheta, quod binis utrinq; terris cõcluditur, ſupra quod nihil uiſibile nobis, terram uocauit.

19 Aquas ſub cœlo ſeptẽ ſidera aptè dicimus eſſe, quæ ſunt ſub firmamento.

20 Hæ aquæ congregatæ in unum locũ ideo ſunt, quia omnis planetarum uirtus in uno ſole collecta eſt.

21 Hæc congregatio aquarum non abſurdè dicitur Mare, ſeu Oceanus.

22 Cœleſtium corporum duę ſunt in uniuerſum manifeſtè operationes, motus & illuminatio.

23 Aquam ſuper cœlos congruè orbem cryſtallinum tuemur: atque in ipſo animalia, quæ ſigna Zodiaci aliàs uocantur.

24 Adiecit Deus cœleſti machinæ uiuam ſubſtantiam, & rationalem, participem intellectus.

25 Hinc patet illud Peripateticum, Nihil reluctari cœleſte corpus ſuo motori.

26 Rectè marem & fœminam in cœlo ſtatuimus: ipſam nimirum cõtemplationẽ, & id quod præeſt corporibus.

27 Motus primi mobilis, ab Oriente in Occidẽtem eſt rationalis.

28 Motus planetarum huic contrarius, eſt irrationalis.

29 Omne quod mouetur ab alio, demõſtratio eſt ſigni, & nullo modo cauſæ.

30 Sub æquinoctiali non poteſt eſſe habitatio naturalis uiuentibus.

31 In cœlo eſt materia eiuſdem rationis, cum materia inferiorum.

32 In cœlo eſt naturaliter dextrũ: & illud non mutatur, quamuis partes orbis mutentur.

33 Corpora cœleſtia non largiuntur formaliter inferioribus, niſi caliditatem.

34 Cœlum calefacit inferiora, per lumen ſuum ſuper ea cadens.

35 Non pugnat Auenpaten cum Auicẽna, etiãſi dicat, in cœlo eſſe materiã alterius rationis à materia inferiorũ.

36 Si cœlum inanimatum eſſet, eſſet quocunq; animato corpore ignobilius.

37 Cuilibet cœlo, præter animã, quæ mouet id efficienter, propria aſsiſtit intelligẽtia: quæ illud mouet ut finis, ab anima tali ſecundum ſubſtantiam omnino diſtincta.

38 Non eſt numerus motorum, ſed numerus intelligentiarum, quæ ſunt fines motus.

39 Elementa in octo cœli corporibus cœleſti modo bis

inueniuntur:

inueniuntur: quæ quis inueniet, ſi retrogrado ordine in illa bina numeratione proceſſerit.
40 Nulla eſt uis cœleſtiũ aſtrorũ, quãtũ eſt in ſe malefica.
41 Per ſupercœleſtem locum intelligẽdum eſt de ſecunda trinitate plus eſſe intelligibile, quàm intellectuale.
42 Per ſubcœleſtem concauitatem, magis intellectuale quàm intelligibile.
43 Per cœlum, id quod æquè utroq; participat.
44 Quæcunq; deſuper cœleſti loco affirmatiuè dicuntur, de eo dicuntur non ut ſimpliciter primum, ſed ut habet ante ſe ſuperiora genera quibus participat.
45 Quæcunq; negatiuè dicuntur, dicuntur ut analogicè ſe habet ad primum bonum. Hoc ipſum eſt caput omnium, non determinati ordinis huius uel illius.
46 Quicquid à luna ſuprà, purum eſt lumen: & illud eſt ſubſtantia orbium mundanorum.
47 Nihil eſt in mundo expers uitæ.
48 Nulla pars cœli differt ab alia, ſecundum lucidum et non lucidum: ſed ſecundum magis & minus lucidum.
49 Empedocles per ſphæram intelligibilem à Venere cõtentam, nihil aliud intelligit quàm mundũ archetypũ, ab ordine intra ſe manẽtis primæ prouidẽtiæ contentũ.
50 Cum dicit Plato, in medio mundi animam eſſe poſitam, lunam intelligo.
51 Per cœlum in Epinomide, quòd dicit Plato eſſe nobis cauſam omnium bonorum, nõ ideam cœli, ſed ipſum cœlum, quod eſt cœleſte animal, intelligere debemus.
52 Demõſtratio Platonis in Phædro, de animæ immortalitate, de cœleſti qualibet anima accipienda eſt.
53 Motus primi cœli, & uniuerſaliter quilibet motus ſiue localis ſiue alterationis, ſecundariò & per accidẽs tempore menſuratur.
54 Nulla eſt uirtus in cœlo aut in terra ſeminaliter & ſeparata, quam & actuare & unire ſapiens non poſsit.
55 Non ſunt cauſæ cœleſtia, quorum dicunt Aſtrologi.
56 Imagines, in quas cœli uirtutes deriuare ſe poſſe putant Aſtrologi, prorſus inefficaces ſunt.
57 Cœlũ corpus naturale eſt, omniũ corporũ naturaliũ perfectiſsimũ,

58 Nullus motus perfectior orbiculari.

59 Nulla qualitas perceptibilis ſenſu, luce perfectior.

60 Quo fit, ut hæc ſint cœleſtis corporis propria.

61 Motus cœli, & qualitas, contrarium nihil habent.

62 Quod primo motu mouetur, reliqua mota mouet.

63 Illo ceſſante, cætera non mouentur.

64 Quapropter motus primi cœli, uita eſt omnibus.

65 Lux & conſummatricem quandam habet corporũ uirtutem, & uitale nonnihil poſsidet.

66 Lucem, quaſi proprietas ſequitur calor cœleſtis.

67 Pręter agitationẽ circularis motus, cœli munus eſt, corpora perficere, & uiuentia diſponere ad uitam.

68 Sine prima ſenſibili qualitate, cæterę qualitates agere nihil poſſunt.

69 Si igitur inferiora cœleſti calore deſtituãtur, nec frigiditatem agere frigus poterit, nec calor caliditatem.

70 Calor ſidereus non contrariatur frigori, ſicut calor igneus uel aëreus.

71 Omnẽs autem continet elementares qualitates eminentia ſimplici.

72 Sicut cœli natura continet omne corpus, & motus circularis omnes motus, ſic lux omnes calores.

73 Calor igitur cœleſtis rectè dicitur ſoboles lucis.

74 In corporeo mundo nihil fit ſine cœlo.

75 Veruntamen, quod hoc aut illud fiat, id à cœlo non eſt, ſed à ſecundis cauſis.

76 Cum omnibus iſtis enim cœlum talia facit, qualia ipſæ facere natæ ſunt: ſiue illis ad ſpeciem, ſiue ad indiuiduum cauſæ pertineant.

77 Præter communem motus & luminis influentiam, nulla uis cœleſtibus peculiaris eſt.

78 Caloris cœleſtis effuſio cõmunis eſt omnibus ſtellis.

79 Præter motũ & lucẽ, quiq; prodit à luce uiuificus calor, alij à ſideribus ad nos influxus deueniunt.

80 Per motum & calorificam lucem, ſatis ſuum officiũ cœlum undequaq; implere poſſe uidetur.

81 Nos itaq; non aliter afficimur à cœlo, quàm motu & calore.

Noctes,

82 Noctes in plenilunio ideo ſunt calidiores, quia lumen uberius plus calefaciat.

83 Nec id tamẽ obſtat, quin luna propria influentia uel frigefaciat aerem, uel humefaciat.

84 Agit in nos luna, ſoli congrediens eo modo, quo quis agit nihil agendo.

85 Lunæ lumen, ſicut & ſolis, uitale eſt: nec aliquod horum, niſi per accidens, frigus aut humidum facit.

86 Calor cœli ſi cui nocet, id fieri ex infirmitate ſuſcipientis tuemur.

87 Cęterùm paria ſolis radijs, quo plus inſolantur, plus uitæ uigorisq; nanciſcuntur.

88 Quapropter incredibile eſt, à ſole aut calorem edacem, aut contrariam uitæ ſiccitatem profluere.

89 Pari ratione non eſt credendum, à luna ſuffocantem aut fluxam nimio plus humiditatem, frigiditatemq; torpicam prouenire.

90 Aliàs lunæ lumen adoleſcens, uim inſitã rebus genitalem non adiuuat, quo corpora uegetantur.

91 Luna autem eſt principium, quaſi alter minor ſol: conducitq; ad omnes generationes & perfectiones.

92 Facit ſol per totum annum hyemem atq; æſtatem, idemq; luna facit per menſem.

93 Quemadmodum ille id cauſat per acceſſum & diſceſſum, ſic hæc per creſcentem & decreſcentem lucem.

94 Fluunt creſcente luna humiditates bonæ, decreſcente malæ.

95 Tria faciunt intentionem caloris: magnitudo lucis, denſitas, & propinquitas.

96 Neq; ſpecificæ, neq; indiuiduales rerum differentię à cœli motu pendent.

97 Differunt motus ſiderum triplici ratione. primò, ex motu ueloc iori & tardiori: ſecundò, quòd hæc pluribus, illa paucioribus molibus opus habeant: tertiò, ex ſitu regionis in qua mouentur.

98 Non aliter nos mouebit Saturnus, qui tardius mouetur: quàm Mars, qui rapidior exiſtimatur.

99 Stellę alię à ſole et luna, aut nihil, aut certè parum in nos agunt.

100 Quicquid enim deorſum prouenit à ſideribus alijs, id pertenue aut perexiguum eſt.
101 Licet quanto magis culmini proximant, tanto potentius nos afficiant.
102 Quanto uerò magis inde deſcendunt, imbecillius.
103 Et cum prope finitorem, nondum planè nobis eripiuntur: poſſunt aliquid, quamuis perexiguũ, radijs adhuc ad nos ex obliquo peruenientibus.
104 Porrò cum terrę latebris penitus latent, & à nobis longius auferuntur, nihil poſſunt.
105 Maior efficacia radijs inclinantibus eſt ad nos, minor ſecedentibus uerſus auſtrum.
106 Quanto longius à ſidere Luna digreditur, tanto plus luminis ſideris eius nobis communicatur.
107 Tanto minus, quanto minus diſtant: minimum, aut certè nihil, cum nihil diſtant.
108 Ex mixtura radiorum noua uis non coaleſcit, effectrix operis noui.
109 Licet in mixtione radiorum ſit aliquid ſubſtantiale, & accidentale.
110 Nunquam mors à cœlo, ſed à materia cũ uitio proprio.
111 Damna corporum noſtrorum, cæterorumque animantium, in cœlo cauſas non habent.
112 Neque bella, neque externa, à primis qualitatib. pendẽt.
113 Occultæ uires cœleſtibus non inſunt, quæ inferiorum rerum proprietates producant: ſed calor tantum, lumenque uiuificum.
114 Fortuita à cœlo non ſunt.
115 Nec pręterita, nec quę ad alios attinent, poſſunt ex aliqua conſtellatione præuideri.
116 Neque morum aliquo modo cauſa eſt in cœlo, neque corporearum diſpoſitionum effectus à cœlo pendet.
117 Nõ poteſt cœlũ eius rei ſignũ eſſe, cuius cauſa nõ ſit.
118 Diuina miracula à cœlo nec fiunt, nec ſignificantur: ſed miracula miraculis, ſicut naturalia naturalibus indicantur.
119 Planetæ magnis coniunctionibus iunctæ, nõ plus poſſunt, quàm diuiſæ.

120 Rectius Græci mentem Ptolemæi in lib. Apoteleſmaton declarãt, centũ coniunctiones decem & nouem eſſe: quàm barbari, 120 aſſerentes.

121 Solis quippe & lunæ cõiunctio non numeratur ob ſingularem prærogatiuã, quam habet in magnis uniuerſalibusq; mutationibus.

122 Dictio apud Græcos Synodus, quoties abſolutè profertur, ſemper pro ſolis & lunæ copulatione accipit.

123 Maximè tunc ſidera coniunguntur, cum nec longitudine diſcrepant loci, nec latitudine.

124 Hæc etſi maximè remota ſint, futurorum tamen euenta non portendunt.

125 Minimę porrò cõiunctiones ſunt, quæ ſingulis fiũt menſibus, & unius tantum menſis indicant diſpoſitionẽ.

126 Mediæ uerò ſunt, quę ingreſſum ſolis in ſigna quatuor tropica proxima antecedunt, arietem, cancrum, libram & capricornum.

127 A' quibus totum anni tempus quod ſequitur, nobis indicatur: uernum, æſtiuale, autumnale & hybernum.

128 Non poteſt fieri, ut aliquando ad eadem loca ſidera omnia reſtituantur, in quibus ſemel fuerunt.

129 Variari influxus ſiderum, abſurdum eſt.

130 Varietas rerum non poteſt in multitudinem referri ſtellarum.

131 Aſpectũ apud Aſtrologos nihil aliud, quàm radiationem, defendimus.

132 Diuerſæ item radiationes, diuerſos effectus non producunt.

133 Cum miſcent̃ uariæ figuræ, nec triangulis nec quadrangulis inter ſe ſchematis complicantur.

134 Nec poteſt ratio commixtionis de ſchematum iſta uarietate mutari.

135 Planetæ ſub ſolis radijs conſtituti, nec malè afficiuntur, nec comburuntur.

136 Vni planetæ multæ ſphæræ, multis fixis ſtellis una tantum ſphæra deſeruit.

137 Vt uniuerſum ſtellarum agmen, unius ſideris uincit poteſtatem.

Singulæ

138 Singulæ ſtellæ, planetis ſingulis anteire nõ poſſunt.
139 Sol potentia extra controuerſiam omnibus maior, maior omnibus item Iupiter & Saturnus.
140 Quanquam omnium ſiderum minimus ſit Mercurius, habet tamen plurimum poteſtatis.
141 Lunæ Venus non anteponitur, etiamſi ab ea uaſtitudine corporis excedatur.
142 Baſiliſcus ſitus in corde leonis, licet non ſit primæ magnitudinis, primæ tamen poteſtatis cenſetur.
143 Differũt imagines à ſignis: illæ enim mouentur, iſta uerò non mouentur.
144 Imagines inæqualem habent magnitudinem, ſigna inuicem ſunt æqualia.
145 Inuiſibiles imagines neq; ſenſu, neq; ratione cognoſci poſſunt.
146 Tria ſunt in prædicendo cognitu neceſſaria: hora initialis, ſtatus cœli, ſiderumq; poſitio ad eam horam, & certus cœli ſiderumq; effectus.

CONCLVSIONES DE MVNDO *elementali, numero* 104.

1 Vnum eſt ſubiectum & inſtrumentum omnium uirtutum, naturalium & tranſnaturalium.
2 In quolibet puncto materiæ, ſunt per habitũ inchoationis eſſentiæ, omnium formarum naturalium.
3 Forma in intenſione & remiſsione, nõ uariatur ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum eſſe.
4 Sonus fertur ſecundum eſſe reale, uſq; ad principium nerui auditiui.
5 Lumen non habet in medio, niſi eſſe intentionale.
6 Organum auditus eſt, neruus expanſus ad concauũ auditus.
7 Ad receptionem ſpeciei, etſi cõcurrat ſenſus paſsiuè, ad iudicium tamen ſenſibile actiuè concurrit.
8 Corpus mobile eſt ſubiectum ſcientiæ naturalis.
9 Potentia reſpectiua materiæ, non addit ſupra materiam rem, ſed rationem.
10 Vnum ſupra ens nõ addit, niſi priuationẽ diuiſionis.
11 Subiectum & propria paſsio realiter diſtiguuntur.

12 Forma generatur per accidens.
13 Materia ſignata, eſt principium indiuiduationis.
14 Eadē eſt numero qualitas à principio alterationis, uſq; ad finem.
15 In generatione ſubſtantiali, fit reſolutio uſq; ad materiam primam.
16 Eſſentia & exiſtentia in quolibet creato realiter diſtinguuntur.
17 Materia nullum dicit actum entitatiuum poſitiuum.
18 Grauia & leuia à nullo alio motore mouentur, quàm uel à generante, uel à remouente prohibens.
19 Grauia potius ſeipſis, quàm à ſe ipſis mouentur.
20 Aliquid poteſt mouere ſeipſum de actu uirtutis, ad actum formalem.
21 Senſus guſtus, ut guſtus eſt: & quod ſaporabile eſt, & quod humidum, percipit.
22 Calor ſi ſit etiam ſeparatus, ignem generare poterit.
23 Dato uacuo ſi aliquid in eo moueatur, in inſtanti mouebitur.
24 Impoſsibile eſt eandem ſpeciem ex propagatione & ex putrefactione generari.
25 Grauia & leuia mouent ſe per accidens, mouendo medium per ſe.
26 Odor ſecundum eſſe reale, & non intentionale, uſq; ad ſenſum multiplicatur.
27 Organum odoratus, ſunt carunculæ mamillares, in anteriori cerebri parte conſtitutæ.
28 Motus eſt ſenſibile commune, à ſenſu exteriori abſque actione alterius uirtutis cognoſcibile.
29 Lux & color eſſentialiter non differunt.
30 In qualibet trāſmutatione reperiunt̄ prima principia.
31 Paſsio à ſenſibili facta, in organo ſolo, ſenſatio in anima ſola recipitur.
32 Eſſe corporeum non habet res ab aliqua forma ſubſtantiali, uel gradu formæ ſubſtantialis.
33 Omnes qualitates elemētorum ſymbola ſunt diuerſarum ſpecierum.
34 De materia, ut ex ea per ſe fiūt res, tractat metaphyſicus.

35 Phyſicus autem,ut ex ea res fiunt per accidens.
36 Mixtũ ex cõcurſu elementorũ,quocunq; modo ponantur elemẽta,manet in mixto,et eſt mixtũ ex elemẽtis.
37 Quiditates phyſicarum naturarum, adæquato concepto & proprio, concipi poſſunt ſine accidentibus.
38 Corpus organicum quod eſt materia, eſt per formã eſſentialiter diſtinctam.
39 Sola materia ſufficit ad ſaluandam priuationem.
40 Priuatio non eſt ponenda inter principia naturalia.
41 Ignis ſecundum naturam eſt figuræ pyramidalis.
42 Quod autem attinet ad ſitum,rotundæ eſt figuræ.
43 Aer octedræ,octo nimirum iſopleurorum.
44 Aqua icohedræ,uiginti iſopleurorum.
45 Terra,quadratæ.
46 Aer interiect⁹ inter mare et cœlũ,ſimilitudo eſt aeris.
47 Senſus ipſi aſſenſus ſunt;quos ſi appetitio conſequatur,actio ſequitur.
48 Si uiſa tollantur,omnia tolluntur.
49 Anhelitus terræ qui frigidi ſunt, cum fluere cœperint,uentos generant.
50 Cũ aũt ſe in nubẽ induerint,eiusq; tenuiſsimã quãq; partem cœperint diuidere atq; diſrumpere,idq; crebrius facere & uehemẽtius, tum & fulgura & tonitrua exiſtũt.
51 Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit,id ipſum eſt fulmen.
52 Nullus eſt pilus omnib.reb.talis, qualis eſt pilus alius.
53 Senſus uincti ſunt è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus.
54 Quę uiſa ſunt,& quaſi accepta ſenſibus,aſſenſionem adiungunt animorum.
55 Quod ſenſu eſt cõprehẽſum,id ipſum ſenſum appello.
56 Si porrò ita eſt cõprehenſum,ut conuelli ratione non poſsit,ſcientiam nuncupo.
57 Dolor aſper contra naturam difficilis eſt perpeſſu, triſtis & durus.
58 Elementalis mundus docet naturã eorũ quæ ſunt in mundo,illorumq; cauſas,effectus,tempora,loca,modos, euentus,integritates & partes inueſtigat atq; rimatur.

59 Quatuor ſunt elementa & primaria fundamenta rerum omnium corporalium.

60 Ex elementis omnia componuntur, non per modũ coaceruationis, ſed ſecundũ trãſmutationẽ & unionem.

61 Nullum ſenſibilium elementorum purum eſt.

62 Elementa ſecundum magis & minus permixta ſunt, & in ſe inuicem tranſmutabilia.

63 Vnumquodq; elementorum duas ſpecificas qualitates habet, quarum priorem propriam ſibi retinet, in altera tanquam media conuenit cum ſequenti.

64 Primi ordinis elementa in omnia poſſunt omnia.

65 Secundi ordinis habent uirtutem & complementũ omnium operationum naturæ.

66 Tertij ordinis elementa hæc primò & per ſe nõ ſunt elementa.

67 Hic uocat̃ media natura, ſiue anima mediæ naturæ.

68 Ignis in omnib. & per omnia clarè uenit et remouet̃.

69 Omnib. lucidus eſt ſimul & occultus, incognitusq;.

70 Quando ignis per ſe ipſum eſt, non accedente materia, in qua propriã manifeſtet actionem, immenſus eſt.

71 Inuiſibilis eſt per ſeipſum, potẽs tñ ad actionẽ ꝓpriã.

72 Ignis in ſe unus eſt, & per omnia penetrans.

73 Porrò in recipiente multiplex, & in diuerſis diuerſa nota diſtributus.

74 Ignis, quo utimur, aduenticius eſt.

75 Omnium elementorũ baſis & fundamentũ terra eſt.

76 Terra in ſe continet omnium rerum ſemina, ſeminalesq; uirtutes.

77 Quo fit, ut terra rectè dicatur animalis, uegetalis, & mineralis.

78 Terra eſt prima creationis nŏſtræ materia.

79 Veriſsima item medicina, reſtaurationis & conſeruationis noſtræ.

80 Abſq; aqua nullum animal degere poteſt.

81 Nulla herba aut planta citra aquæ humectationem poteſt progerminare.

82 Aer eſt ſpiritus uitalis, cuncta permeãs entia, omnibus uitã & cõſiſtentiã prębẽs, ligãs, mouẽs & implẽs omnia,

83 Ventus nihil aliud eſt quàm motus aer, et cõcitatus.
84 Horum quatuor ſunt principales: Notus, Boreas, Zephyrus, & Apeliotes ſiue Eurus.
85 Metalla terrea ſunt, plumbum & argentum.
86 Aquea, argentum uiuum.
87 Aerea, cuprum & ſtannum.
88 Ignea uerò, aurum atq; ferrum.
89 In ipſa anima refert ignem intellectus, aerem ratio, aquam imaginatio, terram uerò ſenſus.
90 Viſus item igneus eſt, auditus aereus, olfactus & guſtus ad aquam referuntur.
91 Deniq; tactus totus terreus eſt, & craſsiora corpora ſibi adſciſcens.
92 Actus et operatiões hominis ab elemẽtis moderanť.
93 Tardus motus & ſolidus à terra ſignatur.
94 Pauorem & inertiã, ac remiſſum opus, aqua ſignat.
95 Alacritatem & amicabiles mores, aer.
96 Impetum acutum & iracundum, ignis.
97 Quo fit, ut elementa nedum prima omnium ſint, uerùm etiam per omnia uires ſuas diffundunt.
98 Quemadmodum in archetypo mundo omnia ſunt in omnibus, ita in hoc corporeo mundo.
99 Non ſolum non ſunt elementa in iſtis inferioribus, ſed etiam in cœlis, atque ſtellis, dæmonibus, angelis, imò ipſo archetypo.
100 Sunt aũt elemẽta in archetypo, ideę producendorũ,
101 In intelligentijs, diſtributæ poteſtates.
102 In cœlis, uirtutes.
103 Atq; in inferioribus, craſsiores formæ.
104 Virtutes rerũ naturales quędã ſunt elemẽtales, quędam inſũnt rebus ab elementis componentibus tales.

CONCLVSIONES DE MVNDO MINOre in genere, numero 733. in ſpeciem uerò, 100.

1 Vnum eſt primum uiuens, & ultimum moriens.
2 Impoſsibile eſt hominem intellectu & cogitatione ſupra Deum aſcendere.
3 Hominis nulla cõparatio eſt porportionalis, ad eum qui ſui cauſa exiſtit.

Homo,

4 Homo ſua cogitatiõe de Deo omnia probare poteſt.
5 Quicquid homo poteſt cogitare perfectiſsimũ, optimum, digniſs. nobiliſs. & altiſs. hoc eſt Deus.
6 Meliores item cogitationes poteſt Deo attribuere.
7 Nulla regula in homine eſt perfectior, quàm Deo nihil maius cogitare poſſe.
8 Homo Deum concipere non poteſt, ut non eſſe.
9 De Deo porrò facile cogitare poterit, ipſum eſſe.
10 Homo poteſt cognoſcere & uidere ſe eſſe obligatum ad credendum, & affirmandum: etiamſi non affirmet, aut credat.
11 Operationes hominis, ut talis, fiunt obligatione rationis, non coactionis.
12 Aliàs homo contrariorum particeps minimè eſſet.
13 Quapropter iure tenetur, uti datis ſibi ad utilitatē.
14 Homo nequaquam poteſt contra ſe agere, nec uti his quæ contra ſemetipſum ſunt.
15 Intellectu igitur iure ad bonum duntaxat utitur.
16 Debet ſiquidem intellectu & uoluntate ſui boni & perfectionis compos fieri.
17 Et naturali modo magis utile appetit.
18 Homo tenetur credere, quod ſibi eſt magis utile.
19 Faciens ſecundum ſuam naturã, facit id quod debet.
20 Sufficit homini ad certam cognitionem affirmare, quod debet.
21 In natura nullum falſum eſt, nec eſt obligatio naturalis ad falſum.
22 Homo naturaliter obligatur affirmare & credere Deum eſſe, & eum quidem unum.
23 Magis conuenit homini credere Deum factum eſſe hominem, quàm eius oppoſitum.
24 Hominē unitũ deitati fuiſſe cõceptũ de ſpiritu ſancto, nõ ſemine uirili, aut carnali cõcupiſcentia: atq; ex uirgine, nõ muliere corrupta, ex natura hominis, poteſt credi.
25 Melius homo naturaliter credit reſurrectionē mortuorum in corpore & anima, quàm oppoſitum.
26 Omne bonum naturaliter remouetur ab homine, negando reſurrectionem mortuorum.

27 Homo ſiquidem accepit ſeipſum, & accepit mundũ: obligatur pro ſe ipſo, & pro mundo.

28 Plus obligatur homo pro anima, quàm pro corpore.

29 Ex multiplicitate organorũ corporis arguuntur multiplicitates organorum animæ.

30 Homo habet aliquid, q̃d eſt propriè & totaliter ſuũ.

31 Omnes hoĩes debẽt ſe reputare tanq̃ unũ hominẽ.

32 Solus amor facit hominem bonum aut malum.

33 Tot poſſunt eſſe amores, quot res primò amatæ à uoluntate.

34 Nullus locus eſt in quo poſsit Deus habitare, præterquam cor hominis.

35 Homo nõ ſimpliciter imago Dei creatus eſt, ſed ad (imaginẽ.

36 Animus hominis nec uideri, nec tangi poteſt.

37 Item adeò liber eſt, ut nec cogi nec mẽſurari poſsit.

38 Quemadmodũ Deus totum hũc mundum, & quicquid in eo eſt, mente gerit: ſic illum humanus animus cogitatione complectitur.

39 Nil eſt in maiori mundo, quòd realiter in ipſo homine non reperiatur.

40 Homo igitur uerè omnis creatura eſt.

41 Conſenſu omnium Theologorum, animum hominis ſolum, uerum templum Dei affirmo.

42 Solus homo cum omnibus ſymbolum habet, operationem atq; conuerſationem.

43 Homo in omnia, etiã in Deum ipſum poteſt, ipſum intelligendo & amando.

44 Homo omnia cognoſcibilia cognoſcere poteſt.

45 Non reperitur aliquid in homine, in quo non fulgeat aliquid diuinitatis: nec quicquam eſt in Deo, quod ipſum etiam non repreſentetur in homine.

46 Qui ſeipſum cognouerit, cognoſcet in ſe omnia: Deum, ad cuius imaginẽ factus eſt: mundũ, cuius ſimulachrũ gerit: creaturas omnes, cum quibus ſymbolũ habet.

47 Homine Deo unito, uniũtur omnia quæ in eo ſunt.

48 Homini ſublimis contemplatio, iudicium, firmum propoſitum, per Saturnum infunditur.

49 Per Iouẽ prudentia, temperantia, pietas & iuſticia,

Veritas,

50 Veritas,fortitudo,ardor,uiſq; agendi,per Martem.
51 Conſiliũ,& charitas uirtutũ omniũ regina,per Solẽ.
52 Spes,deſiderij motus & ordo,per Venerem.
53 Fides,& dilucida ratiocinatio,per Mercurium.
54 Pacifica conſonantia, & moderata temperantia,per Lunam.
55 Eiuſmodi influxus homo trahit principaliter à ſeptẽ intelligentijs.
56 Planetæ ſunt uelut quædã inſtrumẽta intelligẽtiarũ.
57 Deus & influxum & incremẽtum tanquam primaria cauſa omnibus præſtat.
58 Ab angelis homo corroboratur,ut ſit diuinæ uoluntatis nuncius.
59 Ab archangelis,ut dominetur beſtijs terræ,& piſcibus maris,ac uolatilibus cœli.
60 À principatibus,omnium uires amplectitur.
61 À uirtutibus,uim roboris ſuſcipit.
62 À poteſtatibus,præſidium aduerſus hoſtes habet.
63 À dominationibus,auxilium debiti finis.
64 À thronis,memoriam æterni ſpectaculi.
65 À Cherubinis,mentis lumen.
66 À Seraphinis,perfectum amoris incendium.
67 Itaq; inuanũ laborant,qui naturali curſu & proprijs uiribus ad tam alta contendunt.
68 À datore luminũ,per ſanctas intelligẽtias,quouſq; influentiæ ad lunã peruenerint,bonæ in primo gradu ſunt.
69 Cum deinde in ſubiecto uiliori ſuſcipitur,ipſa etiam uileſcit,cœleſtib.tamẽ uirib.ſemper bonis permanentib.
70 Omnium malorum noſtrorum cauſa peccatum eſt.
71 Noſtro animo malè diſpoſito,infligit Saturnus per ſe bonus,anxietatem,tædium & melancholiam.
72 Iupiter,animo deprauato,auaritiam & tyrannidem.
73 Mars,impetuoſam iram,prophanam arrogantiam,dum redundamus uitijs.
74 Sol,nobis peccantibus,ſuperbiam imperioſam,& inexplebilem ambitionem inducit.
75 Venus,cõcupiſcentię deceptiones,& laſciuos amores,turpesq; libidines adfert,

Mercurius,

76 Mercurius, obſtinatis fraudes, dolos & mendacia cumulat.

77 Luna ad res nobis planè oppoſitas inclinat.

78 Vnicuiq; homini impreſſus eſt character diuinus, cuius uigore poſsit attingere res ſublimes & profundas, ideoq; capax omnis diſciplinæ.

79 Corruptis omnibus indiuiduis ſpeciei humanę, hęc eſt uera, Homo eſt animal.

80 Solus homo eſt longi, lati & erecti corporis.

81 Solius hominis eſt honeſtum proſequi, cum omnia bruta utilia duntaxat & delectabilia appetant.

82 Solus paſsiones ordinat, ad limitem rationis.

83 Supra mundum per intellectum eleuatur.

84 Amicitiam habet ſecundum omne genus amicitiæ.

85 Ciuile & coniugale ſolum eſt animal.

86 Natura manſuetum, propter ciuilitatem.

87 Perfectæ gaudendi rationes ſoli conueniũt homini.

88 Dignitas humana eſt in hoc, quòd Deus fecit hominem ratione ſapiẽtem, uita innocentẽ, dominio potentẽ.

89 Factus eſt homo abſq; omni culpa & miſeria, nec ad culpam habuit fomitis incitamentum.

90 Triplex eſt oculus hominis: Carnis, quo uidet mundum: rationis, quo uidet animum: contemplationis, quo uidet Deum.

91 Primus homo nequaquam mortem expectauit, quia uiuus erat ad gloriam transferendus.

92 Memoria eſt, recordatio ſuperioris uitæ: & diſcere nihil aliud, quàm recordari.

93 Quæcunq; mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecuturam affirmo.

94 Homo in ueri inueſtigatiõe pſeuerãs, uerè iuſtus eſt.

95 Nihil præter uirtutem eſt bonum.

96 Oculorum ſenſus eſt acerrimus.

97 Homo ingenioſus, plerunq; melancholicus eſt, habens aliquid in animo præſagiens ac diuinum.

98 Ignari homines in uita mentibus errant.

99 Sapiẽs non opinatur, & proinde nulli rei aſſentitur.

100 Atq; eius uis eſt prima, cauere ne capiatur, ne fallatur uidere.

CON.

CONCLVSIONES DE CHRISTO, numero 67

1 Natura humana & diuina in incarnatione conuerſa eſt, at diſtincta.
2 Quemadmodum humanitas eſt homo in deitate, & eſt homo per ſuam naturam: ita rationes humanę IESV Chriſti ſunt homo.
3 Perſonæ filij in diuinis, remanent rationes hominis in natura hominis.
4 Chriſtus de ſui corporis cōditione non eſt, quòd localiter ſit in omnib. locis ſeculi, in quibus eſt Deus homo.
5 Diuina natura cum humana, nullam compoſitionem ingrediuntur.
6 Chriſtus in ultimo iudicio, iudicabit non ſolum in natura humana, ſed etiam ſecundum naturam humanam.
7 In Chriſto non fuit ſcientia acquiſita.
8 In Chriſto fuerunt duo eſſe.
9 Corpus Chriſti ex ſe fuit impoſsibile.
10 Actus diuinarum & humanarum actionum IESV Chriſti, ſunt realiter inter ſe diſtincti.
11 Filius Dei incarnari non potuit, niſi in ſuppoſito hominis.
12 Propter creatum, incarnatio debuit eſſe.
13 Chriſtus uirtutem moralem acquiſitam in hoc mundo habuit.
14 Incarnatio & ſignificatio diuinæ bonitatis in quæſito ueritatis, facto ſecundum ſuam rationem.
15 Vna eſt bonitas diuina, ergo una incarnatio.
16 Quapropter poteſt contradicere incarnationi.
17 In perſona quæ ſit de diuina & humana natura, ſunt magnitudo & æternitas, primæ rationes creaturæ.
18 Vel propter unionem inter creaturam & creatorem neceſſaria fuit incarnatio.
19 Maior differentia eſt duarum naturarum in una perſona, quàm inter Deum & creaturam.
20 Priuatio, incarnatio eſſe non poteſt.
21 Sicut in diuinitate una eſt eſſentia, & tres perſonæ: ita in Chriſto una perſona, & tres eſſentiæ, deitas, anima & caro,

22 Chriſtus ſecundum naturam diuinitatis eſt genitus, ſecundum animam creatus, & ſecundum carnem factus.

23 Vnio in Chriſto eſt triplex: deitatis ad animam, deitatis ad carnem, & animæ ad carnem.

24 Duæ primæ uniones ſemper manſerunt, tertia ſeparata fuit in morte.

25 Vnio deitatis ad humanam naturam non eſt in unitate naturæ, ſed perſonæ tantum: & quidem non humanæ, ſed diuinæ.

26 Caro & anima differunt in homine quãtum ad eſſentiam, nihilominus cõſtituunt perſonam unam.

27 Chriſtus ſecundum quod eſt homo, non eſt perſona.

28 Corpus Chriſti ſecundum Damaſcenum, formatum fuit ex ſanguine beatæ Virginis, non ex carne.

29 Virtus formatiua in beata Virgine, non fuit ex patre carnali, ſed ex uirtute altiſsimi.

30 Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit uiator & comprehenſor.

31 In conceptione filij Dei ſimul cõcurrerunt uirtus innata, infuſa & increata.

32 Natiuitas Chriſti triplex eſt, diuina, humana & gratuita: prima ex patre, ſecunda ex matre, tertia in mente.

33 Apparuit in natiuitate Chriſti benignitas & humanitas Saluatoris, de triplici latibulo: ſcilicet in ſinu patris, in quo celabatur: de umbra legis, in qua figurabatur: de uentre matris, in quo formabatur.

34 Circumciſus eſt IESVS non modò circumciſione legali, ſed etiam ſpirituali.

35 Chriſtus ſolus, & quidem ſecundũm utramq; naturã, dicitur caput Eccleſiæ.

36 Chriſtus ſolus, inquantũ homo, influit gratia per modum meriti, tam ex congruo quàm condigno.

37 Gratia unionis eſt, per quam Chriſtus ipſe non tantum fœlicitate gloriæ, uerumetiam adoratione latriæ dignus fuit.

38 Sicut in Chriſto fuit omnis plenitudo gratiæ, ſic & ſapientię, & quo ad cognitionem, & quo ad modos & differentias cognoſcendi.

39 IESVS proficiebat ſapientia & ætate, non quoad ſe, ſed quoad alios, in ratione cognitionis experientiæ & ſenſus.
40 Meruit Chriſtus, inquãtum uiator, non inquantum comprehenſor.
41 Voluntates in Chriſto non erant cõtrarię, ſed uolitę.
42 Non ſolum Chriſtus aſſumpſit humanam naturã, ſed etiam defectus circa naturam ſibi decentes.
43 In omnibus ſenſibus Chriſtus paſſus eſt pro nobis.
44 Paſſus igitur eſt paſsione generali.
45 Separatio animę & corporis non ſeparauit ab utraꝙ diuinitatem.
46 Chriſtus ſi paſſus non fuiſſet, quòd ſenio tamen defeciſſet, non eſt abſurdum credere.
47 Chriſtus, ceu liber in cruce poſitus docet.
48 Crux eſt candelabrum ueri tabernaculi.
49 Chriſtus eſt ſacerdos, templum, Deus & hoſtia noſtræ reconciliationis.
58 Anima Chriſti totum triduum fuit in inferno.
51 Chriſtus illo triduo totus fuit in ſepulchro, ſed non totum.
52 Quamuis anima & caro unita illo triduo eſſent cum uerbo, tamẽ tunc Chriſtus non fuit homo ratione unionis animæ & corporis.
53 Chriſtus in reſurrectione non tale corpus, quale antea, reſumpſit.
54 Chriſti reſurrectionem ueram & infallibilẽ tuemur.
55 Solus Chriſtus eſt aduocatus noſter, habens tot linguas pro nobis loquẽtes, quot uulnera ꝓ nobis accepit.
56 Chriſto cõuenit deſcendere de cœlo tantũmodo ſecundum diuinam naturam.
57 Deus ſiquidem illuc uenire dicitur, ubi ſpeciali affectu apparet.
58 Chriſto aſcendere propriè conuenit ſecundum humanam naturam.
59 Chriſtus ſecundũ humanam naturam duntaxat mutat locum.
60 Aſcenſio Chriſti fuit tam ad locũ, quàm ad dignitatẽ.

61 Illo modo aſcendit ſuper omnes cœlos.
62 Hoc uerò modo ad dexteram patris.
63 Porrò non eſt dicendum corpus Chriſti obligatũ ad locum priorem, niſi ratione congruentis deputationis.
64 Pari ratione non eſt intelligendum aſcendiſſe Chriſtum ad locum ſecundũ, quo ad ſitum qui patri non conuenit, ſed quoad excellentiam.
65 Per dexteram ſiquidē uel ęqualitas maieſtatis intelligitur, quæ competit Chriſto ſecundum diuinitatem: uel perfectio præmij, ſecundum humanitatem.
66 Miracula Chriſti non ratione rei factæ, ſed ratione modi faciēdi, ſuæ diuinitatis argumentũ ſunt certiſsimũ.
67 Miracula Chriſti non potuerunt fieri per uiam Magiæ, aut Cabalæ.

CONCLVSIONES DE PHILOSOPHIA, numero 15.

1 Omnis doctrina ingenuarum & humanarum artium, uno quodam ſocietatis uinculo continetur.
2 Nemo philoſophiæ expers, eſt idoneus regno.
3 Philoſophi proprium eſt, non ita cõmoueri, ut ab honeſto recedat.
4 Ingenij philoſophici eſt, ex inimicorum odio decerpere aliquid, quod uertat in ſuum bonum.
5 Delicati pueri ad philoſophiam non ſunt idonei.
6 Turpiſsimũ eſt philoſopho, ſecus docere quàm uiuit.
7 Is uerè liber eſt, quem philoſophia liberum facit.
8 Philoſophia res eſt uſq; adeò difficilis, ut eam uel ſimulare, magna ſit pars philoſophiæ.
9 Philoſophi libertas moleſta eſt omnibus.
10 Quod ars medica præſtat corpori, hoc philoſophia præſtat animo.
11 Non eſt idoneus philoſophiæ diſcipulus, qui ſtultum pudorem non poſsit contemnere.
12 Sola philoſophia præſtat uitam ueram, tranquillam ac ſrauem.
13 Humana quidem mens rerum omnium dux, philoſophia uerò ſola rectè inſtituendi uia eſt.

Philoſophia

14 Philoſophia in tres partes eſt diſtributa: in naturę obſcuritatem, differendi ſubtilitatem, in uitam atq; mores.

15 Philoſophia nihil eſt aliud, ſi rectè interpretari uolumus, quàm ſtudium ſapientiæ.

CONCLVSIONES DE METAPHYSICA, numero 36.

1 Metaphyſica Deum, menteſq; corpore ſeiunctas, ac multiplicia doctrinarum omnium principia, quæ uocamus Axiomata, naturæ ueſtigijs indagat.

2 Corporis (in eo quod corpus) conſideratio ad Metaphyſicum ſpectat.

3 Vnum ſupra ens non addit, niſi priuationē diuiſionis.

4 Quiditates in particulari à Metaphyſico non conſiderantur.

5 Ens de ſuis paſsionibus & ultimis differētijs quiditatiuè non prædicatur.

6 Vniuerſalia ſunt ex parte rei in potentia tantū, actu autem per operationem animæ.

7 Nulla eſt uia ad probandum ſimpliciter abſtractum eſſe, præter uiam æternitatis motus.

8 Vnum metaphyſicum dicit priuationem diuiſibilitatis, non tamen actu, ſed aptitudine.

9 Vnū metaphyſicū eſt fundamentū unius arithmetici.

10 Numerus præciſè ita reperitur in abſtractis, ſicut in materialibus.

11 Subſtantia eſt prior accidente, non ſolum natura, ſed tempore.

12 Eſſentia cuiuslibet intelligentiæ eſt ſubſtantialiter aliquid.

13 Primum eſt illud, quod ita eſt uniuerſalius ſubiecto, ut tamen de ſubiecti genere non prædicetur.

14 Non poteſt intelligi accidēs etiam in abſtracto, non intelligendo ſubiectum.

15 Species ſunt medio modo inter eſſe ſpirituale & materiale.

16 Quælibet ſpecies ſecundum eſſe ſpirituale, eſt formaliter cognitio.

17 Intentio prima eſt quiditas rei, obiectiuè relucens in intellectu.

18 Scientia metaphyſicæ non eſt una ſcientia.

19 Numerus abſtractorum, de quo agit Ariſtoteles in duodecimo Metaphyſicę, non eſt numerus motorũ, ſed numerus intelligentiarum, quæ ſunt fines motus.

20 Metaphyſicus & dialecticus ęquè de omnibus diſputant, ſed ille demonſtratiuè, hic probabiliter.

21 Primũ intelligibile non eſt extra primũ intellectum.

22 Ens, uita & intellectus in idem coincidunt.

23 In intelligibilibus non eſt numerus, ſed multitudo, & numerorum cauſa paternalis ac maternalis.

24 In intellectualibus uerò eſt numerus ſecũdum eſſentiam, & communicatiuè multitudo.

25 Ordo ſeparatorum principalis non eſt numerus, ſed ſuper eum eſt ordo fontalis unialiter ſuperexaltatus.

26 Intentio ſecunda eſt ens rationis, habens per ſe modum formę qualitatiuè ab operatione intellectus prouenìens conſequutiuè, non effectiuè.

27 Licet intellectus non intelligat ſingulariter ab ipſo, tamen eſt quod perfectè cognoſcatur ſingulare.

28 Quiditates phyſicarum naturarum adęquato conceptu & proprio, concipi poſſunt ſine accidentibus, ſiue à metaphyſico, ſiue à phyſico conſiderentur.

29 Accidentia nullo modo debent dici entia, ſed entis.

30 Vera metaphyſica tradita metaphyſicaliter, eſt de quolibet quod eſt uera forma, ut de primo ſubiecto, & de quolibet quod eſt ſecundum ſuum eſſe formale, tanquam de obiecto ſecundario, in modo procedendi demonſtrationem negligens.

31 Tria tranſcendentia in quibus conſiſtit imago, non dicunt diuerſas rationes in recto & principaliter diffinibiles, uel deſcriptibiles.

32 Per unũ in ſophiſte, intelligendũ eſt unũ in alteritate.

33 Qui unum non intelligit, nihil intelligit.

34 Non in habitu, ſed actu reflexo conſiſtit fœlicitas.

35 Intelligentia ut diuina eſt, regit res ſtatuitiuè, non ordinatiuè.

Primum

36 Primum contemplatiuæ ſapientiæ rudimentum eſt, meditari condiſcere, & loquitari dediſcere.

CONCLVSIONES DE PHYSICA, numero 46.

1 Naturalis ſcientia aut circa ea uerſatur quæ communiter inſunt rebus: aut circa ea quæ uidentur ineſſe, nec inſunt.

2 Ineſſe uidentur, nec inſunt, inane & infinitum.

3 Inſunt uel principia, uel quæ principijs adnexa, uel quæ de principijs exorta.

4 Principia ſunt, cauſæ & concauſæ.

5 Principijs adnexa, motus, locus, tempus, & continuũ.

6 De principijs orta, ſimplicia & compoſita ſunt.

7 Principij nulla eſt origo, quoniã ex principio oriuntur omnia.

8 Omnium rerũ principia parua ſunt, ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur.

9 Fato omnia neceſſariò fiunt.

10 Fatalem neceſsitatem eam dicimus, quàm εἱμαρμένην appellant.

11 Ex materia in ſe omnia recipiẽte mundus eſt factus.

12 Duo ſunt motus: unus ſuus, alter externus.

13 Quæ ſua ſponte mouentur, diuiniora ſunt.

14 Animus ſeipſum mouet, nec unquã deſinit moueri.

15 Quæ mouentur, aut natura mouentur omnia, aut ui, aut uoluntate.

16 Nihil ita cupit uniuerſi natura, ut entia trãſmutare, & facere noua ſimilia.

17 Semen modo quodã omne, ipſum eſt ens ex ſe futuri.

18 Rectè ab Orpheo natura πολυμήχανος μήτηρ, id eſt multum machinatrix mater nuncupatur.

19 Omnia tribus terminantur. nam alia ſunt corpora & magnitudines, alia hæc ipſa obſeruant, alia denique habitantium & cuſtodum principatus ſunt & origines.

20 Tria ſunt uera rerum principia: infinitum, unum, & numerus.

21 Infinitum eſt ipſum poſſe.

Non

22 Non diſcrepat Orpheus qui ponit principia, Iouem, Iunonem & Legem.
23 Color, eſt corporis apparentia.
24 Tempus, eſt circulus mundi extimus.
25 Motus, eſt differentia quædã, ſeu alteritas in materia, generationi & corruptioni paſsibilẽ materiam ſubijciẽs.
26 Neceſsitas incumbit mundo.
27 Quædam enim de neceſsitate fiunt, quædam ex fato, quædam electione, quædam à fortuna, quædã uerò caſu.
28 Horum porrò cauſa eſt humanæ rationi occulta.
29 Mundus cœpit ab igne.
30 Dexterum eius in Oriente, ſiniſtrum autem in Occidente eſt.
31 Cœlum prima diuiſione in quinq; zonas diuiditur.
32 Deinde in ęquinoctia & ſolſtitia, utraq; bina, & arctõ.
33 Primus Thales obliquitatẽ zodiaci iuxta ſolis meatum reperit.
34 Recte etiam dixit, Lunam uideri ſolũ terreſtre ignitum, in ſe habens campos, montes & ualles.
35 Circulus ſeu harmonia, quanquã abſq; materia non ſubſiſtit, tamen abſq; materia eſſe intelligitur.
36 Idẽ ſenſit, fore ut ad extremũ omnis mũdus igneſcat.
37 Humore conſumpto, terra ali non poterit.
38 Aqua omni exhauſta, ortus aeris eſſe non poterit.
39 Mundus natura cõſtat & adminiſtratur, ut arbor, aut animal: in quibus nulla temeritas, ſed ordo apparet, & artis quædam ſimilitudo.
40 Mundum animantem, & ratione regi, & ſapientem aſſerimus.
41 Mundi naturam non artificioſam ſolum, ſed planè artificem, cõſultricem, prouidam utilitatum, opportunitatumq; defendimus.
42 Ad harmoniam canere mundum affirmamus.
43 Innumerabiles eſſe mundos, omnes oriri, & quotidie interire, non eſt abſurdum.
44 Vniuſcuiuſq; geniti initium & finis, perpetua reuolutione eſt ſempiternus.
45 Defendi poteſt ſententia Democriti, qui ſemel mundum

dum genitum docet, & interiturum, nec unquam reparandum.

46 Aethera, ignem, aquam, uentũ uel uaporem ſubterraneum, caſum uel ruinam, cauſas eſſe terręmotus conuenientes, rationi non eſt contrarium.

CONCLVSIONES DE ANIMA, numero 164.

1 Anima humana eſt lux quædam diuina ad imaginem uerbi, cauſæ cauſarum, primi exemplaris creata, ſubſtantia Dei ſigilloq́ figurata, cuius character eſt uerbum æternum.

2 Anima ex agentis uirtute duntaxat, non ex materiæ gremio dependet.

3 Eſt item numerus ſubſtantialis, uniformis, ad ſeipſum conuerſiuus, & rationalis.

4 Anima humana maximè mēte, ratione & idolo duntaxat conſtat.

5 Quemadmodum mens illuminat rationem, ita ratio fluit in idolum, quæ omnia una ſunt anima.

6 Ratio niſi per mentem illuminetur, ab errore non eſt immunis.

7 Mens lumen rationi non præbet, niſi luceſcēte Deo, primo uidelicet lumine.

8 Lux prima quando infunditur menti, fit intellectualis, & quæ intelligi poſsit.

9 Lux prima, quãdo per mentem infunditur rationi, fit rationalis: ac poteſt non ſolũ intelligi, ſed etiam cogitari.

10 Lux prima quãdo per rationem in idolum animæ infunditur, fit non ſolum cogitabilis, uerùm etiam imaginabilis, necdum tamen corporea.

11 Quando lux prima exinde migrat in æternum animæ uehiculum, efficitur corporea, non tamen manifeſtè ſenſibilis.

12 Cum porrò tranſierit in corpus elementale, ſiue ſimplex, aereumq́, ſiue compoſitum, fit lux manifeſtè uiſibilis ad oculum.

13 Idolum animæ eſt potentia illa uiuificatiua, & rectrix

corporis, ac ſenſuum origo, per quam ipſa anima in hoc tempore uires explicat ſentiendi, ſentit corporalia per corpus, mouet corpus per locum, regit in loco, alitq́ in corpore corpus.
14 In idolo duæ potentiſsimę dominãtur uirtutes, phantaſia, & ſenſus naturæ.
15 Homo per naturã corporis eſt ſub fato, anima hominis per idolum in fato naturam mouet, per mentem ſupra fatum.
16 In prouidentiæ ordine ratio ſui iuris eſt.
17 Nulla forinſeca aut intrinſeca uiolẽtia facilè animus poteſt perturbari.
18 Mens eſt immortalis & æterna.
19 Quæ anima unitur menti, illam dicimus ſtantem, & non cadentem.
20 Hanc ipſam mentẽ non omnes homines adipiſcũtur.
21 Qui negligunt mentis experientiã, corporis ſenſibus mãcipati, irrationalibus animalibus facti ſimiles ſunt, & eundem cum eiſdem ſortiuntur interitum.
22 Quæ proportio munerum ad munera, & meritorum ad merita, eadem eſt proportio præmiorum ad præmia.
23 Omnis nobilis anima quadruplicem habet operationem: unam diuinam, alteram intellectualem: rationalem item, & animalem.
24 Diuinam operationem, per imaginem diuinæ proprietatis habet.
25 Intellectualem, per formalitatẽ participationis cum intelligentijs.
26 Rationalẽ, p̃ ipſam perfectionẽ ꝓprię eſſentialitatis.
27 Animalem porrò ſiue naturalem, per cõmunionem ad corpus, ſiue ad hæc communiora.
28 Nullum opus eſt in tota mundi ſerie tam admirabile ac excellens, quàm humana anima, ſuam diuinitatis imaginem complexa.
29 Anima ut ſpiritus eſt incorporea ſubſtãtia, intellectualis, illuminationis capax, ultima reuelatione perceptiua.
30 Spiritus humanus inter omnes creaturas, immediatè poſt angelos illuminationis diuinæ eſt perceptiuus.

Anima

31 Anima uerò, in quantum anima, non eſt aliud quàm ſubſtantia incorporea, regens corpus.

32 Anima autem definiti ſubiecti, eſt ἐντελέχεια corporis phyſici organici, potentia uitam habentis.

33 Anima ut ſpiritus, eſt ſimilitudo omnium.

34 Anima deſcriptiuè, eſt deiforme ſpiraculum uitæ.

35 Anima à fine, eſt ſpiritus intellectualis ad beatitudinem in ſe, & in corpore ordinatus.

36 Anima eſt creata imperfecta quoad ſcientiam, perfectiſsima uerò quoad potentias naturales.

37 Numerus ſeipſum mouens, ἐντελέχεια, harmonia, ſpiritus tenuis, lux, atomi, ignis, aer & terra, in anima diſcordare non poſſunt.

38 Anima diuerſa habet nomina, non quoad eſſentiam, ſed quoad effectus & operationes.

39 Actus animę triplex eſt: eſſe uegetãdo, boni eſſe ſentiendo, optimi eſſe ratiocinando.

40 Tres huius actus potentiæ, in homine una eſt animæ eſſentia.

41 Virtus formatiua, præſente ratione nullas producit actiones.

42 Illam exercet in corpore duntaxat, hanc uerò etiam extra corpus.

43 Separatæ hæ potentiæ denominationem animę ſortiuntur, coniunctæ autem mutantur in potentias reſpectum unius habentes animæ.

44 Animæ uegetatiuæ tres ſunt uires: generatiua, quo ad ſpeciei conſeruationem:

45 Augmentatiua, quo ad indiuidui conſeruationem:

46 Nutritiua, quo ad perfectionem ſubiecti.

47 Nutritiua uirtus quatuor habet ancillares:

48 Attractiuam, quæ aſſumit neceſſaria in nutrimento:

49 Digeſtiuam, quæ ſeparat conueniens ab inconuenienti in alimento:

50 Retentiuam, quę cibum tam diu retinet in uno loco, donec debitam recipiat alterationem:

51 Expulſiuã, quę expellit q̃d ſuperfluũ eſt in nutrimẽto,

52 Ante omnes has eſt appetitiua.

53 Animę ſenſibilis potẽtię ſunt, apprehẽſiua & motiua.
54 Nulla potẽtia apprehẽſiua ſenſibilis, retinet id quod apprehendit.
55 Virtus retẽtionis perficitur ſicco & frigido, receptionis uerò humido.
56 Sentimus non intrà ſuſcipientes, ſed extrà mittentes.
57 Senſibile, poſitum ſupra ſenſum non ſentitur.
58 Ad quemlibet ſenſum extenduntur nerui duo: alter ad ſentiendum, alter ad motum uoluntarium.
59 Neruus ſenſitiuus agitur contra exteriora.
60 Neruus motiuus agit ut uis animæ interior, & ad organum dirigit intentionem.
61 In omni ſenſu oportet eſſe proportionem ſenſibilis ad ſenſum.
62 Senſus in medijs delectantur, in extremis autem corrumpuntur.
63 Omnes ſenſus uelut à centro, à ſenſu cõmuni exeũt.
64 Solus tactus & guſtus habet medium intrinſecus, reliqui ſenſus omnes extrinſecus.
65 Anima alienatur à ſenſibus primùm in ſomno, ſecundò magis in extaſi, tertiò maximè in morte.
66 Senſus cõmunis eſt potentia, quæ omnium ſenſuum particularium obiecta apprehendit.
67 Ponitur autem in anteriori parte cerebri medulloſa & humida.
68 Senſus cõmunis, inquantum ſenſus, recipit rerũ ſpecies ſine materia, præſente tamen materia.
69 Porrò inquantum cõmunis eſt, habet iudicium ſenſibilium, & multorum ſenſatorum cumulum.
70 Virtus imaginatiua eſt potentia apprehẽſiua, in qua imagines rerum ſenſibilium reſeruantur.
71 Ponitur in anteriore parte cerebri, duriore & frigidiore.
72 Aeſtimatiua uirtus eſt, quæ à forma acquiſita intentiones elicit, quæ ſenſu non percipiuntur.
73 Sicut ſe habet intellectus practicus ad ſpeculatiuum, ita ſe habet æſtimatiua potentia ad imaginatiuam.
74 Virtus æſtimatiua ponitur in prima parte medię cellulæ cerebri, ex motu multi ſpiritus calida.

Phantaſia

75 Phantaſia eſt uirtus uel potentia componens imagines cum imaginibus, intentiones cum intentionibus, & imagines cum intentionibus.

76 Phantaſia operatur in ſomno, ſicut in uigilia.

77 Phantaſia ponitur in medio mediæ cellulæ cerebri, tanquam centrum inter memoratiuũ & imaginatiuum.

78 Phantaſia eſt inſtrumentum ſecundę operationis intellectus, diuiſionis nimirum & compoſitionis.

79 Memoria eſt repoſitorium præteritorum.

80 Actum memoriæ pręcedunt duæ operationes: nempe eſſe receptum, & eſſe conſeruatum.

81 Memoria ponitur in poſteriore parte cerebri ſicca, propter neruos motiuos.

82 Virtus naturalis eſt motiua humorum, mediantibus arterijs & uenis, quæ radicantur in hepate.

83 Virtus uitalis eſt motiua pulſuum, mediantibus arterijs quæ radicantur in corde.

84 Virtus animalis eſt motiua membrorũ, mediantibus neruis qui radicantur in capite.

85 Spiritus naturalis, eſt ſubſtãtia ſubtilis & aerea, ui caloris in corde generata.

86 Hæc ſanguinem ad ſingula membra impellit, ex quo corpus uegetatur.

87 Spiritus uitalis, eſt idem qui & naturalis in ſubſtãtia, non autem in uirtute.

88 Spiritus animalis, eſt idem qui & naturalis & uitalis. ſic autem dicitur, cum ad cerebrum deuenerit.

89 Cũ uirtutes animales intẽdunt̃, naturales remittunt̃.

90 Econtrà, cum uirtutes animales remittuntur, naturales intenduntur.

91 Tria ſunt in anima rationali: potentiæ innatæ, habitus acquiſiti uel infuſi, & paſsio illata uel innata.

92 Potentiæ animæ rationalis ſunt cogitatiua & motiua, quas Theologus intellectum & affectum appellat.

93 Potentiæ cognitiuæ conſiderantur in quatuor differentijs uirtutis intellectiuæ.

94 Prima eſt naturæ, qua intellectus diuiditur in agentem & paſsibilem.

95 Secunda eſt obiecti, diuidens intellectum in ſpeculatiuum & practicum.

96 Tertia eſt dignitatis, diuidens rationem in partem ſuperiorem & inferiorem.

97 Quarta eſt comparationis ad actum, diuidens intellectum in habitum & actum.

98 Porrò ex prima poſsibili oritur differētia intellectus in effectu, & eius qui dicitur adeptus.

99 Cum intellectus poſsibilis recipit ſpecies cum lumine intellectus agentis, tunc intellectus eſt in effectu, & in habitu.

100 Cum intellectus recipit perfectè lumen ſecundũ formalem coniunctionem, tunc eſt intellectus adeptus.

101 Nulla differentia intellectu ſumitur ſecundum diuiſionem potentiæ cognitiuè, excepta prima.

102 Reliquæ omnes ſumuntur aut ſecundum actum, aut ſecundum habitum, aut ſecundum modum intelligendi.

103 Modus cognoſcendi pro diuerſitate ſubiectorum, diuerſus eſt.

104 Intellectus diuinus cognoſcit res ex ſeipſo.

105 Intellectus angeli per ſpecies ſibi concreatas, quæ ſunt ſimilitudines rerum.

106 Intellectus humanus, cognoſcit res per ſpecies abſtractas à rebus particularibus, per ſenſum prius cognitis.

107 Senſus cognoſcit res præſente obiecto.

108 Imaginatio cognoſcit abſente obiecto, cum appenditijs materiæ.

109 Intellectus cognoſcit ſine appenditijs materiæ, ſub intentione uniuerſali.

110 Anima igitur per intellectum cognoſcit omnia, & attingit

111 Deum ſupra ſe, ſeipſam in ſe, angelos iuxta ſe: & quicquid cœli ambitu continetur, infra ſe.

112 Intellectus humanus non cognoſcit Deum per abſtractionem, ſed naturali cognitione.

113 Simpliciter intelligit homo, cum ſenſibilia prius per ſenſum apprehenſa cognoſcit.

114 Per accidens uerò, quando intelligit inſenſibilia per effectum.

Ad

115 Ad cognitionem uniuerſalis abſtracti, deuenimus per particularia.
116 Per uniuerſale confuſum, uenimus in cognitionem particularium.
117 Plura ſcire poſſumus, ſed unum ſolum intelligere.
118 Ad intelligẽtiam rei non requiritur præſentia rei intelligibilis, ſed præſentia ſimilitudinis eius tantum.
119 Intellectus agens eſt, qui abſtrahit ſpecies ab imagine, ſiue phantaſia, & ſua irradiatione facit uniuerſales, ac ponit res in intellectu poſsibili.
120 Intellectus poſsibilis dicitur, quia poteſt recipere tales ſpecies, quamuis nondum recepit eas.
121 Poſsibilis, recipiens tales ſpecies, uocatur in effectu, uel in habitu.
122 Porrò cum illuſtratur multitudine ſpecierum ſenſibilium, tunc eſt intellectus adeptus.
123 Intellectus ſpeculatiuus cognoſcit uerum, in ratione ueri.
124 Intellectus practicus cognoſcit uerũ, in ratione boni.
125 Ratio eſt uis animæ, non ſolum cognitiua, ſed etiam motiua.
126 Superior pars rationis, diuinis ac æternis intendit.
127 Inferior pars rationis, de tranſitorijs iudicat, & ea diſponit, accipiendo rationes per leges humanas.
128 Vis motiua alia eſt imperatiua, alia conſiliatrix, alia affectiua, ſimul etiam conſiliatrix & affectiua.
129 Prima eſt liberum arbitrium & ſynderesis.
130 Secunda eſt ipſa ratio.
131 Tertia eſt uoluntas naturalis & deliberatiua.
132 Quarta eſt intellectus practicus.
133 Synderesis eſt uis motiua, quę ſemper eſt in ſuperioribus, naturaliter mouens & ſtimulans ad bonum, & abhorrens à malo.
134 Conſcientia eſt habitus naturalis, non ſolum cognitiuus, uerum etiam motiuus.
135 Anima habet quantitatem ſaltem uirtutis.
126 Anima ſecundum eſſentiam, non eſt in toto corpore.

Anima

137 Anima etſi ſit ſimplex, differt tamen in eo quod eſt, & quo eſt.

138 Liberum arbitrium eſt facultas rationis & uoluntatis, qua eligitur bonum, gratia aſsiſtente: & malum, gratia deſiſtente.

139 Libertas liberi arbitrij eſt libera à coactione ſufficienti, ſed non libera à coactione efficienti.

140 Libertas liberi arbitrij, alia eſt naturæ, alia gratiæ, alia gloriæ.

141 Liberum arbitrium eſt liberius in bonis, quàm in malis.

142 Phantaſma eſt agens ſecundarium & inſtrumentale in productione ſpeciei intelligibilis.

143 Potentiæ animæ ab anima realiter diſtinguuntur.

144 Vna eſt anima intellectiua in omnibus hominibus.

145 Quilibet motor cœli eſt anima ſui orbis, faciẽs cum eo magis unum ſubſtantialiter, quàm fiat ex anima bouis & ſua materia.

146 Non poteſt in anima eſſe notio intelligibilis, ſine actuali intellectione.

147 Anima rationalis non utitur immediatè corpore organico.

148 Ariſtoteles in lib. 3. de Anima, non tractat niſi de parte rationali.

149 Cum anima in ſe perfectè redit, tunc intellectus agens ab intellectu poſsibili liberatur.

150 Anima irrationalis eſt idolum animæ rationalis, ab eo dependens, ſicut lumen à ſole.

131 In ratione ſimilitudines rerum ſunt, & ſpecies: in intellectu uerò, ipſa entia.

152 Anima habet apud ſe rerum ſpecies, & excitatur tantum ab extrinſecis rebus.

153 Anima eſt fons motus, & gubernatrix materiæ.

154 Omnis anima participans Vulcanio intellectu, ſeminatur in Lunam.

155 Tota ſubſtantia animæ rationalis, eſt pars intellectualis.

156 Nihil intelligit actu & diſtinctè anima, niſi ſeipſam.

Anima

157 Anima ſeipſam ſemper intelligit, & ſe intelligendo quodammodo omnia entia intelligit.
158 Nihil eſt in anima adeò intrinſecum, per quod poſsit ſine propria ſpecie aliquid à ſe diſtinctum intelligere.
159 Intellectualis natura quæ eſt in anima rationali, ſupra naturam rationalem præciſè differt à natura intellectuali pura, ſicut differt pars à toto.
160 Intellectus animalis, intellectuali totalitati magis parificatur.
161 Cuilibet ſeriei animarũ correſpõdet unus intellectus.
162 Omnes animæ cœleſtes in primo intellectu unum ſunt.
163 Anima aquea inferiora generat, ſuperiora contemplatur, in ſeipſa ſe ſiſtit.
164 Ira pars animæ in pectore, cupiditas ſubter præcordia eſt.

CONCLVSIONES DE SOMNIO, numero 27.

1 Somnus eſt, quies uirtutum animaliũ, cum intentione naturalium.
2 Somnium eſt, quod ex ſpiritu phantaſtico & intellectu inuicem unitis, aut per illuſtrationem intellectus agentis ſuper animam noſtram, aut per meram reuelationem numinis alicuius, purgata atque tranquilla mente procedit.
3 Ex tranquilla atq; purgata mente, anima noſtra uera recipit oracula, affatimq; nobis uaticinia præſtat.
4 Quemadmodũ uidere ſomnia, eſt à fortitudine imaginationis: ita intelligere, eſt à fortitudine intellectus.
5 Oportet uolentem uera recipere ſomnia, ſpiritũ phantaſticum purum, incõcuſſum, imperturbatumq; ſeruare.
6 Spiritus uaticinijs aptiſsimus, omnium idolorũ à rebus undiq; manantium, ſpeculum eſt clariſsimum.
7 Spiritus meditatione trãquillus, & uictu temperato moderatus, diuinus euadit, atq; ſciens.
8 Phantaſtico ſpiritu languens, confuſè indiſcreteq; iudicat.

9 Liberatus ſenſus uagis obiectis & erroribus meridianis, uaniſq; affectibus, familiariſs. eſt ſomniorum.

10 Quatuor genera uerorum ſomniorum aſſerimus.

11 Horum primum eſt, inter ſomnium & uigiliam:

12 Secundum, quod quis uiderit de altero.

13 Tertium, cuius interpretatio uiſione nocturna ipſi ſomniatori oſtenditur.

14 Quartum, quod eſt ipſi ſomniatori repetitum.

15 Firmiſsimum eſt ſomnium, de his quæ quiſq; ſecum reuoluit, & mente agitat eundo dormitum.

16 Vix aliquod ſomnium abſq; re inani eſſe poteſt, ſicut nullum frumentum graue abſq; paleis.

17 Multis ſomnum rixa facit.

*

19 Somnians plerunq;, ea quæ uigilans uoluit, habet.

20 Somniorum coniectio eſt, uis cernens & explanans, quæ à ſuperis hominibus ſignificentur in ſomnijs.

21 Animi in ſomniando externa & aduenticia ui pulſantur.

22 Rectè Cratippus, ex ipſis exemplis uerarum uaticinationum, rationem ſomniorum colligebat.

23 Tribus modis ſuperorum appulſu homines ſomniãt.

24 Primò, quod præuideat ipſe per ſeſe, qui ſuperorum cognatione tenetur.

25 Secundò, quòd plenus aër ſit immortalium animorum, in quibus tanquam inſignitæ notæ ueritatis appareant.

26 Tertiò, quòd ipſi ſuperi cum dormientibus colloquantur.

27 Facilius euenit appropinquante morte, ut animi futura augurentur.

CONCLVSIONES DE ORACVLIS, numero 31.

1 Cupiens ad ſupremum animæ ſtatum accedere, & ipſa oracula petere, caſtè ſancteq; diſpoſitus ſit.

2 Conſequi uerum effectum oraculorũ uolens, religioni ſit conformis.

3 Pedetentim & uelut per gradus quoſdã ad hanc animi puritatem perueniendum eſt.

4 Anima pura, naturali ſua ſolertia ſubitò quod cupit aſſequitur.

5 Verum animarum purgatorium eſt ipſa mundicia, dum in hoc corpore uerſamur: item abſtinentia, pœnitentia & eleemoſyna.

6 Itaq; in oraculis uerſari, eſt mundiciam ſeruare, ſordesq; omnes & animi perturbationes, & quæcunq; ſenſum ac ſpiritus offendunt, pellere.

7 Sic fit, ut homo ad Dei contuitum, unionemq; ſit diſpoſitus.

8 Abſtinentia ſuos paſsim obſeruatores contra uitia & malos dæmones munit atq; tuetur, & mentem Deo coniungit.

9 Nihil ad ſanitatem & complexionis temperantiã melius conducit, quàm ſuperflua minimè congregare, modumq; neceſſarij uictus non excedere.

10 Vſus ſiccorum ciborũ, & corpus craſſum ieiunijs extenuatum, & facilè permeabilem ſpiritum humanum, purum & potentem reddit.

11 Quod anima noſtra ſæpiſsimè ſomnians, nonnunquam etiam uigilans, ſemper ſupernis influxibus ſubijciatur, temperantia uitæ complexionisq; id efficit.

12 Ad diuturnam uitam conſequendam, & perpetuam ſanitatem, moderatio prudens per abſtinẽtiam ſingularum cùm animi tum corporis ſui motionum conducit.

13 Nemo poteſt Deum intelligere, niſi æmulatione & conuerſatione diuina: ideo intelligere uolens, abſtinentiſsimus eſſe debet.

14 Præterea ſi quid agere præclari, aut diuinitus illuminari cupiuerimus, abſtinendum nedum à cibis, uerumetiam ab omnibus iniuſticiæ famulabus eſt.

15 Anima corpore & libidine ſuffocata, nil cœleſte preuidere poteſt.

16 Et hoc eſt haud abſimile ieiunium, abſtinere ab ijs quæ uidentur in philocaptis, inuidis & ambitioſis.

17 Animus omni cura ſolutus, ſacris numinibus ac cœ-

leſtibus uacans, eadem quotidie ſentit quæ cœleſtia munera cogitant efficere.

18 Quanto magis animalem uitam & humanã relinquimus, tãto magis uiuimus angelos & Deum: quibus coniuncti, in omnia poſſumus, omnibus dominantes.

19 Maxima purgationum pars eſt, uoluntaria pœnitentia delictorum.

20 Cum quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.

21 Pœnitentia primam adfert expiationem.

22 Hęc ſiquidẽ gladio ſpiritus ex omni parte cõfoditur.

23 Eleemoſyna ſecunda eſt à pœnitentia.

24 Adoratio diutiſsimè continuata, & frequentata ſæpius, intellectum & animam ad ſuſcipienda diuina lumina efficit ampliorem.

25 Item amorem diuinum accẽdit, ſpem fidemq́ & mores ſacros inſert.

26 Reuertitur homo ad Deum per orationes: quò perueniens, ſiſtit equos, & cubiculũ ſympoſij intrat: ubi paſcitur ambroſia, & potatur nectare.

27 Hæc autem eſt optima ratio, quæ ſilentio ſancto, uoce mentis inclamando, offertur Deo.

28 A' Deo nihil petendum eſt, quod uelle nos indecorum eſt.

29 Itaq; omnis teſtatur antiquitas, per orationes, ieiunia, eleemoſynas, pœnitentiam, & caſtam mentem nos magna & admiranda efficere.

30 Atq; hoc eſt illud uerum ſacrificiũ iuſticiæ, dum nos ipſos ſacrificamus, exhibemus corpora noſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium noſtrum.

31 Hæc eſt inquam gratiarum actio, cum per Chriſtum offerimus hoſtiam laudis Deo.

CONCLVSIONES DE VIRTVTE, numero 100.

1 Virtus eſt habitus uoluntatis in mediocritate conſiſtens, quo ad nos, terminata ratione, prout ſapiens determinabit.

Medium

2 Medium uirtutis in tribus conſiſtit: in agendis, habendis & ſuſtinendis.

3 Perfectio uirtutis conſiſtit in ſufficientia, ordine, religione, prælatione & ſecuritate.

4 Conditiones uirtutis tres ſunt: tentationis remotio, actuum multiplicatio, & in bono delectatio.

5 Virtutes omnes in homine ſunt æquales, licet inter ſe diſtinctæ ſint per proprias excellentias.

6 Aequales primò ſunt quantū ad eſſentiam, quia omnis uirtus ſimplex eſt.

7 Secundò, quantum ad æqualem radicationem in anima, ſecundum quòd ſunt in ipſa.

8 Tertiò, quantū ad relationem ad eundem finem, quia omnes propter Deum operantur.

9 Quartò, quantum ad æqualem effectum, quia æqualiter faciunt dignum uita æterna.

10 Quintò, quantum ad æqualem facilitatem ad actus ſuos, quantum in ipſis eſt, niſi impediantur.

11 Inæquales pari ratione eſſe poſſunt uirtutes, quo ad uſum, autoritatem & feruorem.

12 Quælibet uirtus habet ſuas proprias rationes.

13 Connexæ ſunt ſibi uirtutes, & coordinatæ, ita ut qui unam habet, habeat omnes.

14 Virtutes theologicæ non ſunt in nobis per acquiſitionem, ſed per infuſionem.

15 Ethica mores, quo ad ipſum hominem, ſiue quoad ſeipſum inſtruit.

16 Differentia inter uirtutes Theologicas & Cardinales hæc eſt, quòd illæ moueant ad finem, hæ ad ea quæ ſunt ad finem.

17 Virtus eſt per ſeipſa laudabilis, & ſine qua nihil laudari poteſt.

18 Virtus nihil eſt aliud quàm in ſe perfecta, & ad ſummum producta natura.

19 Ex uirtute proficiſcuntur honeſtæ uolūtates, ſententiæ, actiones, omniſq; recta actio.

20 Honeſtum etiamſi nobilitatum non ſit, aut ſi etiam à nemine laudetur, laudabile eſt natura.

21 Honeſtum eſt, quod detracta omni utilitate, ſine ullis præmijs, fructibus'ue, per ſeipſum iure poteſt laudari.

22 Si non ipſo honeſto mouemur, ut uiri boni ſimus, ſed utilitate aliqua atq; fructu, callidi ſumus, non boni.

23 Si emolumentis, non ſuapte natura uirtus expetitur, una erit uirtus quæ malicia rectiſsimè dicetur.

24 Nulla poteſt eſſe uirtus, niſi gratuita.

25 Difficile eſt hominibus perſuadere, honeſtum propter ipſum eligendum.

26 Sumus natura ſtudioſiſsimi, appetentiſsimiq; honeſtatis.

27 Nihil eſt uirtute amabilius.

28 Virtutem neceſſariò gloria ſequitur.

29 Conciliatrix amicitiæ, eſt uirtutis opinio.

30 Proprium eſt uirtutis, conciliare ſibi animos hominum, & ad uſus ſuos adiungere.

31 Vera laus ueræ uirtuti debetur.

32 Bonus uir propriè & copioſè laudari ſine uirtutum cognitione non poteſt.

33 Non ſunt iſti audiendi, qui uirtutem duram & quaſi ferream eſſe uolunt.

34 Virtus omnia quæ cadere in hominem poſſunt, ſubter ſe habet.

35 Optimè uirtus ſeipſam nouit, & quàm amabilis ſit intelligit.

36 Virtus ad beatè uiuendum ſeipſa contenta eſt.

37 Virtutis tanta eſt uis, ut non poſsit unquam eſſe uir bonus non beatus.

38 Virtus nec eripi, nec ſurripi poteſt.

39 Virtus in tẽpeſtate ſęua quieta eſt, & lucet in tenebris.

40 Non multũ poteſt ei obeſſe fortuna, qui ſibi firmius in uirtute quàm in caſu præſidium collocauit.

41 Homines imperiti facilius quod ſtultè dixeris reprehendere, quàm quod ſapiẽter tacueris probare, poſſunt.

42 Homo indoctus, quamuis ingenioſus, ad uirtutem non poteſt peruenire.

43 Nihil bonum, niſi uacare dolore.

44 Animus, cognitis perceptiſq; uirtutibus, omnem mortis doloriſq; timorem effugit.

45 Virtus conſiſtit, ubi occaſio admonet deſpicere.

46 Laudata uirtus creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

47 Suis quempiam illecebris oportet ipſa uirtus trahat ad uerum decus.

48 Fortitudo eſt, uirtus pugnans pro æquitate.

49 Viri propria eſt maximè fortitudo: cuius munera duo maxima ſunt, mortis dolorisq́ contemptio.

50 Fortes uiri non tam præmia ſequi ſolent rectè factorum, quàm ipſa rectè facta.

51 Fortes & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant iniuriam.

52 Homines magno animo erectoq́ uiuentes, ſemper ſunt beati.

53 Diuitias cōtemnere, & pro nihilo ducere, magni animi & excelſi eſt.

54 In hac uita honeſtiſsimum eſt, parcè, continenter, ſeuerè, ſobrieq́ uiuere.

55 Temperantia eſt moderatrix omnium cōmotionum.

56 Qui uoluptatem ſummū bonum ſtatuit, eſſe temperans nullo modo poteſt.

57 Liberalitate nihil eſt naturę hominis accōmodatius.

58 Liberalitate qui utuntur, beneuolentiam ſibi conciliant, & charitatem.

59 Vrbanitatem eſſe uirtutem tuemur.

60 Multorum improbitate depreſſa ueritas emergit, & innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat.

61 Iuſticia, uirtus omnium eſt domina & regina uirtutū.

62 Totius iuſticiæ nulla eſt capitalior peſtis, quàm eorum qui tum, dum maximè fallunt, id agunt, ut boni uiri uideantur.

63 Scientia quæ eſt remota à iuſticia, calliditas potius quàm ſapientia eſt appellanda.

64 Conſiderati hominis eſt iure decertare, armis non contendere.

65 Magnam uim habet ad coniungendas amicitias, ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo.

66 Diſpares mores diſparia ſtudia conſequuntur.

Habenda

67 Habenda eſt ratio hominum, rei & temporis.
68 Vir bonus eſt, qui prodeſt quibus poteſt, nocet autem nemini.
69 Moralis philoſophia pars ciuilitatis eſt, in qua de bonis agitur diuerſis.
70 Diſpenſatiua uerſatur circa dominum, maritum, patrem. ea ſiquidem quærit, ſeruat, adornat & utitur.
71 Regia autem conſiſtit in ſatrapica, ciuili & idiotica.
72 Ciuilis autem in regnum, optimates & rempublicam ſecatur.
73 Huius exceſſus ſunt: tyrānis, oligarchia, & democratia.
74 Ius ciuile Romanorum Pandectis ipſis, in ſuas partes diſtributis, plenè continetur.
75 Septem articulos eſſe in his partibus ſtatuimus.
76 Primus cōtinet ea quæ Græcè τὰ πρῶτα uocantur.
77 Secundus iudicia, & tertius res.
78 Quartus hypothecas, & quibus teſtamenta, quæq; teſtamentis accedunt.
79 Sextus titulos bonorum poſſeſsionis uarios, neque non operis noui nunciationes, damniq; infecti.
80 Item pro ædificijs dirutis, & eorū inſidijs, & de aqua pluuia arcenda, de publicanis, donationibus, manumiſſionibus, liberaliq; cauſa.
81 Tum de dominij & poſſeſsionis acquiſitione, deq; ijs qui iudicati uel in iure confeſsi ſunt.
82 De bonorū quoq; detentionibus, & ne quid in fraudem creditoris fiat.
83 Vltimò interdicta, exceptiones, temporum prolixitates & actiones complectitur.
84 Septimus, ſtipulationes, fideiuſsiones, acceptilationes, & titulos illos ad municipales, de decurionibus & muneribus, de publicis operibus, nundinis, pollicitationibus, cognitionibus, cenſibus, uerborum ſignificatione, iuriſq; regulis.
85 Pontificum Ius quaſi ſuccentiuum ciuilis eſt, & ad eius exemplum diuidendum.
86 Res militaris uiris & armis conſtat.
87 Ciuitas in ſeditione non poteſt eſſe beata.

Proprium

88 Proprium eſt ciuitatis atque urbis, ut ſit libera, & non ſolicita ſuæ rei cuiuſque cuſtodia.

89 Illa non eſt ciuitas, cum leges in ea nihil ualent, cum iudicia iacent, cum mos óccidit patrius.

90 In hoc uel maximè uitioſa eſt ciuitas, quæ largitione interpoſita, uirtutis & dignitatis obliuiſci ſolet.

91 Omnibus bonis expedit ſaluam eſſe rempublicam.

92 Nihil eſt ex omnibus rebus humanis præclarius aut præſtantius, quàm de republ. bene mereri.

93 Non poteſt cognatio ulla propior eſſe, quàm patriæ.

94 Patria nihil dulcius, nihil clarius in uita eſſe debet.

95 Patriæ nos primùm natura conciliat.

96 Sapientis eſt carere patria, & dura non deſiderare.

97 Debemus grata eorum uirtutem memoria proſequi, qui pro patria uitam profuderunt.

98 Is uerus triumphus eſt, cum bene de repub. meritis, teſtimonium à conſenſu ciuitatis datur.

99 Is eſt ampliſsimus, qui ſua uirtute in altiorem locum prouenit.

100 Ineptiſsimus uerò, qui aſcendit per alterius incōmodum & calamitatem.

CONCLVSIONES DE PHILOSOPHIA doctrinali, numero 73.

1 Vnum, alteritas, & id quod eſt, ſunt cauſa numerorum: unum, unitorum: alteritas, generatiuorum: id quod eſt, ſubſtantialium.

2 Arithmetica numerū tractat, aut ſeorſum quenque ſpectans, aut ad alium referens.

3 Par eſt aut pariter impar, aut impariter par.

4 Item aut ſuperfluus, aut deminutus, aut perfectus.

5 Impar aut primus & compoſitus, aut ſecundus & incompoſitus: aut per ſe ſecūdus, & compoſitus ad alium,

6 Primus & incompoſitus ad alium relatus, aut æqualis, aut inæqualis.

7 Minor maiori ſubiugalis æquè diuiditur.

8 Multiplices ipſæ duplæ ſeu triplæ conſequuntur.

9 Superparticulares autem, ſeſquialteræ & ſeſquitertię.

10 Deinceps de ſuperpartientibus ſuperbipartientes, ſupertripartientes oriuntur. rara autem eadem ratio in compoſitis.

11 Qui per ſe cernitur, continens numerus, linearis, planus & ſolidus eſt.

12 Pyramis multiplex, curta, quadrantalia, aſſeres, laterculi, cunei, parallelipedi, gradati, altera parte longiores, & orbiculares.

13 In participatis numeris, aliæ ſunt ſpecies numerorũ, aliæ ſpecierum uniones.

14 Vbi unitas punctualis cadit in alteritatem binarij, ibi eſt primò triangulus.

15 Triplex proportio: arithmetica, geometrica, & harmonica.

16 Ratio ad concupiſcentiam habet proportionem diapaſon.

17 Iraſcibilis ad concupiſcentiam habet proportionem diapente.

18 Ratio ad iram habet proportionem diateſſaron.

19 In formis numerandis non debemus excedere quadragenarium.

20 Quilibet numerus planus ęquilaterus animam, linearis autem ſuperos æternos ſymbolizat.

21 Mathematicæ non ſunt ueræ ſcientiæ.

22 Si fœlicitas ſit in ſpeculatiua perfectione, mathematicæ non faciunt ad fœlicitatem.

23 Moderni qui de naturalibus mathematicæ diſputãt, naturalis philoſophiæ fundamenta deſtruunt.

24 Nihil magis nociuum theologo, quàm frequẽs & aſſidua in mathematicis Euclidis exercitatio.

25 Per arithmeticam non materialem, ſed formalem, habetur optima uia ad prophetiam naturalem.

26 Ioachim in prophetijs ſuis, alia uia non proceſsit, quàm per numeros formales.

27 Sicut medicina mouet ſpiritus principaliter ut regũt corpus, ita muſica mouet ſpiritus ut ſeruiunt animæ.

28 Medicina ſanat animam per corpus, muſica autem

corpus

corpus per animam.
29 Iudicium ſenſus in Muſica, non eſt adhibendum, ſed ſolius intellectus.
30 Muſica humana tribus animi partibus, intellectu, ſenſibus & habitu, tres efficit rationes: diapaſon, diapente, & diateſſaron.
31 Prima, ſeptem illa continet: mentem, imaginationem, memoriam, cogitationem, opinionem, rationem, ſcientiam.
32 Eo numero conſonantia conſtat, quæ uocatur ex omnibus.
33 Secunda quatuor habet, uiſum, auditum, olfactum, tactum (nam in eo guſtatus eſt) æquas numero partes quinariæ partibus.
34 Tertia, tres: auctum, faſtigium & decrementum. cui quaternio reſpondet.
35 Omniũ ſymphoniarũ concordia, Iuſticia nominatur.
36 Enharmonium genus correſpondet naturali moraliq; diſciplinæ.
37 Diatonicum, diuino & ciuili.
38 Chromaticum, mathematico & œconomico.
39 Productionum uerò mutationes uitę morumq; conuerſionibus reſpondent.
40 Mundana muſica cernitur in eo, quòd cœleſtiũ motus, ſicuti phthongus, diaſtemate conſtat.
41 Circulares ambitus harmonicorum ſyſtematum referunt apocataſtaſes, ipſas nempe reintegrationes.
42 Aſpectus ſiderum qui trigono, tetragono, dodecatemorio, dimenſione fiunt: diateſſaron, diapente, tonum diapaſon faciunt.
43 Motus ad Orientem uel Occidentem, grauiſsimis ſonis: in cœli uerò meditullio, comparatur acutiſsimis.
44 Altitudines chromaticen gignunt: enharmonion, diatonion, latitudines & tropos.
45 Lunæ facies tetrachordorum referunt iugationes.
46 Muſicæ harmonicæ ſeptem ſunt partes: ſoni, ſpacia, ſyſtemata, genera, toni, mutationes, modulatio.

47 Soni aut ſymphoni, aut diaphoni, aut homophoni dicuntur.
48 Horum differentiæ ſunt quinq;: prima in acumine & grauitate,
49 Secunda in ſpacio, & tertia in ſyſtemate:
50 Quarta in uocis regione:
51 Quinta in indole uel ſenſu, apud Græcos ἦθος.
52 Spaciorum minimũ apotome, dein diaſchiſma, tum ſchiſma.
53 Dieſis eſt ſupra modulandi principium.
54 Mox hemitonium, tonus, ditonum.
55 Syſtemata, quæ ueteres indolis initia uocitabant, differentias habent eaſdem.
56 Commutationes quatuor fiunt modis: genere, ſyſtemate, tono & modulatione.
57 Modulatio triplex eſt, aſſumptio, miſtio, & uſus.
58 Geometria à puncto, quæ nota impartialis eſt, lineas peruidet, rectas, circumferentes, flexuoſas, iacentes, perpendiculares, alternas, diſterminas: anguloſq; iuſtos, anguſtos, latos, ſummitates, circulos, ſemicirculos, & qui limites faſciati uocantur, quæ ue altera longiores ſunt.
59 Aſtronomia quæ uocatur, & ſphærica, cœli conuerſionem ſuſpicit.
60 Signa quoq; duodecim, & cum ſuis geſtaminibus quinq; & triginta habet.
61 Calculatoria ſeu logiſtice figuris numerorũ non utitur ultra nouem.
62 Hæc ſex generibus continetur: elementorum expoſitione, compoſitione, ablatione, multiplicatione, partitione, quadrati lateris inuentione.
63 Geodæſia ſeu geomoria ipſa in ſenſibilibus uertitur.
64 Continetur generibus, recto, plano, ſolido, pedatura ipſa, porrecto, conſtrato, quadratoq; pede.
65 Figuræ omnes ſunt angulares, aut circulares.
66 Canonice rationes harmoniarum conſiderat apparentes, regularum ſegmentis excogitatis, aures præferẽs intellectui.
67 Meteoroſcopice, ſublimitatum differentias & interualla

ualla ſiderum deprehendit.
68 Dioptice, Solis & Lunæ & aliorum ſiderum intercapedines colligit; & ordines.
69 Optice cauſam uiſibilium deprehendit, quæ per interuallum falſa creduntur.
70 Catoptice circa omniſarias ἀνακλάσεις, hoc eſt, reflexiones uerſatur.
71 Scenographice indicat, quo pacto nec abnumera, nec deformia fingamus in imaginibus, quæ cernũtur interuallorum ſcilicet & altitudinum cauſa.
72 Quomodo item uis ipſa oculis inſita, medij cuiuſdam diuerſitatibus adficiatur.
73 Per ſecretum radij recti, reflexi & refracti in ſcientia perſpectiua, triplicis naturæ admonemur: intellectualis, animalis, & corporalis.

CONCLVSIONES DE RATIONALI PHIloſophia, numero 25.

1 Grammatice uel methodice, in ſcribẽdo cõſideratur.
2 Hiſtorice, in legendo & enarrando.
3 Communis, in iudicio conſiſtit.
4 Stilus requiritur in hiſtoria fuſus & continuus, non periodicus, niſi cum proſopopœias aſciſcit in cõcionib.
5 Dialectica in loquendo prædicabilibus innititur, & quæ circa prædicabilia uerſantur.
6 In eloquendo conſiderat partes proloquiorum.
7 In proloquendo accidentia propoſitionum.
8 In ſumma, proloquiorum argumentationis genera inquirit.
9 In iudicando uerum à falſo diſcernit.
10 In locis media probationum indagantur.
11 In rhetorica, ubi & unde fiat oratio, duplex materia quæritur.
12 Prior in quæſtionem diuiditur, & cauſam.
13 In ea, partes officij conſiderantur, & orationis.
14 Quæſtionis genera inueniuntur, naturæ, cauſarum & ductus, tum illa quibus fiat fides.
15 Diſpoſitio eſt naturalis, ordinem tenens: & artificia-

lis, pro ratione cauſæ permutans.
16 Elocutio fundamentum habet, & faſtigium.
17 Memoria partitione conſtat, locis atque imaginibus.
18 Pronunciatio autem uoce, uultu, geſtu, cultu & habitu oris continetur.
19 Exordium, attentum, docilem, beneuolum præſtat auditorem.
20 Narratio, aut hiſtoria, aut fabula, aut argumentũ, aut iudicialis aſſertio eſt.
21 Eius elementa ſunt, perſonæ, cauſa, locus, tempus, materia, res.
22 Proprietas autem, ut ſit dilucida, uerisſimilis & breuis.
23 Propoſitio aut noſtra eſt, aut aduerſarij, aut communis, aut principalium, aut incidentium, aut ſimplex, aut cõiuncta, aut per inductionem, uel nuda, uel rationi ſubiecta, uel ſummatim, uel partibus.
24 Argumentatio aut confirmat, aut reprehendit.
25 Peroratio enumeratione conſtat, indignatione & miſeratione.

CONCLVSIONES DE SECRETA PHILOSOPHIA, numero 49.

1 Vites non putatæ, impoſsibile eſt ut cognoſcant infinitum ſeu unum.
2 Gallus candidus non recipit harmoniam.
3 Vitis non putata nunquam ſedet.
4 Harmonia circumactionem non attingit.
5 Neque ſal neque ſtatera intrant uiam publicam.
6 Sol ut plurimum acutum habet gladium.
7 Lotium ipſum conſequitur annulus ſtrictus.
8 Stragula lecti remedium habet lyram & cantum.
9 Eſcam habebit omne lotiũ, & omnis uitis non putata.
10 Farina uerò habebit infinitum, & ipſam ſtateram.
11 Olla gignit ungues recuruos.
12 Chœnix per terminum in harmonia, ſubinde expectat rem decidentem.
13 Nigræ caudæ dextra omnino iungenda non eſt.
14 Vngues & crines hirundineos periculoſum eſt ferre.

15 Nihil in farina pulchrius pane.

16 Oleum non decet panem.

17 Ignis eſt proxima cauſa gladij.

18 Grauius onus in natura non eſt ipſa cauda nigra.

19 Hirundo eſt matella unius.

20 Arbor mitis reſpicit infinitum.

21 Piſcis dignus eſt gallo candido.

22 A' fabis pius uir neceſſariò abſtinere debet.

23 Sicut homo & ſacerdos inferior ſacrificat Deo animas animalium irrationaliũ: ita Michael ſacerdos ſuperior ſacrificat animas animalium rationalium.

24 Cum arbore ſcientię boni & mali, in qua peccauit primus homo, creauit Deus ſeculum.

25 Magnus aquilo fons eſt animarum omniũ ſimpliciter, ſicut alij dies quarundam, & non omnium.

26 Animæ à tertio lumine ad quartam diem, & inde ad quintam deſcendunt: inde exeuntes, corporis noctem ſubintrant.

27 Per ſex dies Geneſeos intelligendæ ſunt ſex extremitates ędificij, procedentes à breſit, ſicut procedunt cedri à Libano.

28 Cum fiet lux ſpeculi non lucentis, ſicut lucentis, erit nox ſicut dies.

29 Nullus angelus habẽs ſex alas unquã transformatur.

30 Nulla res ſpiritualis deſcendens, operatur ſine indumento.

31 Omnis anima bona, eſt anima noua, ueniẽs ab Oriẽte.

32 Sapientes Iſrael poſt ceſſationem prophetiæ per ſpiritum, prophetarunt per filium uocis.

33 Non ponitur rex terræ in terra, quin prius humilietur militia cœleſtis in cœlo.

34 Rectius eſt ut amen Tipheret dicat & regnum, ſicut per uiam numeri oſtenditur: quàm quod dicat regnum tantum, ut quidam uolunt.

35 Motus cum ſenſu terminum, terminus cum lege infinitum pariunt.

36 Genus in diapente uitam, uita cum infinito Iouem producunt.

37 Numerus cum mixtione unum, unum cum Ioue Iunonem generant.

38 Concentus cum ratione numerum, numerus cum Iunone legem exerunt.

39 Et analogiam unitatis, mentis & ſacerdotij in bonitate habet.

40 Meſiah Enos cũ denario ſpiritu & Leuita cõiungit.

41 Ol centenarium, animam & Iſraelitam cœlo adiecit.

42 Hinc eſt neceſſariũ, quinquaginta portas intelligentiarum, & triginta duas ſemitas ſapientiæ, unum numerũ & infinitum agnoſcere, uerum luminum datorem.

43 Firmamentum igitur, & aquæ ſub firmamento, item cœlum uiſibile 17, 18 & 19 portæ ei attribuuntur.

44 Quapropter ex ſpiritu producitur uerbum atq; uox, tria nihilominus hæc unum ſunt.

45 Et imperfectiones influentiarũ, in collectione communicanti à 10 uſq; ad 5110 procedunt.

46 Abſolutum uerò quid in ſubiectis, ab unitate ad nouenarium.

47 Item ordo in procedenti à 10 ad 90.

48 Subſtantia in proprijs manet, imperfectiones tamen earum in collectione uniuerſali à 20 ad 7670.

49 Vltimò, imperfectiones partiũ in diſtributione uirtutum, rectà procedunt à 25 ad 2138.

CONCLVSIONES DE MVNDO INfernali, numero 100.

1 Caſus diaboli conſiſtit primò in proceſſu de naturæ puritate, de flexibilitate liberi arbitrij ad commutabile bonum.

2 Secundo in loco, quòd aut in infernum detruſus ſit, aut in caliginoſum aerem.

3 Prima autem die angelus iſte malignus ſubitò poſt creationem ſuam cecidit.

4 Nulla habetur opinio certa, an ordines deciderint, tuemur igitur, decimum chorum angelorum decidiſſe.

5 Dæmon, quoniam nullo ſuggerente peccauit, ideo nullo reparante redibit.

6 Diabolus non eſt ſuſceptibilis pœnitentiæ.

7 In eo præterea extincta eſt ſynderesis, quantum ad boni promotionem.

8 Quapropter Dæmones ſunt ſpiritus impuri, humani generis inimici, & ſemper infernum ſuum ſecum portāt.

9 Triplici acumine uigent Dæmones. Primò ſubtilitate naturæ, per cognitionem ueſpertinam, intelligentes naturalia præſentia.

10 Secundò, Experientia temporum, intelligentes naturalia futura.

11 Tertiò, reuelatione ſuperiorum ſpirituū, cognoſcentes etiam uoluntaria.

12 Nocet hominibus diabolus, primò extrinſecus corpus lædendo, ut fecit Iob.

13 Secundò, intra membra, ſicut in obſeſsis.

14 Tertiò, per impreſsionē imaginū, mala ſuggerendo.

15 Quartò, per commotionem ſanguinis ad peccatum, uel ſenſuum exteriorum.

16 Quintò, decipiēdo per obiectionē falſarū formarū.

17 Suadet enim bonum, ſed propter malū: ſuadet quoque malum, ſub ſpecie boni.

18 Item diſſuadet bonum, orationēm, eleemoſynam, ne per hoc incurrat uanam gloriam.

19 Tandem diſſuadendo malum, ut ducat ad peius.

20 Diabolus ſuperatus ſemel, uictorem in eo uitio deſinit tentare.

21 Lucifer de ſupremo ordine ſuperioris Hierarchię fuit.

22 Luciferum, quia præ cæteris luxit, nihil aliud quàm ſuæ pulchritudinis conſideratio excæcauit.

23 Et quemadmodum ſua tentatione primum hominē uicit, ſic à ſecundo uictus eſt.

24 Peccatum Luciferi fuit, quod ſe & ſuum priuatum bonum dilexit.

25 Licet peccatū ſit trāſitoriū, tamē erit pœna perpetua.

26 Ignis inferni non eſt elementum, & tamen magis urit quàm elementum.

27 Damnatus de peccato perpetrato, nunquam habebit ueram pœnitentiam.

28 Deus facta mundi purgatione, diuidet à calore ſplendorem, & totum calorem mittet ad regionẽ damnatorũ.

29 In damnatis ſiquidem eſt diuerſitas peccatorum, diuerſitas quoq; eſt pœnarum.

30 Auerſio eſt cauſa carentiæ uiſionis diuinæ.

31 Conuerſio eſt pœna materialis incendij.

32 Deordinatio rationis & uoluntatis erit pœna uniuerſalis.

33 Hæc conſiſtit in afflictione uaria, acerba & æterna.

34 Ignis infernalis non omnes æqualiter cruciabit: ſed ab eodem igne alij plus, alij minus torquebuntur.

35 Infernus eſt propriè locus tenebroſus.

36 Eſt ibi uermis conſcientiæ, rodens animam, & non corpus.

37 In damnatis eſt fletus, ſed ſpiritualis, ſcilicet dolor interior.

38 Damnatis ipſum quoq; eſſe, quod appetit omnis creatura, eſt pœna.

39 Ibi eſt proterua phantaſia, demens concupiſcentia, & furor iraſcibilis.

40 Homo peccator cadit in ſeruitutem & timorẽ cùm animalium, tum dæmonum.

41 Dæmones, ueluti Dei lectores, in torquendis peccatoribus ſe expediunt.

42 Quicunq; proprietatem ſeruant humanam, homines iterum naſcentur: qui uerò ſolo utuntur ſenſu, bruta animalia redibunt.

43 Qui ſenſu unà cum ira utuntur, animalia fera exorientur: qui uerò ſenſu per concupiſcentiã uoluptatemq; utuntur, ingluuioſa animalia reuertentur.

44 Qui non tam ſenſu unà cum his, quàm ſenſus degeneratione uixerunt, unà cum ipſis plantæ repullulant.

45 Qui muſicis modulis nimium deliniti uixerunt, in cæteris non deprauati, animalia muſica renaſcuntur.

46 Qui ſine ratione regnarunt, aquilæ fiunt, niſi prauitate aliqua ſint infecti.

47 Qui ciuilem uirtutem conſecutus eſt, homo reuertitur.

Cum

48 Cum moritur homo, corpus in terram reuertitur, de qua ſumptũ eſt: mens, unde deſcẽdit, remeat naturaliter.

48 Caro derelicta linquitur in poteſtate dæmonis Zazelis.

49 Anima expers intelligibilis eſſentiæ, furentis phantaſiæ imperio relicta, etiam corporearum qualitatũ cruciatui ſubijcitur.

50 Cognoſcit ſiquidẽ, ſeſe iuſto Dei iudicio, ob ſuã culpã, diuina uiſione, ad quã creata erat, perpetuò priuatã.

51 Diuina uiſio eſt præſentia omnium malorum, quæ pœna eſt omnium acerbiſsima: quam uocant ſacrę literę effuſionem iræ Dei.

52 Eiuſmodi animę imago, quando aereum corpus ingreditur umbram, qua inuoluta, nunc conſulit amicos, nunc exagitat hoſtes.

53 Cum anima ſeiuncta à corpore, perturbationes & memorię, ſenſusq; remanent, quas priſci Manes uocant.

54 Animæ migrantes impuræ, incontinentes, & peccatis iniuſtæ, horribilibus phantaſmatibus locisq; deteri oribus uagantur.

55 Animę impurę nullam liberã cognitionem habent.

56 Animæ continua carnis & ſanguinis appetentia, ob corporeæ labis ærugine etiam ſenſui doloris ſubijciuntur, timentq; gladios & enſes.

57 Quales ſunt mores & habitus hominum in hac uita, tales plerumq; animam affectiones ſequuntur poſt mortem.

58 Affectiones habitas in hac uita, animæ memori mente uolutant.

59 Tum demum à dæmonibus ſpecies aut falſiſsimas, aut terribiliores recipiunt.

60 Terriculamenta dæmonum, bonis quidem inania, malis autem noxia ſunt.

61 Animæ immundæ non ſolum hæc corpora figuralia inhabitãt, ſed nimio carnis ſanguinisq; affectu etiam in animalia ſeſe præcipitant.

62 Reptibiliũ tandem brutorumq; corpora cuiuſcunq; ſpeciei ingreſſæ, dæmonũ inſtar illa obſidẽtes corripiũt.

63 Dæmones qui proprio arbitrio, cum principe ſuo diabolo, à Dei miniſterio receſſerunt, ſi paululum reſipiſcere cœperint, humana carne circundantur.

64 Sexuum diſcrimen inter dæmones nullum eſt.

65 Dæmones omnes eius ſunt naturæ, ut Deos pariter oderint, & homines.

66 Cuilibet in hac uita demittitur hoſtis, præſidens carni, & prurigini eius.

67 Peccatores in inferno omnes culpas ſuas intelligũt.

68 Item ſe inuicem cognoſcunt, multiplicando inter ſe peccata propria.

69 Quemadmodum paradiſus eſt propter poſitionẽ, ſic infernus propter priuationem.

70 Vbi non eſt naturalis principij et finis participatio, ibi non datur medium: quo fit, ut nec inter paradiſum & infernum.

71 Infernus niger eſt, non tamen qualitatiuè.

72 Infernus eſt æternus, licet habuerit principium.

73 Principium inferni, eſt priuationis cõplementum.

74 Infernus maior eſt, recolitione diuina.

75 Culpa peccatoris æquiualet infernum.

76 Deus non cupit peccatorem eſſe in inferno.

77 Infernus adeò totus eſt peruerſus, ut bonum nulla ratione poſsit amare.

78 In inferno, cum finis ſit in priuatione, non poteſt eſſe quies.

79 Etiamſi bonum eſſet in inferno, naturà tamen contrariorum malum bonum pelleret.

80 Non datur numerus annorum in inferno.

81 Ideo damnati non poſſunt habere ſpem in Deo.

82 Reales diſsimilitudines ſunt formarum in inferno.

83 Non poteſt eſſe peccatum in uoluntate, niſi ſit defectus in ratione.

84 Dæmones & animæ peccatrices patiuntur ab igne, in quantum calidus eſt, afflictione eiuſdem rationis cum ea qua affliguntur corpora.

85 Subſtantiæ ſeparatæ in inferno uirtute & operatione, non autem localiter ſunt.

Peccatum,

86 Peccatũ,cui debet̃ pœna infinita,eſt ipſum infinitũ.

87 Nihil pulſandis malis dæmonibus muſicali harmonia efficacius.

88 Vocantur & ſpiritus nequã,quia etiã ultra pleruncꝫ lædunt atcꝫ nocent.

89 Nouem ſunt ordines dæmonũ. Primi, falſi dij nuncupantur. pro dijs enim coli uolunt, ſacrificia & adorationes expetunt, quorum princeps Belzebub uocatur.

90 Secundi,ſpiritus mẽdaciorum,qui ſeſe oraculis immiſcẽt,diuinationibusq́ꝫ atcꝫ prædictionibus ipſis hominibus illudũt, quouſcꝫ decipiant.horũ princeps,Aterteta.

91 Tertij ſunt,uaſa iniquitatis ſeu iræ,inuentores malorum,omniumq́ꝫ malarum artium. princeps eorũ Belial.

92 Quarti, ultores ſcelerũ. princeps eorũ Aſmodeus.

93 Quintò,præſtigiatores, qui imitantur miracula, & ſeducunt homines. princeps eorum Satan.

94 Sextò, aëreæ poteſtates,qui ſe miſcent tonitruis,fulminibus & fulguri,corrumpentes aerem, peſtilentias & alia mala inducentes.horum princeps, Meririm.

95 Septimò,furiæ,ſeminatrices malorum,diſcordiarũ, bellorum & uaſtationum. horum princeps Abadon, ſeu Apollyon.

96 Octauò, criminatores & exploratores:quorũ princeps Aſtaroth,ſeu Diabolus.

97 Nonò,tentatores,qui ſingulis hominibus ſinguli adſunt:quorum princeps Mammon.

98 Dæmones mali omnes, in hoc infirmiori mundo uagantur.

99 Nullum eſt malum,quod penetrare non audeant.

100 Partim latẽre ſolẽt,dum agunt incurſiones:partim uerò inferre uiolentiam, omnibusq́ꝫ rebus iniquè diſcorditerq́ꝫ factis ſummoperè delectantur.

Finis Mille quingentarum quinquagintatrium Concluſionum, P. S. De Lyka, C. Hun. & B. Zkrad. S. T. Doct. &c.

PAVLVS SCALICHIVS DE LIKA, ETC. DILECTISSIMO FRAtri, Ioanni Sebaſtiano Phauſero, Chriſtianiſs. Regis Boem. à ſacris conſilijs digniſſimo εὖ πράττειν.

NON poſſum ſatis mirari, frater in Chriſto obſeruandiſs. hanc M. Galli Salamancarum profeſſoris, Hiſpaniarumq́; lucernæ, audaciam, ne dicam leuitatem: homine libero, præſertim autem ſene, omnino indignam: ſiquidem non uerecundatur, nedum ſuis illis Atlantibus, uerùm etiam pijs uiris, ludos facere, dum me ſuccubuiſſe in quæſtione de ſacrificio Miſſæ, quam coram Chriſtianiſsimo Rege Boem. Diuo Maximiliano, Arch. Auſt. &c. uentilauimus, etiam iuramento affirmat. Quod ſi ita eſſet, ſanè non me puderet: quandoquidem beneficium à uictore, non autem iniuriam accepiſſem. Sperabam quoq; omnino in ea pugna non quidem uictoriã, ſed lucrum, quod eſt uinci, conſequi. quam etiam ob cauſam, ut ingenuè fatear, illud diſputandi onus ſuſceperam. Sciebam enim, ad conſequendã quam quærebamus ueritatis cognitionem, hoc ipſo nihil eſſe commodius. Porrò amantiſs. frater, effectus ipſe docet, quòd potius uictus, tantum abeſt ut uictor, & cum rubore diſceſſerit: hoc uel ipſe Rex facile teſtabitur. Quid'nã obſecro cauſæ ſubeſſe arbitrabaris, cum priuatim ſe mecũ conferre, & ſolo Rege præſente, proponeret? reuoca precor in memoriam, bis me Regiam D. acceſsiſſe, eam duntaxat ob rationem, ut ſaltem te & D. Smecouitz, ſi plures nollet intereſſe, pateretur (ego ſiquidem publicè, & non priuatim, de tanta quæſtione, in qua totius Papatus fundamentum conſiſtit, diſſerere cupiui: id ipſum & ſua Maieſtas exiſtimabat) Cur autem tantus diſputator, quem tota Hiſpania admiratur, pedibus id manibusq́; renuit? En cauſa in promptu eſt: partim, ut apud ſuos Gigantes uictor apertè, me etiam profitente melius, uel propter Regem gloriari poſsit: partim, ne uictus, reliquæ turbæ raſorum conſcientias oneraret. Non dubito enim, quin mecum confirmati, miſsificationibus ualedixiſſent. Ideo alteram hanc partẽ dilemmatis non parum extimuit, tutiusq́; priuatum colloquium aſtutus aſtutè elegit, ut cum uinceretur, ne quis præter Regem (qui pro ſua innata clementia, candore & pietate, atq; ipſa ſenij ratione habita, diſsimularet) pudorem tanti uiri conſpiceret. Etenim à quo iuuenis debebam inſtitui (nam in religione ſyncera tyro eram, qui eam totam quam habui ætatem, in Scotiſticis et Thomi-

ſticis

ſticis literis contriueram) & reuocari ad priſtinum uomitũ: teſtor Deum, æternum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd potius illa concertatione, & reliquias ipſas Miſſæ Papiſticæ, quas non paucas habebam, ipſe radicitùs euulſit, quo nomine illi non parum debeo (ſolet enim Deus etiam per iniquos homines uera pateſacere, ſicut & per Pontificem illius anni prophetauit) ſed quod attinet ad iſtud teſtimonium quod ipſe falſò de ſe perhibet, quia Chriſti, non meus honor agitur, nullo modo ferrè poſſum. Aduerte igitur, quomodo properauerit ad uictoriam conſequendam. Primò adduxit, an Patribus & Concilijs credam? quibus ſublatis, ſe mecum diſputare nolle. Ad hæc ego, me quoq; patrum teſtimonijs niti, reſpondi. Deinde petitis argumentis ex Chryſoſtomo, Gregorio, Alberto, Thoma, Scoto, Henrico, Aegidio, & Concilijs ipſis, diſſeruit, quorum potiſsimum tale fuit: Falſum eſt illud Prophetæ, Tu es ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, ſi Miſſa auferatur. Ad hæc ego reſpondi: Si prophetam recipiamus, Miſſa nequaquam ſtare poterit. Quemadmodum enim Melchiſedech fuit rex Salem, id eſt, rex iuſticiæ & pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, & 7 ad Hebr. neq; initium dierum neq; finem habens: ſic & Chriſtus. & quemadmodum ante ipſum nemo unquam panem & uinum obtulit Deo, nec poſt ipſum: ſic & Chriſtus nunquam eſt nec antè oblatus, nec pòſt offerendus: at ſecundum ordinem Melchiſedech ſemel oblatus, in perpetuum ſedet ad dextram patris. Reliqua eiſdem autoribus dilui: in quibus cum ſe uerſatiſsimum eſſe arbitraretur, certè nec terminos eorum intellexit. Quare excandeſcere ſubinde uiſus, extra propoſitum ad purpuratam meretricem ex Daniele deuenientes, micans atomis ignitis intonabat, ac uno duntaxat dubio à me propoſito inſoluto (poſtquam ad ſingula illius reſpondiſſem) à diſputatione deſtitit. Argumentum uerò ex 7 ad Heb. tale erat: Lex homines conſtituit ſacerdotes, infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurandi, qui poſt legem eſt, filium in æternum perfectum. Ergo poſt legem non homines, ſed filius in æternum perfectus ſacerdos cõſtitutus eſt: qui cum unicus ſit, unus igitur & non plures ſacerdotes, quoniam homines etiamnum infirmitatem habent. Quantum ſe in hoc loco torſerit, quàm oberrauerit, quæ diuerticula quæſiuerit, quàm deniq; elabi conatus ſit, is qui interfuit, facilè tibi narrabit. Sic ſolet hoc genus raſorum aperta Scripturæ teſtimonia ſuis figmentis obfuſcare. Et cum extra propoſitũ (ut ſolet) uagari prohiberetur (nam ſi Scotum inuocabat, ipſe pro pane lapidem porrigebat: ſi Thomam, pro piſce ſerpentem) tum demum finem diſputationi impoſuit: cum tamen Chriſtianiſs. Rex attentiſsimus eſſet, & plus audire cuperet. Hinc non difficulter cognoſcere poteris, quàm uafrum & ambitioſum ſit hoc genus hominum,

num, quibus etiam iurantibus nulla eſt adhibenda fides. Facilè item iudicare licebit, uter brauium obtinuerit. Ego, quid' nam ex ea diſputatione hauſerim, Gloſſa mea in Canonem Miſſæ, ad Cancellarium Ieſu, atq; præſens Dialogus, adhuc in Patmo Apollini tranſmiſſus, teſtabitur. Quem ideo tibi dedicaui, quòd ſciam, præter ueritatem te nil colere. Hunc ubi perlegeris, habitæ diſputationis ſcopum intelliges, & idolum Papiſticum pluſquam Sireneos ſcopulos fugies: nec freno Papiſtico, id eſt ouium lana, nec calcaribus, id eſt lacte egebis. Vale feliciſſimè. Tubingæ, X. Cal. Iulij, M. D. LVIII.

PASQVILLVS.

Cynthius & Phœbe præſentia ſecula plangunt,
Dum cadit inuerſa relligione Fides.
Scilicet in cauſſa eſt Romana Præſul in urbe,
Quæq; rapit magnas MISSA *Baalis opes.*
Nos non MISSA, *faces, preculæ, lex, hoſtia, cultus,*
Sed potis eſt Chriſto iungere ſola Fides.
Hæc te colloquio uir magni nominis iſto
Scalichius mira cum breuitate docet.

DIALOGUS PAULI SCALICHII, ETC. DE Miſſa.

Perſonæ collocutoriæ.

SOL ET LVNA.

LVNA. Vas illud electionis, cui credita ſunt eloquia Dei, Sol ſplendidiſsime, tibi potiſsimum, qui ſingula aſtra & uniuerſum orbem proprio lumine ornas, motu peculiari reliquorum planetarum curſus dirigis, & cunctis animabus uitã tribuis, permoues quoq; & ipſa uiſcera terræ: mihi uerò, qui à condito mundo tecum pariter miniſterio fungor, ipſiq; machinæ mundi terrorem non exiguũ incutit, ſcribens ad Hebręos, Id eſſe propè interitum, quod antiquatur & ſeneſcit. Quid igitur faciendum nobis cõſultò eſt? ſiquidem multos annos principatum tenemus, & potiſsima luminaria mundi exiſtimus: quomodo hoc ſenium, interitum uitare poteſt, & ad priſtinos redire annos, autoritatem conſeruare, dignitatem retinere, ipſasq; opes cumulare, & pecuniam Reginam colere? Hæc profectò amittere, perpetuus erit cruciatus. Sed obſecro Sol candidiſsime, auſculta unum quod mihi occurrit: fortè non inconueniens ad ſubleuandam hanc noſtram ſolicitudinem, nempe Papæ exemplar: quod ſi penitus introſpexerimus, crediderim omnino ad retinendam hanc noſtram uetuſtiſsimam dignitatem ſummopere profuturum. Ille enim Iudaiſmum ſub prætextu Chriſtianiſmi reſtituit, imò ritus ethnicos ab inferis mirabili quodam aſtu reuocauit. Si huic à Deo omnia conceduntur, qui plenus eſt omnium malorum, adeò ut rectè Lerna malorum nuncupetur: ſi inquam impunè ſe adorandum cunctis hominibus exponit, & id ab eis magna cum tyrannide exigit, atq; honorẽ Dei ſibi uendicare non ueretur, quem Deus alteri non dat: quanto magis nobis licebit, qui nil horum unquã attentauimus, quin potius omni cura & diligẽtia

hucuſq; officio fungimur. Ad retinendam igitur dignitatem, uidetur mihi cõſilium hoc haudquaquàm pœnitendum. Sed ne uidear mihi plus æquo tribuere, ſententia mea iudicio ſtet'ue cadat'ue tuo. SOL. O' inſenſata Luna, quis te faſcinauit, non obedire ueritati: ante cuius oculos IESVS Chriſtus proſcriptus eſt, ſalus & unica ſpes credentium? Hoc ſolum ex te audire cupio: tua'ne uirtute hactenus mundo præfuiſti, an ex uoluntate Dei? Sic ſtulta es, ut quum uoluntate Dei cœperis, nunc proprijs uiribus conſummeris? tanta egiſti ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa? Qui ergo tribuit tibi, & operatur in te uirtutes, ex tuis'ne proprijs uiribus, an ex uoluntate ſua? ſicut ſcriptum eſt: Quicquid ſumus, gratia Dei ſumus. Cognoſce ergo, quia qui ex uoluntate Dei ſunt, illi gratia Dei ſunt. Nil (ut ais) ſecuta es: quod Papæ idolum concernit, in poſterum ſequaris caue. Perperam quoque adfers, Papam impunè omnia facere. Compenſabit quippe Deus hanc tarditatem iræ, grauitate pœnę. Quare abſtineas ab huiuſmodi ſomnijs: effugere enim Dei uoluntatem & propoſitum, à quo & conditi ſumus, nulla unquam ratione poterimus: & perſiſtamus humillimè in ea functione, in qua collocauit nos diuina Maieſtas, donec ponet inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum. LVNA. Quoniam ſic tuis ſaluberrimis conſilijs obtemperare iuſtiſsimum eſt, ſedulò me facturum polliceor: & oro, Deum pro me roges, ne meminerit iniquitatum mearum. Porrò reſtat, quod me ſatis anxiè perplexam reddit. Cupio quidem ego rectè agere ſemper: & quæ protuleram antequam à te corriperer, putabam eſſe bona omnia. Quomodo igitur hoc bonum, quod per ſe uerum eſt, ab eo bono quod ſpeciem ſaltem boni habet, diſcernere poſsim, haudquaquam melius intelligere potero, quàm ſi hoc declaraueris, quod antea me in errorē traxit. Tale autem eſt illud Papiſticum exemplar, quo & Iudæorum & Ethnicorum ritus reuocati ſunt: quod aliàs horrendum idololatriæ fundamentum, & totius meretricis Babylonicę baſis nuncupatur: nempe Canon Papiſticæ Miſſæ, tam minor (quod aiunt) quàm maior.

Itaq;

Itaq; etiam atque etiam oro, conferamus inuicem de hoc Miſſę abuſu, quo tot & tanti interierunt, ut uitare queam uitanda, & ſequi quæ iuſtè ſequi oportet. SOL. Non recuſo laborem, cum ſciam me operam utilem & piam facturum. Aperiam tibi rem ſanè admiratione ſumma dignam, carnificinam nimirum Papiſticam, & horrendiſsimam in Deum blaſphemiam, quam continet Canon uterque: & id quidem ſola ſcriptura, ea qua potero breuitate, paucis oſtendam. tuum erit, inquirere: & ſi quid non intellexeris, replicare. LV. Hanc tuam animi promptitudinem, omni officio compenſandam recipio. Itaq; primò omnium ediſſere, quid'nam ſit Canon Miſſæ Papiſticæ. SOL. Nihil aliud eſt, quàm oblatio pro uiuis & defunctis. Atque hic eſt duplex: Minor, id eſt, oblatio non conſecrata: & Maior, id eſt, oblatio conſecrata. LV. Quid eſt quæſo id quod offertur? SOL. Papiſtæ aiunt, eſſe Chriſtum filium Dei. LV. Nunquid non bene ſentiunt? SOL. Imò peſsimè, & hoc eſt potiſsimum idololatriæ Papiſtarum fundamentum, quòd denuò ipſum Chriſtum offerant, quaſi ipſe ſua oblatione non abſtuliſſet peccata. Hæc eſt ſumma blaſphemia. deinde ſumma idololatria, quòd in minori Canone offerant ſimplicem panem & ſimplex uinũ pro peccatis, appellantes immaculatam hoſtiam, cum nondum ſit conſecratus. Item in maiori Canone habes tres conſecrationes & oblationes horrendiſsimas, quemadmodum ex utroque Canone intelligere licebit. LV. Non'ne hæc clarè habent manifeſtam Scripturam 1. Cor. 11. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi uobis: quoniam Dominus IESVS, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur: hoc facite in mei commemorationem. Similiter & calicem, poſtquàm cœnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: hoc facite, quotieſcunq; biberitis, in meam commemorationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec ueniat. SOL. Habent

quidem mandatum comedendi & bibendi, ſed non offerendi pro uiuorum & defunctorum peccatis. Vnde nominatim dicit, Hoc facite, quotieſcunque biberitis, in meam commemorationem: non dicit, Quotieſcunque obtuleritis. item, Quoties manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini (inquit) annunciabitis, donec ueniat. Quo fit, ut manifeſtum & omnibus in confeſſo ſit, mortem Domini nos annunciare debere, quotieſcunque manducauerimus panem hunc, & calicem biberimus, ubi nulla mentio fit oblationis. LV. Obſecro, ut ordinem ſeruemus, declara primùm oblationem. SOL. Tabernacula Apoſtolus 9. ad Hebræos tria commemorat. In priori quidem (inquit) tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes: in ſecundo autem, ſemel in anno ſolus Pontifex, non ſine ſanguine, quem offerret pro ſua & populi ignorantia: hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum: quæ parabola eſt temporis inſtantis, iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem ſolummodo in cibis & in potibus & in uarijs baptiſmatibus, & iuſticijs carnis, uſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem aſsiſtẽs Pontifex futurorum bonorũ, per amplius & perfectius tabernaculum, non manu factum, id eſt, nõ huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. LV. Quare in primo & ſecundo tabernaculo innuit, cõtinuata fuiſſe ſacrificia: in tertio uerò, id fieri debere Apoſtolus non admittit? SOL. Apoſtolus reddit manifeſtam rationem 8. ad Hebr. inquiens: Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamẽti mediator eſt, quod in melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt. Nam ſi illud prius culpa uacaſſet, non utique ſecundi locus inquireret. Vnde argumentũ tale eſt: Chriſti tabernaculũ omni culpa uacauit: ergo poſt Chriſtũ ſecundi locus nõ inquirit. Itẽ 10. ad Hebræos: Vna enim oblatione cõſummauit in

ſempiternum

ſempiternū ſanctificatos. Conteſtatur autem nos & ſpiritus ſanctus. Poſtquàm enim dixit: Hoc autē teſtamentum, quod teſtabor ad illos, poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mētibus eorum inſcribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remiſsio, iam non eſt oblatio pro peccato. Sic facilè intelligis, ceſſaſſe oblationes, quia & paulo pòſt inquit: Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam noticiā ueritatis, iam nō relinquitur pro peccatis hoſtia. LV. Ergo nulla amplius reſtat oblatio? SOL. Nulla equidem oblatio nobis conceditur ex Scriptura, niſi oblatio laudis, iuxta Paulum ultimo ad Heb. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo: id eſt, fructum labiorū confitentium nomini eius. Vnde manifeſtè conſtat, oblationes eſſe quidem precum, ſed non uitulorum, nec Chriſti, quia una oblatione conſummauit in ſempiternū ſanctificatos. LV. Videamus igitur, ne fortè Canon Miſſæ ſit oblatio laudis. SOL. Nihil minus, quippe minoris Canonis initium ſtatim ex diametro pugnat cum oblatione laudis & Scripturæ locis: quod ne fabuloſum uideatur, diligēter auſculta. Sacrificulus enim in minori Canone, quando offert hoſtiam ſuper altare, dicit orationem, quæ ſic habet: Suſcipe ſancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam: quam ego indignus famulus tuus offero tibi, Deo meo uiuo & uero, pro innumerabilibus peccatis & offenſionibus & negligentijs meis, & pro omnibus circunſtantibus: ſed pro omnibus fidelibus Chriſtianis uiuis atq; defunctis, ut mihi & illis proficiat ad ſalutem, in uitam ęternam. Ex iſta oratione ſine difficultate deprehendes, non eſſe hoſtiam laudis Miſſam Papiſticā, ſed blaſphemiam. apellat enim immaculatam hoſtiā, quæ adhuc ſimpliciſsimus, & nil minus quàm conſecratus panis exiſtit: quoniam in minori Canone nō fit conſecratio. Hanc hoſtiam offert pro peccatis uiuorum & mortuorum: ergo, ut antea memini, Chriſti ſacrificium culpa non uacauit, quod eſt impijſsimum aſſerere. Quod ut uerum & manifeſtum ſit, audias Apo-

ſtolum 7. ad Hebr. ſic dicentem: Talis enim decebat ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus: qui non habet neceſsitatem quotidie (quemadmodum ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel ſe offerendo. & 10. ad Hebr. Ecce uenio ut faciam Deus uoluntatem tuam. aufert primum, ut ſequens ſtatuat. In qua uoluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis IESV Chriſti ſemel. Et omnis quidem ſacerdos præſtò eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ non poſſunt auferre peccata: hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius. Item 9. Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria uerorum: ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Neq; ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta, per ſingulos annos in ſanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum, ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundo ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem. Item 10. Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs, quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere: alioquin ceſſaſſent offerri, ideo quòd nullam haberent ultrà conſcientiam peccati, cultores ſemel mandati: ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. impoſsibile enim eſt, ſanguine taurorũ & hircorũ auferri peccata. Ideo ingrediẽs mundum dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Holocautomata, & pro peccato, nõ tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce uenio. in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus uoluntatem tuam. Superius

perius dicens: Quia hoſtias & oblationes & holocautomata, & pro peccato, noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur, tunc dixi: Ecce uenio, ut faciam Deus uoluntatem tuam: aufert primum, ut ſequens ſtatuat. In qua uoluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Hinc patet, utranque & annuam & quotidianam oblationem ceſſauiſſe, & amplius nec pro peccato aut offenſionibus & negligentijs, nec pro circumſtantibus & fidelibus Chriſtianis uiuis aut defunctis fieri oblationem. Quapropter oratio citata, plena portentis et blaſphemijs ſcatet. Dicit enim: Ego indignus famulus tuus offero, &c. Contra hoc apertè pugnat Paulus, qui ait, pro peccatis pontificem offerre, ſanctum, innocentem, impollutum, ſegregatum à peccatoribus, & cœlis excelſiorem, &c. At quis in mundo talis exiſtit? Item ubi habet oratio, Pro innumerabilibus peccatis et offenſionibus, &c. contra hoc Apoſtolus ait: Qui non habet neceſsitatem quotidie (quemadmodũ ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel ſe offerendo, &c. LV. Intellexi ex multis ſacrificulis Papiſticis, quòd non offerant hoc loci Chriſtum cruentum, ſed incruentum: item quod impaſsibilem, non paſsibilẽ offerant. SOL. Nullum habent mandatum, hoc uel illo modo pro peccatis offerre, ut ſuperius oſtenſum eſt. Vt autem hæc quoque falſa eſſe & impia pateant, ad primum reſpondeo: Nunquam nobis fuiſſe datum ad manducãdum Chriſtũ cruentum: ideo non eſt quod ab hac differentia quærant diuerticula, quod conſtat 1. ad Corinth. 11. quoniam antequam pateretur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem, &c. Non dixit, Comedetis aut bibetis corpus, quod pro uobis tradetur: ſed in præſenti inquit, Comedite & bibite, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis traditur, hoc facite in meam commemorationẽ. Et eſt nihil aliud quàm fœdus, quod pepigit nobiſcum. Dedit enim nobis ſuum corpus & ſanguinem, ut memores eſſemus

paſsionis

paſsionis futurę, & redemptionis noſtræ, nō quoties obtulerimus: ſed quotieſcunq; manducauerimus aut biberimus, ut ſuperius dictum eſt. Nec conuenit pijs mentibus huiuſmodi blaſphemias audire, quando manifeſta eſt inſtitutio Chriſti, quam pœna anathematis eſt infringere, & pro arbitrio tractare. Ad ſecundū reſpondeo, quòd nobis pari ratione nunquam datus eſt Chriſtus paſsibilis ad manducandū: & cum ſe nobis in pane & uino tradidit manducādum, nihil minus quàm patiebatur. Sunt qui etiam Chryſoſtomum adducant, dicentem, nos offerre non alios atq; alios uitulos, ut in ueteri teſtamento, ſed ſemper illum eundem Chriſtū. Licet antea oblationem euidentiſsimis rationib. refutauimus, tamen ad hoc quoque Paulus apertiſsimè reſpondet 10. ad Hebræos: Et omnis quidē ſacerdos præſtò eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quę non poſſunt auferre peccata. Item ab initio eiuſdem capituli: Per ſingulos annos eiſdē ipſis hoſtijs quas offerunt indeſinenter, &c. Vnde manifeſtum eſt, in lege eaſdem, nō diuerſas fuiſſe hoſtias. quòd ſi dicantur diuerſæ, erunt diuerſæ numero: ſic & hoſtiæ Papiſticæ erunt diuerſæ numero, utræq; autem eædem ſpecie, quemadmodum Paulus eaſdem ipſas uocat. At id expreſſe prohibet Paulus, cum inquit 9. ad Hebr. Neq; ut ſæpe offerat ſemetipſum, &c. LV. Audiui à quodam Hiſpano, nomine Gallo, quod nullibi inueniatur apud Euangeliſtas, Dominum dixiſſe ante paſsionem: Hoc facite in meam commemorationem. ideo ſequitur, quòd eum denuò crucifigamus, ſiquidem poſt mortem ea uerba protulit. Quapropter rectè beatiſs. Papa oblationem hanc inſtituit, mandato Chriſti. SOL. Gallus Hiſpanus eſt bos, & Abbas inter uaccas, qui facile te debilem & mutabilem nunc huc nunc illuc flectit. Sed precor audias 22. Lucæ, ubi expreſſe ait: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro uobis fundetur.

Hic

Hic, uides, quàm decepta ſis ô Luna. Non modò Dominus non iuſsit ante ſuam mortem id fieri in ſuam commemorationem, uerùm etiam ante porrectionem calicis: neq; etiam in calicis oblatione dicit, Qui pro uobis funditur, ſed, Qui pro uobis fundetur. Vnde ſatis manifeſtũ eſt, tum æquè incruentum corpus & ſanguinem ſub ſpeciebus Dominum obtuliſſe, perinde ac nunc nobis per miniſtros Chriſti offertur. Quo fit, ut abſurda ſit illorũ diſtinctio, cum aiunt ſe incruentum offerre, non autem cruentum, ut Chriſtus ſe obtulit. Sicut enim Chriſtus ſe Patri pro nobis obtulit, ita nobis non dedit mandatum ut eum ſic offeramus: una enim oblatione in perpetuũ, &c. Quin potius ut ſic offeratur, quemadmodum ſe diſcipulis obtulit: in commemorationem tamen huius oblationis, qua Patri ſe obtulit, quæ una eſt, & plures nequaquam: ideo non dubites, ſemper ad manducandum & bibendum Chriſtum incruentum fuiſſe oblatum, & non cruentũ. Falſo igitur maledictus iſte Antichriſtus, quem tu beatiſs. Papam appellas, inſtituit unà cum ſuis impoſtoribus, hanc blaſphemiam & idololatriã. Errauit item iſte pompoſę & præſumptuoſę doctrinę Hiſpanus Gallinaceus, qui tibi auſus fuit perſuadere, Dominum nullibi ante mortẽ, in ſuam commemorationem id fieri pręcepiſſe. LV. Nunc uideo, ipſum cæcum, cæcorumq; ducem. ualeat unà cum ſuis: ego in poſterũ nullam adhibebo ei fidẽ. tu ergo Sol ſplendidiſſ. ut cœpiſti, loqui perge. SOL. Hactenus, quod ferè attinet ad utrunq; Canonem, paucis me expediui. non dubito autem, te intellexiſſe. Porrò quod maiorem Canonem concernit, primò aduertendum eſt, ibi fieri multas cruces, antequam uerba conſecrationis fuerint prolata, quibus ſacerdos benedicit hoſtiam: cum tamẽ nulla alia uerba conſecrare poſſint, niſi illa quæ ipſemet Chriſtus protulit, Hoc eſt corpus meũ, hic eſt ſanguis meus noui & æterni teſtamenti, &c. reliqua ſunt figmẽta, quæ apud ueteres nullibi extãt, ut ſunt: Hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ ſancta ſacrificia, &c. item, Bene ✠ dictã, aſcri ✠ ptam, ra ✠ tam, &c. Quæ uerò conſecrationẽ ſequuntur, blaſphemiæ ſunt.

Si enim ibi eſt Chriſtus, blaſphemum eſt eum benedice-re. nam apertè diuus Paulus docet 7. ad Heb. inquiens: Sine ulla autem contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur. Sed quis eſt tam ſtupidus, qui non uideat inſanas iſtas beſtias delirare, dum conſecratam nunc hoſtiam præſumunt benedicere? an ex diametro Paulus hiſce portentis nō pugnat? Dicunt enim ſtatim poſt eleuationem, Hoſtiam ✠ puram, hoſtiam ✠ ſanctam, hoſtiā ✠ immaculatam, panem ✠ ſanctum, uitæ æternæ: & calicem ſalutis perpetuæ, &c. Tandem, inſtrumenta hæc Diaboli, ſubiungunt ſtatim hanc orationem, ſuperponendo manum: Supra quæ propitio ac ſereno uultu reſpicere digneris, & accepta habere: ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchę noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech ſanctū ſacrificium, immaculatam hoſtiam. Videas hic blaſphemiam, uideas infatuatas beſtias: uolunt Chriſtum offerre & cōmendare Deo, ut eum accipiat tanquam munera Abel, & ſacrificium Abrahæ atq; Melchiſedech: cum tamen apertè contra id 7. caput ex integro ad Hebræos pugnet, inquiens: Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit, ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici? Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt ut & legis translatio fiat. Item: Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundū legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum uirtutem uitæ inſolubilis. Conteſtatur enim: Quoniam tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatē eius et imbecillitatē, etc. Si reprobatio eſt, ſi non ſecundum legem mandati carnalis, quomodo igitur audēt prophanare myſterium Dei, & Chriſtum offerre, ſicut Abel & reliquos? Cum apertè eodem capitulo repugnet Apoſtolus: Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur

rentur permanere: hic autẽ eo quòd maneat in ęternum, ſempiternum habeat ſacerdotium. Vnde nõ obſcurè patet diſcrimen oblationis iuſti Abel, Abraham, Melchiſedech, & Chriſti: hic ſecundum uirtutem uitæ inſolubilis, illi ſecundum legem mandati carnalis facti ſunt. Cæterùm obſecro conſideres ſtultitiam. Sequitur nunc oratio talis: Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ, &c. Beda exponit hanc ſententiam hoc pacto: Iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui: id eſt, panem trãſmuta. in ſublime altare tuum: id eſt, in corpus & ſanguinem. Heus, quis hîc riſum tenebit? Si hîc primùm fit tranſmutatio, ergo antea commiſſa eſt idololatria. Si uerò antea facta eſt conſecratio, ergo Chriſtus eſt imbecillis, quia ferent ipſum angeli: per ſe enim, iuxta hunc Canonem, non poterit ad Patrem aſcendere. Cæcus hanc contrectare poſſet blaſphemiam, & conſarcinatam teſtitudinẽ, quæ undiq; ruinam minatur. Sequuntur hîc oblationes pro defunctis, quemadmodum quoq; ſub Offertorio in ſecreto (ut aiunt) continetur, quod unica oratione oſtendã. Suſcipe quæſumus Domine, pro animabus famulorum tuorum ſacerdotum, quas offerimus hoſtias: ut quibus ſacerdotale donaſti meritum, dones & præmium, &c. Huic repugnat Apoſtolus, inquiens 10. ad Hebręos: Voluntariè enim peccantibus nobis, poſt acceptam notitiã ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia. Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. LV. Hæc dicuntur de illis qui in Spiritũ ſanctum peccant. SOL. Omne peccatum, ut ait Auguſtinus, adeò eſt uoluntariũ, ut niſi eſſet uoluntarium, peccatum non eſſet. Vtcunq; igitur defuncti aut uitam aut mortem conſequuntur, ſi hęc cõtingit, iudicium ſubimus: ſi illa, miſericordiam. tertiũ non eſt, quod illi Purgatorium nominant, niſi hic mundus & hęc mortalis uita: nec poterit quis dicere aliud peccatum ad interitum, niſi quod eſt aut poſt acceptam notitiam ueritatis, aut repudiatam: quare oblatio non eſt, ut ibidẽ

Apoſtolus expreſſe docet,uti horum remiſsio. Item nec
ibi eſt oblatio,ubi peccatum poſt acceptam noticiam ue
ritatis , aut repudiatam , iam (ut ibidem Apoſtolus ait)
nõ relinquitur pro peccatis hoſtia . Si igitur mortuus es,
non relinquitur pro peccatis hoſtia:ſi abſq; peccato mor
tuus es, iam nõ eſt oblatio pro peccato. Quid igitur ſtul.
teſcit raſa fatuitas? Similiter inuocationem Sanctorum
mordicus tenent, cum expreſſe aduerſus eos Apoſtolus
Rom.10. doceat: Quomodo ergo inuocabunt eum, in
quem non crediderunt? &c. Quis eſt adeô impos men-
tis,qui dicat, Credo in Paulum aut Petrum? ſi igitur nõ
credis in eum, quomodo inuocabis? LV. Ergo Sancti
non orant pro nobis? SOL. Vtiq; orant, & quidem in-
ceſſanter, & cupiunt noſtram præſentiam:& id illis ideo
ineſt, quia charitatem perfectam habent, qua ardentiſsi-
mè pro nobis orant: ſed non ideo ſequitur illorum inuo-
catio. LV. Audiui apud Papiſtas inuocationem tripli-
cem: Latriæ, quæ ſoli Deo debetur: Hyperduliæ, quæ di
uę Virgini tribuitur: Duliæ, quam Sanctis exhibemus.
Quid tu ad hæc? SOL. Eſt diſtinctio nominis, non rei.
Paulus ſimpliciter dicit: Quomodo inuocabunt, in quẽ
non crediderũt? Nec latriæ, nec duliæ meminit: quia una
eſt inuocatio, non ſunt plures, ut inutiliter uani Sophiſtę
propter cumulandas opes confingunt. LV. Ego memi
ni me in uetuſtiſsimis codicibus legiſſe, memoriã in pri-
mitiua Eccleſia & uiuorum & mortuorum obſeruatam
fuiſſe. SOL. Rectè dicis. Erat quidem uſu recepta, & uti
nam nunc idipſum apud nos retineretur. Diuerſa longè
ratione primitiua Eccleſia id retinebat. tum enim non cu
mulabant opes Epiſcopi, ut nunc faciunt: ſed eam oblati
onem, quam populus facere conſueuerat, quadripartitã
reddebant: prima Epiſcopo, ſecunda clerico, tertia pau-
peribus, quarta neceſsitati eccleſiarum tribuebatur. Et
ideo non Chriſtum præſumebant offerre: ſed per Chri-
ſtum hoſtiam laudis, id eſt fructum labiorum confiten-
tium nomini eius, id quidem nominatim efficere ſoliti e-
rant. Similiter defunctorum quoq; adferebant nomina,
non ut eos inuocarent, aut pro illorum peccatis oblatio-

nes

nes facerent:ſed ut ad bonorum imitationem inuitarentur, & à malorum conſortio cõprimerentur. Talis in primitiua Eccleſia adſuefaciendi mos recipiebatur: & non qualẽ falſo Papiſtica hæc turba obtrudit, & miſeras onerat conſcientias. Det illis Deus meliorem mentem. LV. Meherclè rectè dicis. Hæc eadem apud Baſilium, Areopagitam, atq; alios patres olim me legiſſe memini. At ſi quid eſt quod adhuc dicere placet, age. SOL. Poſtremò, non eſt prætereunda cæcitas iſtorum hominum. Tertiò enim conſecrationem hic expreſſam, antequam ſumant, habent, cum dicunt: Fiat commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis, &c. Videas obſecro tres conſecrationes: prima, in uerbis cõſecrationis: ſecunda, in ea oratione quæ eſt, Supplices te rogamus, &c. & tertia ante ſumptionem: an non ſit hæc dementia riſui exponenda? perpende. Sed dolendum potius eſt, quod precioſiſsimum hoc Sacramentum ita turpiter proſtituant: & orandus eſt Deus, ut illuminet mentes & corda eorum, ut idipſum uelamen non reuelatum, in Chriſto euacuetur. LV. Fulgeat illis lumen gloriæ Chriſti, quæ eſt imago Dei: Amen.

FINIS.

PAVLVS SCALICHIVS DE LIKA, ETC. IOANNI DE POLANCO, Cancellario ſocietatis Ieſu, optat candorem fidei.

CVM (ut Hier. uerbis utar) in Babylone uerſarer, & purpuratæ meretricis eſſem colonus, & iure Quiritum uiuerem, uolui (eo enim animo Romam ueneram) ex omnibus generibus ſcientiarum, Concluſiones illas mille quingentas quinquaginta tres, antea Bononiæ propoſitas, adiunctis 10447. publicè tuendo, aliquid eruditionis haurire: præſertim quia rarò de altiſſimis ac ſublimioribus locis fiat collatio. Verùm ob tuam tuorumq́; ſimultatem nunquam efficere potui, ut certum aliquod tempus diſputationis præfigeretur: nec aliud in me reprehendere potuiſtis, quàm iuuentutem, quòd nondum natus uigeſimumprimum annum, de profundis Philoſophiæ & Theologiæ myſterijs, atq; incognitis diſciplinis, in celebratiſſima urbe, & ampliſſ. doctiſſimorum uirorum conſeſſu, diſputationem inſtituerim. Atq; eum numerum concluſionum ſuperfluũ, ambitioſum, & ſupra uires, ad pompam potius ingenij, & doctrinæ oſtentationem, quàm ad comparandã eruditionem propoſitum cenſuiſtis. Quapropter me audacem, temerarium, plus ſapere uelle quàm oporteat, & noui dogmatis autorẽ oblatrati eſtis. Ego porrò (Deum teſtor) facilè uidebar improborum hominum & odium poſſe negligere, & conuicia: & quod attinet ad reliquas calumnias, in hac profectò eram ſententia, ut indignos uos exiſtimarem, quibus aliquãdo reſponderem. At unicum illud obiectum noui dogmatis requirit, ut meam uobis, Patres conſcripti, offeram confeſſionem: quod ſi ferrem, aut diſſimularem, ne uiderer crimen agnoſcere. Hanc igitur ἀντίθεσιν inter Apoſtolum & Romanum Antichriſtum, de triginta duobus articulis Miſſæ Papiſticæ, tibi trado (non arbitror enim, ſiquidem Cancellarius Ieſu es, te quicquam moliturum aduerſus hunc tuum ſocium: aliàs regnum ueſtrum in ſe diuiſum deſolabitur.) Hinc facilè intelliges, me Chriſtianum, de Chriſtianis parentibus natum: non magum, non Iudæum, non Iſmaelitam, non hæreticum: ſed cum Apoſtolo Ieſum colere, Ieſu crucem in corpore meo portare, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Vale, Datum Romæ, pridie Nonas Iunij, 1558. ex caſtro Angeli.

Cum ſemel humana ueniens ſub imagine Chriſtus,
Soluerit æterno debita λύτρα patri:
Miſſa nihil uiuis unquam, nec morte ſepultis
(Ut ſacra ſcripta docent) promeruiſſe poteſt.
Aurum Miſſa ſitit Romanæ ſedis ad aras,
Dum titulum ſacræ relligionis habet:
Hæc diſpenſat opes ingenti fraude Papiſtis,
Et geſtit Miſſas uendere Papa ſuas.
Sed ſtat fixa dies, finemq; datura Papiſtis.
Tum dicet populus: Plaudite, Miſſa fuit.

GLOSSA IN TRIGINTA DVOS ARTICVLOS CANOnis MISSAE, ex Apoſtolo.

ARTICVLVS I.

SVſcipe ſancte pater omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam.

GLOSSA.

PAVLVS cap.10.ad Heb. Vmbram enim habens lex futurorum bonorũ, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdẽ ipſis hoſtijs quas offerũt indeſinenter, nunquam poteſt accedẽtes perfectos facere: alioquin ceſſaſſent offerri, ideo quòd nullam haberent ultrà conſcientiam peccati cultores ſemel mundati.

Articulus II.

Quam ego indignus famulus tuus.

Gloſſa.

8.ad Hebræos: Talem habemus pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis, ſanctorum miniſter, & tabernaculi ueri quod fixit Deus, & non homo.

mo. 7.ad Heb. Talis enim decebat ut nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus â peccatoribus, & excelſior cœlis factus.

Articulus III.

Offero tibi, Deo meo, uiuo & uero.

Gloſſa.

Ad Heb. 10. Quia hoſtias & oblationes & holocautomata, et pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi quæ ſecundum legem offeruntur, tunc dixi: Ecce uenio, ut faciã Deus uoluntatem tuam. Aufert primum, ut ſequens ſtatuat: in qua uoluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.

Articulus IIII.

Pro innumerabilibus peccatis & offenſionibus, & negligentijs meis, & pro omnibus circumſtantibus, ſed & pro omnibus fidelibus Chriſtianis.

Gloſſa.

Ad Heb. 7. Qui nõ habet neceſsitatẽ quotidie (quemadmodum ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit SEMEL, ſe offerendo. 2. Cor. 5. Si qua ergo in Chriſto noua creatura, uetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.

Articulus V.

Viuis.

Gloſſa.

Ad Heb. 10. Vbi autem horũ remiſsio, iam nõ eſt oblatio pro peccato.

Articulus VI.

Atq; defunctis.

Gloſſa.

10. ad Heb. Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam noticiam ueritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hoſtia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

Articu-

Articulus VII.

Vt mihi & illis proficiat ad ſalutem, in uitam æternam.

Gloſſa.

10. ad Hebr. Et omnis ſacerdos præſtò eſt quotidie miniſtrans, & eaſdẽ ſæpe offerens hoſtias, quæ non poſſunt auferre peccata. hic autem VNAM pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera: dein decẹterò expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius.

Articulus VIII.

Deus, qui humanæ ſubſtantiæ dignitatẽ mirabilem condidiſti, & mirabilius reformaſti, da nobis per huius aquæ & uini myſterium, eius diuinitatis eſſe conſortes, qui noſtræ humanitatis fieri dignatus eſt particeps.

Gloſſa.

7. ad Hebr. Hic autem eo quòd maneat in æternũ, ſempiternum habet ſacerdotium: unde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedentes PER SEMETIPSVM ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis.

Articulus IX.

Offerimus tibi Domine calicẽ ſalutaris.

Gloſſa.

9. ad Hebr. Chriſtus autem aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manu factum, id eſt, non huius creationis: neq; per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit SEMEL in ſancta, æterna redemptione inuenta.

Articulus X.

Tuam deprecantes clementiã, ut in con-

ſpectu diuinæ Maieſtatis tuæ, pro noſtra & totius Mundi ſalute, cum odore ſuauitatis aſcendat.

Gloſſa.

Ad Heb. 9. Quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus SEMEL oblatus eſt, ad multorũ exhaurienda peccata. SECVNDO ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem.

Articulus XI.

Veni ſanctificator omnipotens æterne Deus, benedic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini præparatum.

Gloſſa.

Huic contradicit primus Articulus. ibi enim appellat hoſtiam immaculatã, hic uerò primũ benedictionẽ petit.

Articulus XII.

Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationẽ, quam tibi offerimus.

Gloſſa.

Ad Heb. 10. VNA enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

Articulus XIII.

Ob memoriam paſsionis, reſurrectionis & aſcenſionis Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Gloſſa.

1. Cor. 11. Mortem Domini annunciabitis, donec ueniat: quotieſcunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis. non dicit, quotieſcunq; obtuleritis.

Articulus XIIII.

Et in honorem beatæ Mariæ ſemper uirginis, & beati Ioannis baptiſtæ, & ſanctorũ apoſtolorum

apoſtolorũ Petri et Pauli, & iſtorum & omnium ſanctorũ, ut illis proficiat ad honorẽ.

Gloſſa.

Ad Heb. 10. Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam & oblationes noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocautomata & pro peccato nõ tibi placuerũt. Tunc dixi: Ecce uenio, in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus uoluntatem tuam. Non dicit, uoluntatem beatæ Virginis, aut Sanctorum. Rom. 10. Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt?

Articulus XV.

Nobis autem ad ſalutem.

Gloſſa.

2. Cor. 3. Fiduciam autem talem habemus per Chriſtũ ad Deum, non quòd ſufficientes ſimus aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt.

Articulus XVI.

Et illi pro nobis intercedere dignẽtur in cœlis, quorum memoriã facimus in terris.

Gloſſa.

Lege Art. 14. & 4 ad Heb. Viuus enim eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens uſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagũ quoq; ac medullarum: & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Et non eſt ulla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, IESVM filium Dei, teneamus ſpei noſtræ confeſsionẽ. Non enim habemus Pontificem, qui non poſsit cõpati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine, abſq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Articulus XVII. *ex Miſſa, pro quacunque neceßitate.*

Da miſericors Deus, ut hęc ſalutaris oblatio, & à proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatẽ aduerſis.

Gloſſa.

8. ad Heb. Nunc autem melius ſortitus eſt miniſteriũ, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt. Nam ſi illud culpa uacaſſet, nõ utiq; ſecundi locus inquireretur. Et paulo poſt: Hoc eſt teſtamentũ, quod diſponã domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in mente eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorũ iam non memorabor. Dicendo autem Nouum, ueterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. 2. ad Epheſ. Gratia enim eſtis ſaluati, per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enim donũ eſt: non ex operibus, ut ne quis glorietur.

Articulus XVIII.

Te igitur clemẽtiſsime pater, per Ieſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrũ, ſupplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas, ac benedicas hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata.

Gloſſa.

7. ad Hebr. Lex enim homines cõſtituit ſacerdotes, infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurandi, qui poſt legem eſt, Filium in æternum perfectum.

Articulus XIX.

In primis quæ tibi offerimus, pro Eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adiuuare & regere digneris toto or

be

be terrarũ, unà cum famulis tuis N, & omnibus orthodoxis atq; Catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultoribus.

Gloſſa.

Huius Gloſſa ſuperius continetur in 1. 2. 3. 4. & 7 Articulis. Item 10 ad Heb. Conteſtatur autem nos & Spiritus ſanctus. Poſtquam enim dixit, Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, et in mentibus eorum inſcribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.

Articulus XX.

Memento Domine famulorum, famularumq; tuarum, & omnium circumſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus, uel qui offerũt, hoc ſacrificium laudis, pro ſe ſuisq; omnibus, pro redẽptione animarũ ſuarũ, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, tibiq; reddũt uota ſua æterno Deo, uiuo & uero.

Gloſſa.

Lege 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 12. Item 13 ad Heb. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo: id eſt, fructũ labiorum confitentium nomini eius.

Articulus XXI.

Communicantes, & memoriã uenerantes, in primis glorioſæ ſemperque uirginis Mariȩ, genitricis Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum & Martyrum tuorum, & omnium Sanctorũ tuorum.

Gloſſa.

Lege 12.13.14.15 & 16.

Articulus XXII.

Quorum meritis precibusq́; concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Gloſſa.

Lege 16 Gloſſam, & 17. Item 11 ad Rom. Concluſit Deus omnia in incredulitate, ut omnium miſereatur. Ibidem: Sine pœnitentia enim ſunt dona et uocatio Dei. 10 ad Rom. Finis enim legis Chriſtus, ad iuſticiam omni credenti. Item ad Rom. 8. Qui etiam proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? & in eodẽ capitulo: Exiſtimo enim, quòd non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 5. Rom. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtã, in qua ſtamus & gloriamur, in ſpe gloriæ filiorũ Dei.

Articulus XXIII.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtrę, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quas Domine ut placatus accipias, diesq́; noſtros in tua pace diſponas, atq; ab ęterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Gloſſa.

Hic Articulus apertè cum omnibus ferè pugnat Articulis.

Articulus XXIIII.

Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus benedictam, aſcriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemq́; facere digneris:

ris: ut nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſsimi filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Gloſſa.

Quàm aſtutè, & præter omnẽ rationẽ, ex abrupto oblationẽ ſeruitutis in corpus & ſanguinem Domini noſtri IESV Chriſti trãſmutat: quaſi nunc primùm, & non ante iacta mundi fundamenta fiat. 1. ad Epheſ. Sicut elegit nos in ipſo, ante mundi conſtitutionem.

Articulus XXV.

Vnde & memores Domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta Chriſti filij tui Domini noſtri tam beatæ paſsionis, nec non ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcenſionis.

Gloſſa.

Lege Articuli 13 Gloſſam.

Articulus XXVI.

Offerimus præclaræ Maieſtati tuæ de tuis donis ac datis hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam.

Gloſſa.

Hęc eſt blaſphemia: quia ante conſecrationem quoq; hoſtiam immaculatam offert, quod patet ex 1. Articulo. 9. ad Heb. Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtiũ his mundari, ipſa autẽ cœleſtia melioribus hoſtijs quàm iſtis. Nõ enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria uerorum: ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Neq; ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem SEMEL in conſummationem ſeculorum, ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit.

Articulus XXVII.

Panem ſanctum uitę æternę, & calicem ſalutis perpetuæ.

Gloſſa.

Et hæc eſt blaſphemia. ante conſecrationem enim factam idem dixit in Artic. 9. Heb. 7. Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: hic autem, eo quòd maneat in æternum, perpetuum habet ſacerdotiũ. Lege Art. 3. 4. 7. 8. 9. 12. 14 & 24.

Articulus XXVIII.

Supra quæ propitio ac ſereno uultu reſpicere digneris, ut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchæ noſtri Abrahę, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiã.

Gloſſa.

Non eſt in rerum natura maior blaſphemia, quàm in præſenti Articulo, dum comparat Creatorem creaturæ, & ad modum creaturæ Creatorem offert. Hebr. 7. Sine ulla autem contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur. Ibidem: Et (ut ita dictum ſit) per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus eſt: adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedech. Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit, ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici? Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt ut & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu eſt, de qua nullus altario præſto fuit. Manifeſtum eſt enim, quòd ex Iuda ortus ſit Dominus noſter, in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ſimilitudinem

tudinem Melchiſedech exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum uirtutem uitæ inſolubilis: conteſtatur enim, Quoniam tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Reprobatio quidem fit præcedentis mãdati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio uerò melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum eſt non ſine iureiurando (alij quidem ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum) in tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.

Quomodo igitur hic audet Canon ipſum æquare Abel, Abrahæ & Melchiſedech? quomodo item ſacrificulus, qui nedum minus eſt, ſed ne minimus, imò nihil reſpectu Chriſti (niſi ex mera gratia intelligatur, necdum tamen maior, ſed minor erit: at expreſsè Apoſtolus inquit, Sine ulla cõtrouerſia, quod minus eſt, à meliore benedicitur) ipſum benedicere audet?

Articulus XXIX.

Supplices te rogamus omnipotẽs Deus, iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinæ Maieſtatis tuæ, &c.

Gloſſa.

Duo ſunt hic aduertenda. Aut, ut Beda ait, hic fit trãſmutatio: ſequitur, quòd antea in eleuatione non ſit facta, & per conſequens cõmiſſa idololatria. Aut ſi hîc non intelligitur facta tranſmutatio, cõmittitur blaſphemia: erit enim impotens Deus per ſe cœlos penetrare, ut dictum eſt 16 Articulo. Erit item falſum illud Pauli ad Heb. 9. Sed per proprium ſanguinem introiuit SEMEL in ſancta, æterna redemptione inuenta. Item paulo pòſt: Sanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram.

Item 6. ad Hebr. Abrahæ namq; promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum. Homines enim per maiorem ſe iurant, & omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum.

Articulus XXX.

Memento etiam Domine famulorum famularumq; tuarum N. qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis: ipſis Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij, lucis & pacis ut indulgeas deprecamur.

Gloſſa.

Duo ſunt hic aduertēda. Aut ſunt in pace, & ſequitur illud 10 Hebr. Vbi autem horum remiſsio, iam non eſt oblatio pro peccato. Aut non ſunt in pace, & ſequitur illud Pauli ibidem: Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam noticiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. ut & ſuperius 5 & 6 Articulo dictum eſt. Vnde facilè patet, nullum eſſe poſt hanc uitam locum refrigerij, quem appellant Purgatorium, niſi in hoc mundo, ut expreſsè Apoſtolus 1 Cor. 4, docet: Vſq; in hanc horam & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operātes manibus noſtris, maledicimur & benedicimus, perſecutionem patimur & ſuſtinemus, blaſphemamur & obſecramus: tanquā purgamenta huius mundi facti ſumus, omniū peripſema, uſq; adhuc. Lege 10 Articulum, ut ſuperius memini.

Articulus XXXI.

Nobis quoq; peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarū ſperantibus partem aliquam & ſocietatē donare

nare digneris, cum tuis ſanctis Apoſtolis & Martyribus, & omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortiũ non ęſtimator meriti, ſed uenię quæſumus largitor admitte.

Gloſſa.

2. Corinth. 4: Scitis enim gratia Domini noſtri IESV Chriſti, quoniam propter uos egenus factus eſt, cum eſſet diues, ut illius inopia uos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Non enim uobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed & uelle cœpiſtis ab anno priore: nunc uerò & facto perficite, ut quemadmodum promptus eſt animus uoluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta eſt, ſecũdum id quod habet accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. non ut alijs ſit remiſsio, uobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate.

Articulus XXXII.

Fiat commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti accipientibus nobis in uitam æternam.

Gloſſa.

Hic articulus apertè ipſam idololatriam oſtendit eſſe cõmiſſam. Tertiò enim fit conſecratio expreſſa, quæ negari non poteſt. Præterea arguit ipſam blaſphemiã. non enim uerbis Chriſti, ſed propria autoritate ipſam conſecrationem peragit: quod eſt contra D. Paulũ 7. Heb. Sine ulla autem contradictione quod minus eſt, à meliore benedicitur. ut in 28 Articuli Gloſſa memini.

FINIS.

LECTORI S.

QVAE in hac Epiſtola de Antichriſto & eius eccleſia literis prodita ſunt, pij homines neq; in uniuerſum de Romanis epiſcopis, neq; de cunctis qui eorum religionem profitentur, prodita eſſe accipiant: ſed eos ſolum perſtringi, qui ſtudio & antegreſſa deliberatione falſam religionem tuentur, & ueram refragante conſcientia aſpernantur: eoſq; qui ab Euangelio Agni ſacroſancti contra errores Draconis & beſtiæ, agni cornua gerentis, & draconis os habentis, fortiter ſtant, carcere, laqueis, aqua, ferro & igni crudeliter perſequuntur. Nam libenter ſic ſacro amoris ſpiritu impulſi confitemur, aliquot Romanæ eccleſiæ epiſcopos literis & pietate claruiſſe, & in eadem eccleſia ex omni genere & ſtatu homines ſemper uixiſſe, & etiamnum uiuere, qui à uera religione non prudentia, ſed imprudentia, non odio illius, ſed pietatis quodam zelo abhorrerēt. Etenim ex Prophetarum oraculis obſcurum nobis non eſt, ut in Dei templo Antichriſtum omnia deprædantem prius ſedere oportuerit, quàm his poſtremis temporibus per Euangelium denuò cœptum mundo reſtitui, clariſſimè in orbe terrarum Meſſias pateſieret. Qui autem templi, quod hæc omnia uaſtans lues profanat, nomine ſignificentur, pijs ex ſacris literis, ipſorum periculo, ſatis notum eſt. Vale.

PAVLI

PAVLI SCALICHII DE LIKA, &c. COMITIS HVNNORVM, ET Baronis Zkradini, S. T. Doct.

EPISTOLA, AD ROMANVM ANTICHRISTVM.

MENTEM ſanam, ac ueritatis piam cognitionē, rectè & meritò quidem tibi optaremus, Antichriſte: niſi deplorata iſta tua pertinacia indignum te omni gratia Dei, multis argumentis declarares. Nam perſpicua eſt, & plus ſatis innotuit omnibus, tua ſedula opera, quam in tenebrarū regno roborando, & in dies magis ac magis augēdo nauas, ut meritò uerisſima proles ſis Luciferi, Dei huius ſeculi, Imperatoris beſtiarum, & omnium malorum, Regis iræ & punitionis, Principis rebellionis angelorum & tenebrarum, Archiducis dæmoniorum, Ducis gehennæ, Comitis portæ & umbræ mortis, Domini inferni & omnis perditionis: Autoris amaritudinis, ululatus, fœtoris, & omnium calamitatum: Pręfecti carceris, mortis, irę, indignationis, tribulationis & anguſtiæ: Patris pſeudotheorū & mendacij: Aui iniquitatis & ſcelerum, Proaui præſtigiatorum, Abaui criminatorum, Ataui inſidiatorū, primæ creaturæ omnium damnatorum, &c. Meritò es inquam Luciferi uerisſima proles, iuſtè à iudice iuſtisſimo ab æterno iudicata, quam totus chorus inferorum dignam pronunciauit ad impia & diabolica munera obeunda. Quare & traditæ ſunt tibi omnes omnium iniquitatum facultates: donata item migratio ex hac temporali delectatione ad æterna ſupplicia, ut ſis unus ex cadaueribus uirorū qui præuaricati ſunt in Deum, quorū uermis non morietur, & ignis eorum non extinguetur: utpotè qui nec habes Deum, nec bona aliqua gratiæ aut gloriæ, nec rem, imò nec ipſam ſpem: ideo tibi non remanebit teſta, ut hauriatur pa-

rum aquę de fouea, ſcilicet diuinæ miſericordiæ: aut deportetur igniculus de incendio, ſcilicet charitatis: quia finita eſt æſtas, conſummata eſt meſsis. Sed facta ſunt tibi uincula, ut ligatis manibus & pedibus mittaris in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Parata uerbera & mallei percutientes, talio præſens. Quantum enim glorificaſti te, & in delicijs fuiſti, tãtum dabitur tibi tormentum & luctus. Ignominia certa: nam facies combuſta uultus tui, & mors ſemper uiuens, atq; ſeruitus indubitata, quia tu princeps prouinciarum ſub tributo.

Lætare igitur Antichriſte nequiſsime, quoniam parata ſunt tibi tormenta. ab eo tempore quo regnare cœpiſſet ipſa perditio, paratum eſt tibi regnum inferni, ubi habiturus es calorem ignis, ſtridorem rigoris, tenebras, fumum, lachrymas, mœrorem, aſpectus Dæmonũ fratrum tuorum, clamorem improperij, ariditatem, ſitim, fœtorem ſulphuris, uermem cõſcientiæ, uincula, carcerem, timorem, dolorem, pudorem, inuidiam, rancorem, carentiam uiſionis diuinæ, & ablationem ſpei omnis ſalutis. Ipſum etiam eſſe, quod omnis creatura appetit, erit tibi pœna. quęres enim mortem naturalem, & non inuenies: ſed comitabitur te proterua phantaſia, demens concupiſcentia, & furor iraſcibilis. Hæc omnia ob ſingularia tua erga Diabolum officia, tibi præmij loco ſunt ordinata, & donata, perpetuò & irreuocabiliter.

Nouem regni infernalis Duces ſummam tibi gratiam adferunt, qui non ceſſant aures Luciferi pulſare, quouſq; te dignum & pronunciet & retineat, qui utaris & fruaris omnibus & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, libertatibus, immunitatibus, gratijs atq; honoribus, quibus cæteri Antichriſti Romani, uicarij Satanæ & coadiutores ipſius, hactenus uſi & potiti ſunt, & poſſunt atq; poterũt, hic & ubiq; locorum infernalium. Tibi hæc meritò contulit, qui multos annos, imò à cunis, ſemper diligens legum ſuarum ac eximius cultor extitiſti, præcipuè Romę, ubi uaſa iniquitatis publicè docuiſti, & uigilijs aſsiduis exercitatus, nequitiam integram complexus, Romanorum Antichriſtorum ſollicitam & curioſam operam iugiter

giter impendiſti & nauaſti: atq; idololatrias & hypocriſes tam publicè quàm priuatim geſsiſti, adulando, deferendo & ſimulando fuiſti electus magno dolo in Antichriſtum à Romano collegio, Diabolo patrono tuo ſuggerente & inſtillante: in quo quidem Antichriſtianiſmo adeò aſtutam & doloſam tyrannidem exerces, ut omnes gradus & tota turba raſorũ te unicum colens, ipſum Luciferum adoret. quæ ſanè non eſt poſtrema ratio ſui erga te amoris. Deinde & Reges & Principes, uelut cornua tauri alligata indulgentijs & dolis retines: & hoc Satanę perplacet, quia horum auxilio regnũ ſuum illabefactum manebit. Cum ergo adeò impiè te geras, dignus es Luciferi fauore, & totius inferni cruciatu. Quare te donauit dignitate non triuiali, ſed uniuerſali: quia totum mundum, donec uixeris, habes: ideoq; te fidum Diaboli mancipium, ut cœpiſti, exhibeas. Hoc ut rectius exercere poſsis, nouem ſuorum Ducum eccleſijs te ornauit, & illorum priuilegijs decorauit.

Eccleſiæ Belzebub, principis muſcarum (cui ſubiecti ſunt uniuerſi qui pro dijs coli uolunt, ſiquidem ſacrificia & adorationes expetunt) omnes animæ ſunt traditæ, quæ reliquerunt Dominum, & ſponſum Chriſtum. Hic eſt ille principatus, hæc illa eccleſia, in cuius adminiſtratione adeò diligens es, ut uix ex omnibus coadiutoribus Satanæ inueniatur aliquis qui te excelluerit. Nicolaus enim tertius, adiunctos ſibi duos urſos, ab utroq; latere aſſurgentes, dextrum repletum granis habuit, & aſcẽdit caluus, amplius decaluandus: nec eſt ueritus decaluare ſponſam, ut comam in ſe nutriat, iuitq; paſcendũ columbam granis puriſsimis à fera conculcandis. Princeps tamen Belzebub, cuius intererat negotium, tantum ſuis artibus effecit, ut fatua pietate deluſus Nicolaus, grana infecta, quibus urſum paſcebat, columbę propinaret: unde infecta, grauiter infirmatur, necdum curata, tardeq; & difficulter curanda.

Sed quem tibi confero? ille aſtu Satanæ deceptus, per ignorantiam rem magnam Chriſto labefactato Satanæ attulit, & erexit non poſtremus pinnam templi diaboli-

ci, ac

ci, ac iecit fundamentum hactenus multis annis durans, ſuper quod Lucifer eccleſiam ſuam ædificauit, & multos retinuit in ſuo officio. Porrò tu iamiam corruendam reparaſti, reædificaſti: & quos Chriſtus ſaluator noſter redemit, eos tu ad Satanæ uiam compuliſti, qui partim metu, partim falſa perſuaſione in uijs & ſemitis Diaboli utcunque ambulant. Quapropter plus tibi debet Lucifer, quia totum pondus ſuſtines, quod uix omnes hactenus Satanę coadiutores ferre poterant: qui iamiam collapſuram eccleſiam Luciferi totam reſtituiſti ferè. Debebit autem tibi etiam partem ſupremi ſui culminis, ſi te totum in eo occupaueris, ut dies noctesque ſuis cõſilijs inhęreas, nec ab eo recedas, donec nauem ſuam ad ſaluum portum deduxeris: tibi plus laudis & pœnæ accedet, ſi rectè negotiũ Satanæ curabis, quàm Nicolao, qui ſaltem initium totius negotij fecit. In hoc ergo heroem te præſta ô Antichriſte, & fœliciter ad infernum nauem flectas: eosque quos nondum rapuiſti, per fas & nefas trahas.

Non dubito aũt, te uigilantiſsimum fore, ut eos quos amiſit Lucifer aliorum quadam negligentia, tu tua diligentia & ſedulitate recuperes: & ſtellas, quas Nicolaus congregabat, ut lucerent in firmamẽto cœli, Satanæ ope & auxilio extinguas. quod facies, ſi perſeueraueris ipſi Belzebub, regni infernalis principi maximo, morem gerere: hoc eſt, chorũ Diaboli colere, ei ſacrificare, & adorationes præſtare. Neque enim tibi hoc difficile factu erit, quoniam educatus in hoc cultu es, in quo & conſenuiſti. Ad hoc accedit non poſtrema eruditio, qua nil attentes, niſi antea Satanam conſulueris. Libros Chriſti, ueriſsimi Meſsihæ, nec tu legas, nec alijs legere concedas: diſciplinam ſtrictam & tyrannidem indies augeas. hac ratione parabis iter tutũ, ut eos quoque, qui uidẽtur liberi, in Diaboli carnificinã pertrahas. Deinde Miſſam abolere nequaquam ſinas: nil enim eſt quod infernum magis repleat, quàm Miſſa Romana: Miſſa illa, quæ denuò crucifigit IESVM Chriſtũ, qui Satanam ligauit, & adhuc uinctum detinet: qui inferni portas fregit, qui è faucibus Diaboli animas eripuit, & ſecum in regnum cœlorũ ab

æterno paratũ duxit. Illam igitur Miſſam omnibus modis retineas: quod niſi feceris, iam erit actum de tuo regno & dominio huius ſeculi. Et hic uideas, ut diligenter aduertas, eſſe quoſdam qui cupiunt Canonem duntaxat auferri: reliqua utcunq; ferrent. at tu id ne permiſeris: quia confeſtim Indulgentias auferrẽt: auferrent item Purgatorium, potiſsimum emolumentum tuum: tollerent è medio Inuocationem tuam & aliorũ: & quod maius eſt, ceſſares affligere eum, qui te tuumq; patronũ Satanam ſua morte in magnam anguſtiam redegit.

Scio alios eſſe, qui materna lingua cantiones haberi uellent: tu uerò eos, in quos potes exercere tyrannidem, compeſcas: qui aũt remotiores ſunt, eos aſtu & dilationibus ac uana ſpe nutrias. Conciliũ caue ut celebres. Regibus quos tibi deuinctos Satan reddidit, pro tuo arbitrio imperes, ne quicquam in celebrando concilio conſentiant, aut attentent. quod ubi cõceſſeris, actum eſt de tua pompa, actum item de tota tui regni gloria & faſtu, omnes confugient ad Chriſtũ IESVM de Nazareth. Miſſas igitur retineas omnib. modis pro uiuis & defunctis. nam ij omnes Satanæ ſunt, & quæſtum multiplicãt, ſine ulla pœnitentia: & tantum uentris cauſa Miſſæ fiant. Panem enim illum indignè comedentes, & calicem bibentes, rei ſunt ſanguinis illius. Nec dubites, quin, ut antea ſæpe pro idololatria, mundus ipſe pœnas dedit: ita hæc ingens prophanatio Miſſarum atrociſsimis pœnis punienda ſit: propter quam hauddubiè præcipuè plectitur Eccleſia Chriſti his poſtremis temporibus, cæcitate, diſcordijs, bellis, & alijs multis peſtibus: augetur auaritia atq; impudentia raſorum tuorum, qui tuo more Miſſas ad quæſtum conferunt.

Atq; hæc eſt ſuauiſsima uia, ad Satanæ ciuitatem metropolim, ipſum nimirum Infernum: per quam probas, cœnam Chriſti, opus celebratum, mereri remiſsionem peccatorum, culpæ & pœnæ: idq; ex opere operato, ſine bono motu utentis, item remiſsionem pœnarum purgatorij. Hæc inquam eſt cõmodiſsima ratio ad regnum Inferni, per quam & numerum Miſſarum & lucrum in infi-

nitum auges: qua foues omnem impietatem, alumnam Diaboli: & conculcas fidem iuſtificantem, ac opera ipſa, quibus ſalus promereri debeat, dictas. adducis quoq;, Chriſti mortem non eſſe redemptionem ſufficientẽ pro peccatis credentium: & D. Paulum, illum hoſtem tuum capitalem, prorſus excludis, qui inquit, Sanctificatos eſſe per oblationem IESV Chriſti ſemel, & una oblatione cõſummatos in perpetuum, eos qui ſanctificantur. Quo fit, ut fiducia à Chriſto trãsferatur in opus tuum: ideoq; totam reddis plebem tuæ carnificinæ idoneam, & perpetuis cruciatibus obnoxiam. Nam quod ille iuſſerat edendum in cõmemorationem, id tu manducas in redemptionem: redimis ſiquidem temetipſum à Chriſti ſanguine, & alligas æternis tormentis.

Diminuis autoritatẽ ipſius Chriſti. nam non maiorẽ eſſe in Canone Miſſæ fateris, quàm fuit Abel, Abrahę & Melchiſedech: imò æqualem oblationem dicis. Dãnas illud Chriſti: Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & ueritate. Hic cogita ô Antichriſte Romane, quantam Satanę adferat Miſſæ ſacrificiũ utilitatẽ, & augmentum: quot & quantos ſibi omnino ſubmerſos attraxerit Belzebub, princeps huius cultus, dum pro remiſsione peccatorũ tota amittitur cœleſtis libertas, tota cœleſtis abijcitur hæreditas. Tuum ergo eſt, tibi incumbit tota cauſa, ut hanc Satanæ rapinã conſerues: hunc modũ excurrendi retineas, ut eo cõmodius circuire & quærere ualeas, quos more leonũ deuores. Quod facilè fiet, ſaltem ne ceſſes perſuadere, Miſſas ſingulis diebus, & quidẽ plurimas ubiq; eſſe neceſſarias, pro uiuorum & defunctorũ peccatis: etiamſi non remittendis, ſaltem retinẽdis. Impedias Reges & Epiſcopos omni ſtudio, ne ſe in hanc cauſam miſceant, quo minus ueritatis explicetur doctrina, & repurgetur Eccleſia. Sic intelliges te primã partem adhuc intactam & inuiolatam habiturum.

Accedit ad hanc & illa quæſtio alterius ſpeciei, quam nos tui aduerſarij laicis quoq; cõmunem adſerimus: adferimusq; in teſtimonium cùm ſacræ Scripturę locos, qualis hic eſt, Bibite ex hoc omnes: tum uerò etiam patrum,

cuiuſmodi

cuiuſmodi extat Cypriani, ad Corneliũ Papam ſic dicentis: Quomodo docemus, aut prouocamus eos in confeſſione nominis, ſanguinẽ ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinẽ denegamus: aut quomodo ad martyrij poculũ idoneos facimus, ſi non eos prius ad bibendũ in Eccleſia poculũ Domini iure cõmunicationis admittimus: In eandem quoq; ſententiã citare poſſumus Hieronymum, Hiſtoriam tripartitã, Auguſtinũ, Anacletũ, conciliũ Antiochenũ, Dionyſiũ de Eccleſiaſtica hierarchia, Cyrillũ: deinde aũt præter propheticã & apoſtolicã doctrinam, Græcorũ eccleſiã, Boemosq; ipſos. At tu ſcripta illa omnia contẽnas, & dicas (ut hactenus ſemper feciſti) ex te cuiuſuis ſcripturæ autoritatem pendêre, eamq; ueram eſſe quæ tibi placuerit, ſimiliter falſam quę tibi diſplicuerit. Quod aũt Boẽmi habeant aliqua priuilegia prædeceſſorũ tuorũ, ea eſſe ſuſpecta: aut ſi uera ſunt, magno precio comparata: te uerò poſſe labefactare omnia pro tẽpore, & eius conditionib. Quare ſi ſunt qui denuò cupiant utramq; ſpeciẽ habere, offerant eam ſummã pecuniæ, quam tu propoſueris: & accepta pecunia, rurſus priuilegiũ datũ reuoca & annihila. Et hinc fiet, ut deinde emũcta pecunia, eos retineas in officio. Quòd ſi propria autoritate perrexerint eam licentiã uſurpare: tu adhibeas fulmina & tonitrua excõmunicationis, atq; cõpellas gladio (etiã neglecto uerbo, cõtra Bernardũ) intrare: Beelzebub, huius officij princeps, tibi ex Satanæ mandato cõfeſtim opem feret. Damnabis etiam illos qui dicunt, Sicut in Ezechiele de urbe Hieruſalẽ in latere deſcripta dicitur, ISTA EST Hieruſalem: non neceſſe fuit, ut ſubſtantia lateris mutaretur in ſubſtantiã urbis Hieruſalem: ita cum de pane dicitur, Hoc eſt corpus meũ, non eſt neceſſe, ut ſubſtantia panis mutetur in ſubſtãtiam corporis Chriſti, &c. Nam tranſſubſtantiationem tollũt, & ceſſant Chriſtum dominum denuò crucifigere.

Quin potius doceas, quòd ex cultu qui debet Eccleſię eſſe cõmunis, fiat priuata unius ſacrificuli actio: qui ut ſolus ſibi legit uerba cœnæ Dominicæ, ita etiam ſolus panem & uinũ ſumit. Item quòd Euchariſtia ſit tale ſacri-

ficium, quod debeat iugiter in Eccleſia ad expianda peccata uiuorum & mortuorũ, & pro impetrãdis alijs beneficijs tam corporalibus quàm ſpiritualib. offerri. Deinde dicas, oblationem Euchariſtiæ non eſſe quidem per ſe propitiationem pro peccatis, ſed applicationẽ propitiationis & meriti Chriſti uiuis & mortuis. & quòd exigatur, ut uerba cœnę ſeu cõſecrationis, in Euchariſtia tacitè recitentur, & quòd una pars Euchariſtiæ debeat in ſingularem cultum Dei circũgeſtari & reponi. Sic eris bonus & fidelis Satanæ uicarius, & defendes ac retinebis facilè Belzebub ſacrificia, per quem Satanę ſacrificare conſueuiſti. Id ergo ſeriò ac diligenter, ut hactenus, ſic & in poſterum cures: nec quicquã quod Satanæ honorem concernit, & cultum, prætermittas.

Reſtat alterum officium Beelzebub, ipſæ nimirũ adorationes, quas Diabolo ex toto orbe terrarum in ſingula momenta adfert. in his perſeueres: ac alios qui uidentur ab his ceſſare, horteris. exhibeas te fidum & conſtantem Diabolo: nam qui perſeuerauerit uſq; in finem Satanæ doctrinam obſeruando, is occupabit habitacula æterna inferni. Imitare itaq; fidum Satanæ coadiutorem, Martinum quartum, qui clauibus clauſit, & non aperuit: ideo ſedet in habitaculo Luciferi, ubi eſt fletus & ſtridor dentium, habens in manu dextra crucem archiepiſcopalem: in imo eſt lilium, quod ore attingit nigra aquila coronata. Poſt lunam aſcendit Mars, ſitiens ſanguinẽ baptiſmalem. aſcendit autem de turri ad altiſsimum ſolium, qui ſolem clariſsimum & crucem obſuſcando, cum lilio aquilam cruci ſubiecit, minimeq; ædificauit Chriſto templũ, quia Satanæ erat, nempe uir ſanguinum, zelo immoderato, uirtute ſimulata demigrans & diſsipans, ſuperflua ſolus coartans, pacem turbans uniuerſam. Hæc omnino pari ratione imitare. & Satanæ haud dubiè placet eius rei initium, quod Cęſarem coronare renuis, quia cruci ob ſummam pietatem multum adhæret: & niſi tu imitatus fueris Martinum, è manibus tuis auolabit aquila, quam poſtea conſequi non poteris. Scio enim MAXIMILIANVM Chriſtianiſsimum Regem eſſe, & tuum ſummum

ſummum & capitalem hoſtem, qui Chriſto ſe totum dedicauit: ideo teneas aquilã ut potes. quod niſi feceris, imperio deijcieris. Naua igitur hanc Diabolicam operam, & habebis æternos pro præmio cruciatus.

Porrò id facilè perſuadebis, quia Miſſam habet Aquila pro ſummo cultu. Secundò, in ipſa inuocatione ſanctorum, licet frigida ſit (nam in circuitu Letaniarũ ſemper ridet) tamẽ ex Miſſa poteris eam cogere, ut ſanctos inuocet: item ex defunctorum cultu, ab illis ex autoritate Machabeor. quæ eſt illi certiſsima. Etſi adducũt ueri Chriſtiani contra te Epiphanium contra Collyridianos, Auguſtinum de Vera religione cap. ultimo, & de Ciuitate Dei lib. 8. cap. 27. Ambroſium ad Rom. 1. Ioan. 3. Cyprianum contra Demet. tractat 1. Hieronymum in epiſt. ad Galat. cap. 6. Chryſoſtomum, & alia ſcripta Prophetica & Apoſtolica, quibus non eſt dubium quin uincaris. At tu dicas, iſtos patres non eſſe de tua Eccleſia, ſed de eccleſia Chriſti: te uerò habere eccleſiam Beelzebub, & autores certos Behemoth & Leuiathan, ac cæteros qui te docent, quid ſtatuere debeas in eccleſia Beelzebub, quã Lucifer regit inceſſanter poteſtate ſua ſuprema, cum ſit unus duntaxat Princeps ſupra omnes principes rebellionis angelorum & tenebrarum.

Poſtremum officiũ Beelzebub eccleſiæ eſt, ut omnes animas poſsideat quę reliquerunt ſponſum Chriſtũ Dominum: quòd requirit ſummopere Purgatoriũ, tãquam receptaculũ impoſturarum, & augmentũ pœnarũ. retinentur enim hac ratione uſitatę illę Vigiliæ, precationes & ſacrificia: ac docetur, quòd horũ meritis aut è pœnis liberentur, aut maiorem fœlicitatẽ in cœlis conſequantur. Contra hoc Chriſtiani adferũt unum meritũ ęternę uitę: nempe Chriſti, & reliquos ſuperius citatos locos. At tu reſpondeas, ut dixi, te non Chriſti colere Eccleſiã, ſed ipſius Beelzebub, cuius propriũ eſt tractare de Purgatorio. Qui igitur Beelzebub imitari cupit, is Chriſtũ contemnat: & cum tu ſis Satanę uicarius, ſic te excuſabis, nec cures quid Chriſtiani doceant ex Paulo, ſeq; confirment inuicẽ ſermonibus de certa ſpe reſurrectionis, & ſalutis

in Chriſto IESV: propter quem Deus credentibus ita fauet, ut conſeruet ipſos in media morte, & donet ſempiterna fœlicitate. Tibi uerò nulla quies, nullaq́ tranquillitas eſt expectanda: quin potius æternus cruciatus, & ſtridor dentium, ut ſuperius memini.

Conſidera aũt Honoriũ quartum, ſtantẽ, dextraq́ tenentẽ claues: ad cuius pedes iacet humanũ caput detruncatum. ſtat item miles, aſpiciens Papam, dextra tenẽs clauam, & ſiniſtra medium clauæ, ſic inquiens: Accipe ſupplicator excelſos honores, arbor inutilis & infructuoſa: quid cogitas te facturũ ingentia, cum ſis mẽte & corpore debilis: quia modicũ uigilabis, & citò dormies, & nõ ſurges, ſemper in tribulationẽ uenies. Duros hic corporis ſuſtinuit labores ô Antichriſte. Diſpone igitur ſecundũ cõſiliũ Satanę ſingula, ut ad optatũ finem uenias: quia in inferno nulla redẽptio. In inferno ſequêris Honoriũ inhonoratũ, uir muſcarũ eris impurus, & humani generis inimicus, mẽte rationalis, nequitia ſubtilis, nocẽdi cupidus, & per ſuperbiã tumidus, ſemperq́ in fraude nouus. Atq́ hæc ſunt ex eccleſia Beelzebub tibi meritò expectanda: quę uelim ut examines, & rectius perpẽdas: res tua agit.

Eccleſia Atertetæ, qui eſt princeps magnus & horrendus damni & controuerſiarũ, cõtinet ſpiritus mẽdaciorum, qui ſeſe oraculis immiſcẽt. diuinationib. atq́ prædictionibus ipſis Chriſtianis hominib. illudũt. Hanc eccleſiam diligẽter colas. Etſi enim te ſatis ſuperq́ aſtutũ eſſe non dubito: tamẽ ad propoſitũ, & onus quod tibi impoſuit Lucifer, multũ adiumẽti adferet, ſi diligẽter expẽderis huius principis officia. Hic ſiquidẽ primus fuit, qui ſacras literas ad tuũ propoſitũ torſit, & loca Scripturæ pro te pugnare miro artificio perſuaſit, ac omnia cùm Prophetarum, tum & maximè Apoſtolorũ dicta cõfudit, miſcuit & diſtillauit per alembicũ ſuę aſtutiæ: accõmodauit pro arbitrio, flexit atq́ reflexit pro re nata, traxit atq́ retraxit pro diuerſitate ingeniorũ: ac ita omnia & ſingula diſpoſuit, ut hactenus non niſi paucíſsimi aduerterint. Hinc eſt, ut rari admodũ fuerint, qui tibi tuæq́ ſedi Romanæ cõtradixerint: imò pro tua poteſtate tuẽda, quam

Aterteta

Aterteta tibi tuiſq; prædeceſſorib. cõquiſiuit, multi Principes, Reges & Imperatores ſuas partes interpoſuerũt, ac ipſimet ſeſe ſubiecerũt. An ignoras, ut reliquos prætereã, quos tumultus cõtra te mouerit in Bohemia, Ioan. Hus Chriſtianus ille, dũ cõtra Antichriſtianiſmũ, tuaſq; indulgẽtias doceret apud Pragenſes? Aterteta tamẽ non quieuit, donec ulciſceretur tantũ tamq; egregiũ facinus tibi tuiſq; illatũ. Nam ſpiritus mẽdaciorũ miſit ad ipſum Hus, ut eum Conſtantiã ſaluo (mentito aũt) conductu pertraherent, ubi & cõbuſtus eſt. nulla enim fides in hac eccleſia Chriſtianis debetur. Quid item arbitraris olim cum Cęſarib. attentatũ eſſe? Videas Fridericũ primũ, Barbaroſſam dictum, Cæſarem Germanicũ uigeſimũ, qui ab Alexandro tertio anteceſſore tuo nedũ excõmunicatus, uerũetiam pedib. cõculcatus eſt: & dum illũ pedibus calcaret Alexander, clamari præcepit, Super aſpidẽ & baſiliſcum ambulabis, &c. Videas ô Antichriſte, undénam tibi hæc? A' Satana certè, qui per Atertetã principẽ mendaciorũ, primũ hoc effecit, ut tuas excõmunicationes formidaret. Venetos tandem tibi obſequẽtes reddidit, qui etiã in hãc horã tibi deuinctiſsimi ſunt: ubi cum latitares, & omnẽ concordiã renueres, mouit Lucifer Fridericũ, ut quartò profectus in Italiã, ſubiecto Mediolano Romã proficiſceretur, ac cõtra Venetos mitteret Othonẽ filiũ ſuũ, ubi & captus eſt. Eoq; aſtu & Cæſarẽ Lucifer permouit, ut ſe deijceret, & ſumma humilitate Venetias ueniret, ac pro tẽpli foribus humi proſtratus, ante tuũ anteceſſorem pedib. ſe calcari permitteret. Et ut dignitas Antichriſti ſuprema dignitas eſſet, Aterteta Scripturę textũ deprauatũ adducit, Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis, &c. & Antichriſto attribuit: qui aliàs ad eum pertinet qui ꝓmiſſus fuit, à quo & tu cõculcatus es. At itáne decet ô Antichriſte, talionẽ reddere? & Chriſtianos nedũ pedibus cõculcare, uerũetiam gladio ſubijcere? Hac occaſione, ô Antichriſte, tibi etiã ſupremã poteſtatẽ Diabolus cõciliauit, ut nedũ excõmunicare, ſed imperio etiã deijcere Cæſares poſsis: quod uel in Othone quarto uidere eſt, ut reliquos taceã. Vnde facilè cõſtare exiſtimas,

quòd

quod tua poteſtas ſe extẽdat ſuper omnes magnates & principes mũdi: hoc uteris pro arbitratu dum in Cæſarẽ ſæuis, quod te inconſulto à Chriſtianis principib. ſit electus. Necq; enim id fieri debere in ditionibus tuis putas, cum totam Cęſaream dignitatem tibi conquiſierit Lucifer, ut meritò in tuis manibus ſita ſit. Quo aũt aſtu olim ad tãtum faſtigium tua Eccleſia peruenerit, non erit obſcurum, ſi ea quæ ſequuntur perpenderis.

Nicolaus quartus Papa, dextra tenet calicem, quem porrigit meretrici. eadem dependet ſerpens. Siniſtro lateri aſtat uirgo ſancta, mœſta & lugubris, cuius ſancti radij circundant caput. Hæc Nicolaum ſic alloquitur: O, ad maximum gradum aſcendiſti miſer, de cœlo ſtellato regnans planeta deſcendiſti in barathrum uanitatis, primam ſponſam uiduatam relinquẽs. heu heu imprudens & inutilis, qui es totus circa turpe nutrimentum Veneris occupatus, ad terram benedictionis non cogitãs, tua negligentia peribis. Cum hæc audis, luge. erit enim tribulatio, qualis non fuit ab initio uſq; modò. Venies, & ſubitò in Babylone morieris: uir mortis es. Cede igitur maiori, & meliori te: quia Dominus trãſtulit regnum tuum in Orientem, ubi eſt commotio ignis, deuorans uniuerſa. Hinc uides, ô Antichriſte, Orientem bibere de calice iræ Dei. Tu ergo, cum nil minus quàm Deum cures, non eſt quod cogites de terra benedictionis. propera autem eò citius ad maledictionis habitacula, cum Nicolao quarto: & retineas hoc ſeculum. habeant Chriſtiani illud ab æterno promiſſum cœlum, & æternum gaudium: tu cum Diabolo eris contentus in tenebris exterioribus uerſari. Porrige igitur calicem meretrici, & habebis idem quod Nicolaus quartus, atq; per te rurſus renouabitur & reędificabitur eccleſia Atertetæ.

Quid autẽ aliud arbitraris te eſſe, ſi porrigas calicem meretrici, & dependeat ſerpens: quàm Babylonem illam magnã, quæ à uino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes? Depẽdet enim ſerpens quia filij huius mũdi prudẽtiores ſunt filijs lucis: ideo patefacias tuã poteſtatem, & fingas talem eſſe quę non modò in terris ad cõſtituenda regna

da regna politica ſe extendat, & gubernandas eccleſias, uerũetiam in cœlis mandando angelis, liberãdo animas ex Purgatorio, & beando aut liberando quoslibet. Et quòd Eccleſia Satanæ ſit uera huius ſeculi eccleſia, cuius iura ſint certis terminis circũſcripta, & ſita Romę in uniuerſali huius mundi Eccleſia, cuius caput tu Antichriſte neceſſariò ſis, in qua pro arbitrio leges cõdere, ſine alicuius pręcepto aut mandato poſsis. Nam Lucifer tibi ſemper adeſt, & quę neceſſaria fuerint inſuſurrabit: ſicut hucuſq; fecit. Quare ſcripta, quæ non ſunt pro te, omnia reijcito: obtrudas eccleſię ritus ueteris legis, & obnubila ueritatem Euangelij: quod fiet, cum accenſis cereis, uexillis & crucibus, ueſtibusq; Miſſalibus, demẽtaueris filios huius ſeculi. inſtitue quoq; ceremonias, quorũ meritis expientur peccata: doceas cultũ & doctrinam hominũ, aduerſus Eſaiam: item contra Paulũ, iudica in cibo & potu, in parte diei feſti, nouilunij, &c. Deinde contra Auguſtinum, libertatẽ cæremoniarũ redigas in ſeruitutẽ: aſperſione aquæ perſuadeas populo deleri peccata uenialia, pelli dæmones: ſale aſſeras res noxias ſalutares fore: ad confirmationẽ adducas Elizæũ, & Paulũ qui inquit, creaturas ſanctificari uerbo Dei: & quòd ſanauit Elizæus aquas ſteriles ſale, & ſimilia, quæ facilè ad tuum propoſitũ flecti poſſunt: tum demũ præſtabis uerum officiũ Atertetæ, & imitaberis rectè Nicolaũ quartum, dabisq; meretrici calicem, & Oriens bibet de calice iræ Dei.

Poſtremò diligenter aduertendũ eſt illud exemplũ Cęleſtini quinti, quem ſatis deuotũ, ſuo aſtu Aterteta ad infernum pertraxit. Habebat enim Cæleſtinus quintus arborem, ex qua protẽditur manus duobus digitis minantibus. Papa uerò genib. flexis orat, ad arborẽ cõuerſus. ad cuius aurem ſiniſtrã uulpes admota, tuba canit, aſſurgẽs in Papã: Benedictus qui uenit in nomine Domini, cœleſtium omniũ cõtemplator, qui ſimplex educitur de terra tenebroſa, aſcendit & deſcẽdit. nam uox gemina & uulpina ipſius principatũ uorabit, & peregrè morietur. O quantũ dolet ſpõſa de caſu legitimi ſpõſi, ad deuorãdum tradita leoni. Cur ô ſimplex homo ſponſam dimittis, tru-

culenti canis latratibus tribuendã? Cogita nomẽ tuum, & prima opera, fac ut recipiaris in partibus Orientis. At ô Antichriſte, uoce uulpina Cœleſtinus quintus perdidit principatũ. Quorſum hæc? Vt exẽplo iſtius tui antecesſoris, cum opus eſt, & uides circa Chriſtianitatem aliquẽ omnino occupatũ, uoce uulpina ultimo in hoc eccleſię remedio, eum ad inferni regna unà tecum trahas. Adorandã igitur beſtiã, & imaginẽ eius proponas: item characterẽ in fronte, aut in manu: & uinũ iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius: & cruciaberis igne & ſulphure in cõſpectu angelorũ Sanctorũ, & ante conſpectum Agni, & fumus tormentorũ tuorum aſcẽdet in ſecula ſeculorum, nec habebis requiem die ac nocte.

Eccleſia Belial, qui eſt princeps abſq; iugo & dominio, qui pro poſſe contra eum pugnat cui deberet eſſe ſub iectus, cõtinet uaſa iniquitatis ſeu irę, inuentores malorũ, omniumq; malarũ artiũ. Vtilia admodũ hæc Eccleſia Belial tibi inſtrumenta adminiſtrat. docet ſiquidem, quomodo per iniquitates ipſas ſtabiliri debeat Antichriſtianiſmus, & per impoſturas: non per oſtiũ, ſed per feneſtras, per fauores hominũ, per empticias uoces, per imperium principũ, more Iudæ Iſchariotis, & Simonis Samaritani. Requiritur enim ut in hac eccleſia moribus corruptis & deprauatiſsimis, ac doctrina falſa præditus ſis, qui antiquas patrũ conſtitutiones paulatim refellas, damnabilemq; conſuetudinẽ introducas: & uelut Scribę & Phariſæi ſuper cathedrã Moyſi ſedeas. Dicas igitur ô Antichriſte, & non facias: alliges onera grauia in humeris populi, ipſe uerò ne digito quidem moueas: hypocrita eſto, omnia opera facias tantũ ut uidearis, oſtentans religionem, Chriſti leges labefactando, & aurum atq; oblationes auaro oculo intuendo. Hæc faciens, eris ſimilis Bonifacio octauo, qui ſtans dextra tenet furcã tricuſpidem, qua nigram aquilam cõprimit: ſiniſtra autem manu ſtrangulat eius collum. ſtatq; nigra aquila coronata Papam aſpiciens, & gallus: ſedet uerò & dormit monachus habitu ſubrubro & ſubnigro. Et ecce homo de Iſchariotia progenie, occultum principatum habens, quo agnus

ruit,

fuit, eius uice regnans, ueniens deſolatè. abbreuiabuntur enim dies illi, quos totius mundi tyrannus terribilis cõturbat: gallum ferit, aquilam deplumat, columbę comminatur. Gallus & aquila ei ſufflant, & auferent poteſtatem: columba non tenebit ramum portans oliuæ, & in foraminibus petræ nidificans. Cuius ſecuritas eſt in angulo: qui affectans Babylonicum principatum, obtinere non poterit. contra iuſtum inſurget, & ipſum uinculis alligabit. Fraudulenter intraſti, potenter regnaſti, gemens morieris. Ita, ô Antichriſte, ut uulpes intraſti, ut leo regnaſti, ſicut canis morieris. Perpẽde obſecro, quid dicatur hic: & omnia ſiniſtra legis facias, de decimis, collectis, oblationibus & eleemoſynis: accuratè noua cudas, leges ceremoniarum arctè ſancias: decima fruges, pecora, pecunias, & quamuis etiam minima, mentham, anetum, cuminum, &c. ſic bonam partem huius eccleſiæ, cum Bonifacio, ſi hæc feceris, & diligenter obſeruaueris, te conſecutum eſſe non dubites: eam nempe partem, quæ de iniquitatibus præcipit.

Quod porrò ad inuentionem omnium malorũ, malarumq; artium attinet, operæpreciũ eſt, ut opera Euangelij, & legis & iuſticiæ Chriſtianæ, iudiciũ, miſericordiã & fidem omnino negligas: ſcorta, ſaltationes, hiſtriones, lenones, aleatores, heluones, ueneficosq; ipſos apprimè diligas: non ex uirtutũ meritis, ſed per turpe obſequiũ, aut intuitu munerũ, aut fauore principum, aut ui armorũ ad quæuis ſublimia conſcendas: pauperũ bona in priuatas diuitias redigas, monopolia & nundinas cõſtituas: eleemoſynis in ſcortis, in alea, in uenatione, in omni deniq; luxu & ſpurcitia abutaris. tum demum adimplebitur illud: Viri fortes & inuidi orbabuntur. Similis eris Draconi alato, & facie horrenda: cuius cauda deſinit in ſeipſo. tenebis quoq; ſiniſtra librum, & eris auis nigerrima, & ſubitò morieris in terra petroſa: nutriesq; in gremio eam, quæ tibi mortis uirus miniſtrabit. & ita Benedictum undecimum repreſentabis. Concuties populos, uexabis regna, ſollicitabis bella, dirues eccleſias, & palatia extrues: incedes purpuratus & deauratus, magno plebis detri-

mento, & religionis infamia, ac reipub. intolerabili onere. ſic rectè Belial feſtum celebrabis, eiusq; eccleſiam iuſto cultu afficies, atq; debita adoratione Satanam proſequêris: utq; perſiſtas, tibi omnes iniquitates & malarum artiũ ſpiritus infuſi ſunt. Accepiſti enim in nomine Diaboli, per ſpiritum Belial, artes omnes, pompam & faſtũ, tyrannidem, libidinem, impoſturam, ignorantiã, barbariem, infidelitatem, errorem, hęreſim, ambitionem, perfidiam, periuriũ, fornicationem, temeritatem, petulãtiam, gladium auariciæ, mulctæ & extorſionis, gladium mali exempli, gladiũ ſanguinis & occiſionis, arma contra omnem ueritatem, iuſticiam & honeſtatem. Accepiſti item uniuerſum illud mare, in quo cum cæteris piſcibus habitant Leuiathan & Behemoth, cete grandia, beluæ & reptilia, quorum non eſt numerus, in nomine omnis rebellionis & tenebrarum.

Eccleſia Aſmodei, qui eſt princeps pœnarum, nutrit ultricem ſcelerũ, Satanæ ab initio mũdi ſuisq; aſſeclis paratam: cuius ea eſt dignitas & præexcellentia, ut ſe ſola ſufficiente diuinum iudicium recipiat. Abundat enim in ea dedecus culpæ, cum decore iuſticiæ: & pœna manet perpetua, nempe carentia uiſionis diuinæ, pœna materialis incendij, pœna uniuerſalis quæ cõſiſtit in afflictione uaria, acerba & æterna, in tenebris, in obſcuritate luminis, in inuidia, in ipſa quoq; carentia propriæ beatitudinis, ubi erit fletus ſpiritualis, ipſe nimirum dolor interior: erit item uermis conſcientię, animam ipſam rodens, qui nunquam extinguetur. Huc uenturi ſunt omnes qui cum Babylone meretrice magna fornicati ſunt. Ipſa enim eſt facta habitatio dæmoniorũ, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis uolucris immundæ & odibilis: quia de uino iræ fornicationis eius biberũt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati ſunt, & mercatores terræ de uirtute deliciarũ eius diuites facti ſunt. Plagę igitur eorum mors & luctus & fames, & igne comburentur. Apprehenditur hic beſtia, & cum ea pſeudopropheta, faciens ſigna, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem

eius.

eius. uiui miſsi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis, &
ſulphuris: & cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper
equum, qui procedit de ore ipſius. & omnes aues ſatura-
tæ ſunt carnibus eorum. Hęc inquam beſtia Lucifer eſt,
ô Antichriſte: tu autem eius propheta. & iamiam con-
ſummati ſunt mille anni, & ipſe ſoluetur. ac quicquid
hucuſq; neglexit, ea qua poterit diligentia reſarciet. Tu
interea age militem ſtrenuum: nam hic locus, ubi ipſe ca-
tena ligatus detinetur, tuum erit palatium & regnum in
ſecula ſeculorum. Poteſtas enim unita erit, & templum
muris turritis circundabitur, ac ſupra templum quinq;
manus truncatæ. & dicetur ciuitati: Væ tibi ciuitas ſepti-
collis, quando laudabitur in mēbris tuis delectatio, tunc
appropinquabit caſus & deſtructio tuorum potentum,
& iudicantium iuſticiam. Hic eſt cōſiliarius mortis, cum
quo tibi æterna tribulatio habenda eſt.

Eccleſia Satanæ, qui eſt princeps aduerſarius om-
nium Chriſtianorum, defendit pręſtigatores qui imitan-
tur miracula & ſeducunt homines. Ex iſta eccleſia dili-
genter cognoſcendi ſunt modi ſeductionis, quibus mo-
derno tempore tibi omnino adoriundi ſunt Chriſtiani.
Præcipuè igitur cura ſedulò, ut claudas regnum cœlo-
rum: nec tu introeas, nec alios intrare ſinas: domos uidua
rum comedas, puram doctrinam de iuſticia fidei impe-
dias: Eccleſiam uiuum Chriſti corpus non admittas, ſed
potius eam ſtatuas externam politiam eſſe certorū cul-
tuum ac rituum. facilè tum demum flectes homines ad ar
bitrium tuum. Deinde uide, ut ſponſa tibi abominabilis
ſit, & quaſi uiduata, fugiensq; nomen IESV, & eſto cru
delis, immūdus, uirtute carens, appetens uanitatem, im-
moderatè relaxans clauem, curſor, gladiator, congre-
gans & corrumpens. Lucidiſsima ſtella perdat fulgo-
rem, contra ſolem tenebroſum finaliter pugnatura. Lu-
nam perſequere: in altum corruet, excelſa obfuſcabit. Sic
eris mobilis & immobilis cum Clemente quinto, & ua-
ſtabis maria plurima. Hoc ita cum impleueris, de infimo
genere terræ mittet Lucifer tibi in auxilium aſcenden-
tem cruentam beſtiam, primam & nouiſsimam, quæ fi-

lium minimum & innoxium crudeliter deuorabit: unus
eris, & pacem non inuenies, ad innoxium ſanguinem effundẽdum. Idcirco tempore ſuo, ſurge tu Pſeudopropheta, & ſubſtitue tibi nepotem bellatorẽ in coadiutorẽ, & ſeducite multos: Agnumq́ mitiſsimũ plagis crudeliſsiſime uulnerabitis, obfuſcabitis malicia ueſtra ſtellas cœli, & malitia ipſa uobis opprobriũ miniſtrabit, qui ſoli eſtis minime beati. Itaq́ ô Antichriſte, incipe & pugna cum ſanguine Chriſti: opprime dictis modis, per fas & nefas, ſignum & characterem Chriſti, & propera ad infernum.

Nunc tãdem ita præſtigia fabricabis, & pios ſeduces, illudendo per ea quæ ſecundũ apparentiam duntaxat à Diabolo fiunt. Phantaſmata magica edas, multa miracula circulatorijs fraudibus ludas. Somnia Satan immittet: tu porrò incantamentis & imprecationibus, & certis fumigiorũ uaporibus, luminibus, philtris, collyrijs, alligationibus & ſuſpẽſionibus, annulis, imaginibus, ſpeculis, ſimilibusq́ magicæ artis pharmacis & inſtrumentis Diabolum ſubinde, qui tibi hæc præſtigia pręſtiturus eſt, colas. Hac enim ratione mortuos ſuſcitabis, reliquias facies miracula oſtendes, allicies fatuos, coges prudentes, atq́ ita reſtitues eiuſmodi exorciſmis & incãtationibus integrum Antichriſtianiſmũ, iam primùm ferè ex parte collapſum, item præſtigia & phãtaſmata oſtẽtando, & cætera opera dęmoniaca, & idololatrię fraudes exercẽdo, miracula te operaturũ iactitabis: & cum Ianne & Mãbre atq́ Simone Mago æternis ignibus cruciandus deſtinaberis.

Eccleſia Meririm complectitur aereas poteſtates, quę ſe miſcent tonitruis, fulminibus & fulguri, corrumpẽtes aerem, peſtilentias, & alia mala inducentes. hæc eccleſia tibi ſuccurret in poſtrema neceſsitate. Si enim bellũ ſuſceptum ad finem optatum pro tua eccleſia deducere non poſsis, aderit cum magna caterua militũ Meririm: & cum tibi nullus amplius reſtabit Romę locus, ne in caſtro Angeli quidem, tum te cũ corpore & anima rapiet ad æternas pœnas luẽdas. Sicut & Iulio tertio factum eſt, quod tibi bene conſtat. nam per aera uentilatus, nunc rectius ardere poteſt. Tu ab hoc artificio non deſiſtas: utere poculis,

culis, philtris, uarijsq́ ueneficiorũ medicamentis: & Cæſarum atq; Regũ mentes cognoſces, uoces auium intelliges: animas ex imis reuoca ſepulchris, in lupos cõuertas qui Satanę ſacrificare deſiſtũt: quemadmodũ Nabuchodonoſor in bouem mutatus fuit, & ſeptẽ annis fœno uixit: & ſicut Magi Pharaonis obſtiterunt Moyſi, quo minus Pharao cõuerterit ſe ad Dominum: ita tu quoq; hac ratione obſta Chriſtianis, ne Reges & Imperatores, cæteriq́ Principes aliquando ab inferno deficiant. iucundũ enim eſt, & reges tecũ cruciari in primis, quia anteceſſores tui omnes in inferno ſunt: à quibus Principes quia dependent, æquum eſt ut tandem illi quoq; eò migrent. Nam exhorruit & te & illos Deus, quia horribilia opera ſibi faciebatis per medicamina. Tu ergo ſtriges, ad tuum propoſitũ multum cõmodas, diligenter obſerues, ad excitandas tẽpeſtates, tonitrua, fulmina, & ad id genus reliqua opera exercitatiſsimas: neq; ceſſes defunctorũ inclamare animas, excantare pueros, Diabolo ſacrificare, Satanam adorare. eſt enim deus tuus. Diuinitatẽ ideo mentiaris, euoca animas cum phytoniſſa, & eris Deus huius ſeculi. Vnde tibi tanta miracula? Ex Lucifero profectò. nam ipſe eſt dominus carnis & ſanguinis, & princeps huius mundi. Vnde in Leuitico appellatur quoq; princeps deſertorũ, & rectè quidem. nam quos Deus deſeruit, eos Satanæ reliquit. Cui quoq; dictum eſt: Terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ, & puluis panis tuus. Vides ô Antichriſte, quòd apertè & Scriptura tui patroni Diaboli mentionẽ facit? Quare non arbitreris, Luciferum tibi exiguum dominũ eſſe. præpara igitur turpẽ & horridam hanc tuam tuorumq́ carnis materiam ipſi in cibũ. Aſcende ad honores duplices, nubiloſis te accõmoda, lunã fugito: reuolue nouaculã, & in manu geſta ad ſuperflua reſecãda: carnes mãduca aſſas, & uinum bibe myrrhatum: pauper ingredere, alta conſidera, & infima pete, cum Innocentio ſexto: & intelliges lupum cum agno habitare, pariterq́ cibari. Caue tibi ab Vrbano quinto, qui ſolus clarè aperuit librum ſcriptum digito Dei uiui, hunc uelut lucem meridianam fugito.

Eccleſia.

Eccleſia Abaddon ſeu Apollion, habet furias ſeminatrices malorum, diſcordiarum, bellorum & uaſtationũ. Hanc eccleſiam tu omnium rectiſsimè cognoſcis: nec quiſquam fuit, qui fœlicius te in ea uerſaretur. quare non erit opus hic diu immorari, ſed diligenter aduerte. Nam in hac eccleſia obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, rubigo te tuosq́ꝫ conſumet. Dulce principium inueniſti, ſed finem & tribulationem. Væ primum abijt, & ecce Væ ſecundum: fugito à facie eius. clama in deſperatione, quia iam ſuperaddentur ultimi cruciatus. Ha ha, inuoca Satanam. dic, Vbi eſt deus meus Lucifer? quò abierunt ſtellæ? curramus ad Luciferum noſtrum, non aſpiciamus retrò, quia à meridie omne bonum. conuertamus autem nos ad aquilonẽ, ubi eſt omne malũ, ſuper omnes habitatores: non rogemus Dominũ, ne fortè mittat aliquẽ, quem miſſurus eſt, & flores rubei aquam odoriferam diſtillabunt: ſed ad Luciferum nos conuertamus, Deum tribulationis & anguſtiæ.

Cætera tibi nota ſunt, quoniam in hac eccleſia tu Magiſter es. Bellũ nouiſti mouere contra principes, & omne malum ſeminare inter eos: uaſtare quęuis, & illaqueare quoſuis. pari ratione tibi operam ſingularem Satan exhibet, & inſudat diligenter, ut apud Chriſtianos diſsidia exoriantur. Nam cœperunt diſſentire, in articulo Trinitatis, iuſtificationis, in lege, in bonis operibus, & in interpretatione Scripturarũ: de tropo, pręſentia, comeſtione, loco, & in externis ritibus. neqꝫ enim ille deerit ſuo muneri: tu ſaltem in eo labores, ut omnia ſilentio & prudentia prætereas. ipſe immittet laqueos, quibus ſi ſemel illaqueati fuerint, uix ſe extricabũt, actumq́ꝫ erit de illis: & ita ipſe & tu occupabitis utramqꝫ meſſem, ad æternam damnationẽ. & eris fera ultima, aſpectu terribilis: & detrahes ſtellas. tunc fugient aues & reptilia, tantummodo remanebis fera crudelis, uniuerſa cõſumens. Infernus te expectat. Terribilis enim es, ſicut Vrbanus ſextus: & quis tibi reſiſtet? Non impunè licet tuis placidis cõtradicere, nec libidini tuæ reſiſtere, niſi quis paratus ſit martyrium ſubire pro Chriſto: hoc eſt, excremari pro hæretico.

Eccleſia

Eccleſia Aſtaroth, ſeu Diaboli, qui eſt Princeps defluens, & corruẽs, ſuoq́ inclusus ergaſtulo, regitur criminatoribus et exploratoribus. Iſta eccleſia eſt tibi ualde communis. nam habes inquiſitores Dominicanos illos monachos, Ieſuitas, Caniſios, Staphylos, & reliquã turbam: quę, nihil eſt quod ad te perfectè nõ deferat. Atq́ hoc eſt illud tuæ nequitiæ genus, catulos paſcẽs, quod in quinq́ ſceptra Romam diuidit: cõturbat nomina, & XXXVI annis miſerrimè ambulat. Primus filius ferè habẽs quinque filios, à figuris medius tibi eſt: ęrea autem ciuitas barbaros in ſe recipit. Porrò uidens urſam matrem canum, miſerabiliter luget in altitudine cœli. Multos decipies, miſer ſub aliena pelle manebis, immutãs faciem: manifeſtabuntur cogitationes. ſerpens autem omnes uelociter conſumet: cum his quos lactas, hypocriſis tua oſtendetur, habens faciem canis.

Aduerte ô Antichriſte, penitiusq́ rem inſpice: aperitur enim tua ficta ſimulataq́ pietas, ſicut Bonifacij noni, primò ex inquiſitoribus Dominicanis illis monachis, & cæteris eius farinæ ſacrificulis. quidã enim incipiunt inquirere ex ſacris Scripturis, quæ apertè ſunt contra tuam doctrinam, nec inde quicquam tuæ eccleſiæ emolumẽti accedit. Quapropter reiectis Apoſtolicis & Propheticis ſcriptis, reiectis item ſanctis patribus, iubeas omnes inquiſitores in poſterũ ex iure Canonico & Papalibus decretis inquiſitionem facere: deinde iniungas, ut apud omnes concionentur, Papam errare non poſſe, (præſertim autem te, qui ſingulari ſpiritu Diabolico regeris) inquirendos crudeliſsimè exerceant, ipſam ſacram Scripturam ueluti Chriſtianorum ſcutum & propugnaculum reijciant, aut uelut mortuam literam et non niſi umbram ueritatis à tergo relinquãt: ſcopum fidei, tuæ Curiæ ſtilũ pręfigant, & ſecundum eum omnia determinẽt. Quod ſi inquirendus ad Scripturam confugerit, inquiſitor ad tribunal currat, & faſciculos (niſi ſteterit decreto Romanę eccleſiæ) ignemq́ adferat, ac faſciculis & igne decertet, dicendo, Auferte malum de medio ueſtri. quod ſi condonare uoluerit uitam, annuum cenſum exigat: & ſi redie-

rit, uitam auferat, & bona Chriſtiana fiſco proſcribat.

Deinde ſimulata hæc tua ſanctitas ſcatet in nouis iſtis tuis hypocritis, quos Ieſuitas nominas. Sic enim importuni ſunt, adeoq; temerarij, ut & eã cauſam quæ tota tua eſt, ſua imprudentia potius detegant, quàm abſcondant. Quid enim profuit, quod Petrus Caniſius Ieſuita, magna temeritate apud Principẽ illũ Chriſtianiſsimũ MAXIMILIANVM, Regẽ Boemiæ, & ſumma importunitate inſtitit, pro inquiſitiõe faciẽda in Chriſtianos? quaſi rẽ magnã ille eſſet præſtiturus, ſi Chriſtianos perſequat̃: cum MAXIMILIANVS nil aliud quàm Chriſtũ ſapiat. Qui cũ renuiſſet ſuũ patrociniũ, Caniſius tunc Auguſtã ad parentẽ pij Regis ſcripſit, & multa tũ de pio principe MAXIMILIANO, tum de Phauſero cõcionatore digniſſimo, iniquiſsimè ſparſit. An non hac ratione, ô Antichriſte, omnia ſtatim innoteſcunt? quę poſtquã innotuerũt, ab omnibus reſpuuntur: hæc omnes uitant. Eccleſiæ igitur tuæ melius conſule. præſertim in tanto diſcrimine rerum: ac rectius quæ tua ſunt cura. utere hypocriſi, adulatione, deceptionibus, & cæteris artibus, ut ſuperiores Eccleſiæ habent. Importunitate enim apud iſtos principes tantum abeſt ut aliquid efficias, ut & animos ipſorũ magis exacerbatos & prorſus alienos à te reddas.

Illud quoq; in iſta ſecta tua Ieſuitana aduertendũ eſt, quòd illa quæ uocãt exercitia, ſingulis cõcredunt: id ſanè nõ niſi occultè & prouectioribus fidendũ eſt. Cum enim ordiuntur hæc ipſa exercitia, pręmittunt Dominicã orationem, & ſalutationem angelicam, ut uideãtur Chriſtiani. Deinde per aliquot dies poſtulãt ſcripta omnia peccata, à cunis cõmiſſa, quę tandem per octiduũ examinãt: tum demum ſcenam incipiunt. à partu Chriſti, & ad mortem ipſius uſq; procedunt, omnesq; dæmones dies noctesq; contemplandos proponunt. Poſtremò ſuadent et perſuadent, ut exercitatus (ut uocant) aſſumat ſocietatẽ Ieſuitarũ. Quod ſi quis renuerit, ſtatim peccata cõſcripta opponunt, ſeq; omnibus ea patefacturos minantur: atq; ita pauci ſunt, qui exaggeratione illa peccatorũ, præſertim ſi grauiora fuerint, in iſtam tuam ſocietatem nõ pertrahantur:

trahantur:

trahantur: & qui emanent, perpetuo diffamantur, ubicunque fuerint, ac pudore quodam & uerecundia perpulſi, aut redeunt petituri gratiam, & ſocietatem recepturi: aut perpetuò latitant, & conſpectum hominum planè fugiunt. Eam impoſturam quidem inſtituiſti per Ignatium, præpoſitum iſtius comœdiæ tibi commodiſsimum. Tuum tamen eſt, ut eos moneas, & inſtituas cautius hac nequitia uti. multi enim ex hac ſcena hiſtrionica proſiliunt: & dum patefiunt peccata ipſorum per tuos iſtos Atlantes, propriè ipſa impoſtura Templariorum oſtenditur, & riſui atq; cachinnis omnium exponitur. Itaq; hæc impoſtura eſt illis patefacienda duntaxat, qui eam perferre poſſunt: & pro diuerſitate ingeniorum diuerſæ artes adhibendæ, & omnes commoditates indagandæ, quibus tua turba augeatur. Nec dubito quin ultima ſit hæc tua ſecta Ieſuitarũ, qua ſub nomine CHRISTI, ipſos Chriſtianos decipis, & ad tartara tecũ trahis. ita hunc ordinẽ uigere ſola hypocriſi & adulatione oportebit. Item operæprecium eſt, ut parua fugiant, quò maiora conſequantur. Quid eſt, ſi Epiſcopatum quis ex iſtis ambiat? quid inter tantos? cõtemnat potius has exiguas dignitates. Hic enim eſt uerus ordo, hæc eſt uera uia, qua ad ſuprema faſtigia huius ſeculi conſcenditis. Nam cõciliabitis uobis ſanctitatem, & ſimulatam pietatem, uitæq; integritatem fictam apud homines: qua non modò in ueſtram ſententiam pertrahentur, uerumetiam patientur ſe à uobis regi & gubernari, ac omnes ex ueſtro conſilio pendebunt. Quem tu alium modum putas, quo Antichriſtianiſmus emerſit, quàm hunc? hunc certè totius Papatus fundamẽtum eſſe aſſero. hac enim ratione Principes deuincti, bona multa tuæ Eccleſiæ donarunt, ac unà ſuam ipſorum libertatem amiſerunt, gladioq; proprio iugulati ſunt. Non diſsimili ratione hęc tua ſecta Ieſuitarum ad magnos honores deuenit. Pauci enim anni ſunt, quòd tuo iuſſu ab Ignatio inſtituta ſit: nec uigeſimum excedit, quod Romæ mendicãdo uixerit. At quæſo uideas ubi nunc ſit? Ab iſta regitur Pius Cæſar. Nam ſi quid ſeuerius exercet in Chriſtianos, non ex ſe, ſed ex

hac tua ſecta habet: ab ipſa Cuſmannus & Ionas, ab intimis conſilijs boni Cæſaris, pendent: ab iſta Epiſcopi, Archiepiſcopi, & tota raſa tua cohors gubernatur: iſtius autoritate Staphylus tuus ſeruus effectus eſt. Hic, ô Antichriſte, aduertas, quòd tertiò te iam deceperit: nec aliam ob cauſam Chriſtianos deſeruit, quàm quòd apud te opima deprehendit mundi oblectamenta, ipſa nimirum tela ultima tuæ prouinciæ. Nam quos non potes aliter pertrahere in tuam ſententiam, opimis beneficijs allicis. Caue igitur, ne rurſus tibi imponat: ſed unà cum reliqua caterua Sodomitarum & Gomorræorum, autoritate huius tuæ ſectæ detineatur: ab hac enim & plurimi Duces pendent. Videas ergo ô Antichriſte, quorſum iſti ex puluere erecti ſint: ut & Cæſari & Regibus plurimis, & Ducibus, Regnis atque Prouincijs & ciuitatibus imperent. Nec uideo aliquam ciuitatem, in quam recepti ſunt, quæ illis reclamet, niſi ſolam Viennam, propter Chriſtianiſſimum Principem MAXIMILIANVM Regem, & Ion. Seb. Phauſerum concionatorem ipſius, ſummos tuos inimicos. atq; id non aliunde fit, quàm quod incautè tuum dogma ibi ſparſum ſit: nec credo te recuperare poſſe Viennam. imò ſcias, Auſtriam tibi & Bauariam deteriorem reddidiſſe. Licet incitatus Imperator durius in Chriſtianos aduertit: item Staphylus, Epiſcopus Viennenſis, Præpoſitus, Decanus, cum tota tua raſa turba adeò furit, inſanit, & pluſquàm Scythica tyrannide ſæuit, ut duriora Chriſtianæ doctrinæ miniſtri uix antea ſenſerint in Auſtria: nunc eijciuntur paſsim paſtores, perſequūtur Chriſtiani fratres, libris bonis ſpoliantur boni: & ſtricto mandato, Cæſareoq; decreto bibliopolis, qui Auſtriacas nundinas uiſitant, libri omnes Chriſtiani ſurripiuntur: non eſt tamen quod ſperes ſacrificium, & priſtinæ idolomaniæ reſtitutionem.

Tu igitur ô Antichriſte, eſto fera uolans ad meridiem, manifeſta tempus & figuras, exiſtas deſtructor et eſca miſerorum coruorum, exiſtas genus abominabile eorum: turba teipſum ab Oriente miſerabiliter, ſimul & ciuitatē tuam; dabis gemitum tuum in tempore metus uel meſſis.

ſis. Diſsipa decimas in effuſiones ſanguinis, cũ Innocentio ſeptimo: ſupplicium accipe tuę uelocitatis & laſciuiæ: eſto ad bellum paratus: in te enim principium & finis corui eſt. ueſtigia Simonis Magi cum Gregorio duodecimo retine, lætare fruſtra cum Alexandro Quinto: quia confuſionem & errorem concitabit Lucifer, ſi forte Auſtria recuperari poſsit. Interea exploratores & criminatores tuos, ſecundum morem octauę huius Eccleſię, ſine mora hortare.

Eccleſia Mammonæ, qui eſt princeps ditiſsimus, comprehendit tentatores, qui ſingulis hominibus ſinguli adſunt. Hac eccleſia frequentiſsime uteris: quæris tanquam Leo rugiẽs, quem deuorare poſsis. Grammaticis peruerſitatem, & Hiſtoriographis mendacia ſuppeditas, Poetis uanitatem, Rhetoribus palponem, Memoriographis oſtentationem, Iuriſtis linguacitatem, Dialecticis lites, Sophiſtis perturbationes, Geometris iactantiam, Muſicis laſciuiam, Arithmeticis ſortilegium, ſaltatoribus impudicitiam, Coſmographis errorem, architectis perniciem, nautis piratarum ſpiritum, aſtronomis fallaciam, magis flagitium, cabaliſtis perfidiam, phyſicis ſomnia, metaphyſicis portẽta, ethicis moroſitatem, politicis iniquitatem, principibus tyrannidem, magiſtratui oppreſsionem, populo ſeditionem, ſacerdotibus ſchiſma, monachis ſuperſtitionem, œconomis prodigalitatem, mercatoribus falſiiurium, quæſtoribus compilationem, agricolis ſegniciem, paſtoribus rapacitatem, piſcatoribus maledicentiam, uenatoribus latrocinium, militibus prædam, nobilibus exactionem, medicis occiſionem, pharmacopolis ueneficium, cocis uoracitatem, alchimiſtis impoſturam, Iureconſultis uerſipelles antitheſes, cauſidicis mille ſcelerum protectionẽ, tabellionibus falſarias artes, Iudicibus ius uenale & tribunale latrocinium, Theologis hæreſim & uniuerſæ multitudinis ſeductionem. Hic uides, ô Antichriſte, quàm late ſe extendat Mammon, quantam autoritatem in omnia habeat: quàm deniq; audax, imò Herculeum facinus committat. præter ea quæ commemorata ſunt, pompoſis matronis choreas plaudit, oſcula blan-

dularum puellarum excitat, ſubſannat garrulas ancillu-
las, fœdos mordacesq; Cynicos ex ſepulchro prouocat,
Gallicam ſcabiem cōſeruat in ſalacibus meretriculis, om-
nia hęc tibi tuisq; propinat: nihil eſt, ubi ſe non inuoluat.
Quapropter ô Antichriſte incidas in hypocriſim cum
Martino, in abominatione ſitam: arripias cum Eugenio
quarto occaſionem, et filios Baal ſectare: tum demum in-
trepidus, macte nequicia aggredere quæuis, & euades
omnium pœnarum infernaliū toto pectore pleniſsimus.

Itaq; tibi bene merito condigna præmia rependet Lu
cifer. Allectus enim tuis uitijs, te ſua ſpeciali gratia, ſuoq;
peculiari ſtudio, fauore atq; munificentia dignum iudica
bit. Non enim fuiſti contentus prædeceſſorum tuorum
eminenti ac ſplendidiſsima iniquitatū gloria, quam olim
à nouem Satanæ ducibus ſtrenuis ac fortiſsimis, in ipſo
Diaboli conſpectu, contra Chriſtianum hunc populum
editis certaminibus, ſumma cum laude & condigno ui-
tiorum præſtitorum brauio conſecuti ſunt: gloriā tyran-
nide et ſceleribus nephandiſsimis partā, larua, hypocriſi,
crapula, opprobrijs, factionibus, proditione, rabie, quæ-
ſtu, perfidia, improbitate, compilatione, ocio, fallacia, ſor
dibus, emaſculatione, crudelitate, præuaricatura, faſtu, ar
rogantia, litibus, ſub dolo, idolis, ſupercilio & Sorbona i-
pſa iniquiorē facere, alijsq; multijugæ nequitiæ ſcelerib.
ad infernū deprimere & detrudere curauiſti. Quarum ſa
nè tuarum iniquitatum fama, ſiquidem Satanæ innotuit,
pro primo erga te declarādæ ſuę gratiæ ſtudio, in cœtum
præcipuum aulæ ſuæ, quòd ei à latere legatus ſis, te pro-
culdubio cooptauit: in quo cum ita te geras, ea nequitiæ
tuæ edas inſignia & teſtimonia, ut ei non niſi gratiſsimus
& acceptiſsimus eſſe poſsis, donec te uberiore proſeque
tur pœna, in præſcriptis Eccleſijs nouem Ducum, in re-
gno ſuo infernali, tibi locum conceſsit, ac in conſortium,
cateruam & numerum omnium Dæmoniorum locauit:
et hanc ſuam gratiam non abraſam, non cancellatam, nec
in aliqua ſui parte ſuſpectam, ſed omni prorſus ſuſpicio-
ne carentem, ſuę proprio charactere tuæ fronti impreſſo,
& ſuo oleo tuo capiti iniecto approbauit, roborauit ac ra

tificauit,

tificauit, & gratioſe confirmauit. Vt autem ſua erga te gratia luculētior & clarior ſit omnibus, quemadmodum anteceſſores tui à ſe morte æterna afficiuntur: ita uult, ut tu quoq; æternis pœnis & miſerijs ſis ſubiectus. tibi etiā de plenitudine ſuę poteſtatis ſuperaddit luxum omnem, ſuperbiam, inſurgere contra Principem principum, iudicia ſuper faciem tuam, blaſphemiam, imaginis tuæ adorationem, characterisq; tui tam in dextris tuorū manibus quàm in fronte ſignum, omnis iniquitatis plenitudinem, caput omnium malorū, callidam perſuaſionem, miraculorum operationem, donorum largitionem, & tormentorum exhibitionem: caudam quę trahat tertiam partem ſtellarū cœli: Gog & Magog, atq; omnem deſolationem in tempus, tempora, & dimidium temporis ſuperaddit. Porrò finito hoc termino, reliquit tibi conſcientiā remordentem, peccata accuſantia, dæmonia terrētia, iudicium æternum, iudicium horribile. uirtutes enim cœlorū mouebuntur. Iudicium intolerabile. quis enim tibi tribuet, ut in inferno protegaris? Iudicium ineuitabile: omnes oportet manifeſtari ante tribunal Chriſti. Iudiciū inopinabile: quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita ueniet. Iudicium inexorabile: ſiquidem zelus & furor uiri non parcet in die uindictæ. & iudicium erubeſcibile: quem enim fructum habuiſti in illis, in quibus tunc erubeſces? Plura ſcribere per ocium non licuit: hæc ergo, ut uoles, conſule: ſuo tempore plura habebis. Datum Tubingæ, 9. Cal. Auguſti, 1558.

PAV-

PAVLVS SCALICHIVS DE LIKA, COMES, ETC. IOANNI OPORINO ciui ac typographo Baſilienſi, amico chariſs. S. D.

SAEPENVMERO mirari ſoleo tuam illam ſedulam operam, ac indefeſſum animum, OPORINE humaniſsime, quoties in manus meas aliquem librum ſumo, qui ex tua officina prodijt: quòd in tam uario diſciplinarum genere adeò correctos & emendatos uideam. Id enim hac ætate in nemine adhuc deprehendi. quo nomine iure ab omnibus redamari debes: cum uel hinc manifeſtum ſit, te erga omnes flagrare ſingulari ardore: quòd non deſiſtas, in primis Reip. literariæ, deinde amicis, neglecta etiam ualetudine ipſa, & multorũ odio poſtpoſito, ita ſedulò morem gerere. Haudquaquam enim me latet grauiſsimum illud onus, quod nomine præſtantiſsimorum uirorum ſuſtinere ſubinde non formidas. Exemplo facilè eſſe poteſt Cœlij Secundi Curionis, uiri clariſs. (qui primùm mihi per tuas literas innotuit) innocentia: & Ioannis Balei, hominis pij & eruditi, zelus uerè Chriſtianus, qui mihi uel ex Sole ſignato mei amantiſsimo ſatis perſpectus eſt. Præter eiuſmodi quàm plurima alia exempla, quæ omnibus in confeſſo ſunt, accedit etiam ad hoc, typographorum paſsim ubiq; & cæterorum amicorum conatus, qui in hoc uerſantur ſeriò, & ſtrenuè elaborant, nec aures pulſare ceſſant, dummodo te ab iſto ſtudio & officio deterreant: nunc iacturam tuam, nunc uirium imbecillitatem crebrò dictitantes atq; obijcientes. At tu, ut facilè colligo (ſiquidem in propoſito inconcuſſus perſiſtis) communem præfers utilitatem priuato commodo, ac fauorem amicorum opibus atq; omni emolumẽto: & rectè, cum ne Crœſi quidem diuitiæ ueris amicis præferri poſsint. Nam priuatarum rerum ſolicita cura, neglecta publica utilitate, quantum incommodi Hebræis, Aegyptijs, Indis, Græcis, Romanis, ac noſtra tempeſtate plurimis politijs attulerit, manifeſtũ & compertum eſt. Quo fit, ut cum magna mihi συμπάθεια tecũ ſit (nam idipſum, licet diuerſa conditione, præſtare ſemper cupiui) iſtud Encomiũ tibi dedicare uoluerim, in quo nõ modò de utilitate et excellentia diſciplinarum agitur: uerùm etiã paucis, de omnib. quæ ſuperioribus lucubrationibus agitata ſunt, uelut in cõpendium redacta, epilogo quodam cõprehenduntur: cui te inſerere tanto magis optaui, quòd ſis uirtutũ ac omnium diſciplinarũ cultor eximius. Vnde æquũ etiã eſt, ut ab omnibus uiciſsim uenereris. Quamobrem pro primo meo erga te amoris indicio, hoc Encomium, qui pari encomio dignus es, ut ſincerè & candidè ſuſcipias uelim. Vale.

ENCO.

ENCOMIVM SCIENTIA-RVM, PAVLI SCALICHII de Lika, &c.

Comitis Hunnorum & Baronis Zkradini, S. T. Doct.

QVVM ſtatum Scientiarum paulò altius expẽdo, Lector candidiſsime, id primum eſt quod inde haurio, ut ita inſtitutus quis ſit, ne in ullius uerba iuratus, ſe per omnes Philoſophiæ magiſtros fundat, omnes ſchedas excutiat, omnesq́; familias agnoſcat. Deinde nõ minus inde manat, ut ipſe, quocunq; feratur tẽpeſtate, hoſpes deferatur. Fuit ſiquidẽ cùm ab antiquis omnibus hoc obſeruatũ, ut omne ſcriptorum genus euoluentes, nullas quas poſſent commẽtationes illectas præterirent: tũ uel maximè ab Ariſtotele, qui eam ob cauſam ἀναγνώσης, id eſt lector, à Platone nuncupabatur. Anguſtæ profectò mentis eſt, intra unam ſe porticum aut Academiam continuiſſe. Quo fit, ut aptè & appoſitè diuinus ille Picus Mirandulanus dicat, non poſſe quenquam ex omnibus rectè propriam legiſſe, qui omnes prius familiariter non agnouerit: quoniam in unaquaq; familia eſt aliquid inſigne, quod non ſit ei commune cum cæteris. Accedit, quòd ſi qua eſt ſecta, quæ ueriora inceſſat dogmata: ea ueritatem firmat, non infirmat: & uelut motu quaſſatam flammam excitat, non extinguit. Hac ratione motus, ſcientiarũ & ſectarum Encomium cãtare propoſui, ut hac complurium facultatum collatione, ac multifariẹ diſcuſsione Philoſophiẹ, ille ueritatis fulgor, cuius Plato meminit in Epiſtolis, animis noſtris, quaſi ſol oriẽs ex alto, clarius luceſcat: & ut breui peroratione, uelut epilogo, quæ ſuperioribus lucubrationib. pertractata ſunt, comprehendam, ac pia ingenia in ſancto propoſito retineam, & ad hunc campum pertraham, utilitatem & neceſsitatẽ ſciẽtiarũ celebrare operæpreciũ eſſe exiſtimaui.

Quid erat, ſi una aliqua ſcientia aut ſecta, omiſsis cæteris, tractaretur? quãdo quidem omnes ſcientiæ, uelut plurima membra in uno aliquo corpore, contineantur. aut ſi in philoſophandi ratione, peregrinis duntaxat inuentis ſtare, & aliena excolere ſibi quis ſatis duxerit? Quid denique erat, tractare opiniones aliorum, ſi quaſi ad ſapientum ſymposium aſymboli accederemus? Profectò ingenerosum eſt, in nobis uim naturæ effœtã exiſtimare: imò eam ſterilitatem & infœcundam animam tanto grauius oderit illi cõplicita et aſſociata diuina mens, quanto inde nobilior longè proles deſideratur. Propterea, præter cõmunem aliquam facultatem, & reliquas aggrediar homine libero nedum dignas, uerumetiam neceſſarias, & ſine quibus haudquaquam humanã quis integritatem et perfectionem aſsignare poteſt. Quis enim eſt, qui animum ſuum, iuxta præclaram Panætij ſententiam, rectè nutriat, niſi diuinis contemplationibus? quo ſolo in nobis repræſentatur imago Dei. Deinde, quod ad ſimilitudinem morum & animorũ attinet, neminem ſine iuſticia & Homerica illa præſtantiſsima catena conſiſtere, quis ignorat? Pari ratione certè ſatis liquidò conſtat, ſanitatem ab omnibus appetendam, eiusque gratia medicinam honorandam. Neque ita obſcurum cuiquam eſſe puto, rerum diuinarum & humanarum ſcientiam & uiam, ad rectè beateque uiuendum prorſus eſſe neceſſariam. Quapropter & in cõfeſſo eſt, Theologiam in primis, tum demum Iuriſprudẽtiam, deinde Medicinã atque Philoſophiam, quemadmodum propter homines inſtitutam, ſic hominibus conducibilem & utilem eſſe. Quod ut fuſius conſtet, ſingulas facultates paulo altius expendam.

Theologia diuinorũ eloquiorũ mater & habitaculũ, quãta ſit, quàm utilis, quàm neceſſaria, nõ modò ad uitæ huius inſtitutũ continuandũ, uerumetiã ad futuræ gloriæ & ſalutis æternæ ſtatũ, tam ſacrarũ literarum quàm prophanarũ aperta & innumera exempla adſunt. Et ut à ſupremis cauſis ordiamur, ſermonẽ deprehendemus Triadis, nedũ ueſtigia, ſed ipſam quoque eſſentiã: quam hactenus ut admodũ ſcrupuloſe, ita & pernicioſiſsimè & periculoſiſsimè

culoſiſsimè Scholaſticorũ turba inueſtigauit. Quid enim aliud Thomas Aquinas in primo Sententiarũ, in ſumma ſua, & cæteris operibus inſtituit, quàm ut myſteria Diuinitatis temerariè ſcrutaretur? & altum, minus ſobriè, ſaperet? dum proceſſum perſonarum per gradus quoſdam, & eius emanationes, conuerſiones, reductiones, reduplicationes, queſtiones de modo, de cauſa, de effectu, de tempore, de ſubiecto, de obiecto, de operatione, de influxu, de repletione, de affluxu, de continente, de contento, de æternitate, & ſimilibus prodigijs puram & ſynceram doctrinam commacularet? Neq; tamen quenquam Thomiſtarum offenſum eſſe uelim: quandoquidem Thomã non damno in his in quibus bene ſenſit. nam ubi quis bene, nemo melius. ſed de hoc diſputatio eſt, an conſultò eam tractationem tanto periculo ſuſceperit, cum potiſsimum in ea parte id omnibus ſyncerè ſentientibus incumbebat, ut myſteria Diuinitatis rectius adoraret, quàm ueſtigaret: imò cum ſine magna iactura & periculo tentari non poſsint, id quod non rarò ſancti uiri etiam ſunt experti. Quicunq; igitur hactenus temerariè in ea palæſtra ſe exercuerunt, non encomium Theologiæ inſpexerunt: quin potius uanam gloriam, tenebricoſum ingenium, uafrum & ambitioſum coluerunt, ſe ſuosq; in piſtrinum dederunt, adeoq; cœno Barbarico intricarunt, & uino illo proſtitutionis inebriarunt, ut dementati redire & ex eo luto ſe euoluere nec potuerint, nec ſciuerint. Hinc eſt ueriſsima ſentẽtia Gregorij: Quanto magis exitum querunt, tanto magis in propriam perniciem ruunt. Quod uel inde patet, ſi quis euoluat uolumina illa ingentia Scoti de Trinitate, Franciſci de Maioronis, Henrici Gandauenſis, Durandi, Guilielmi Pariſienſis, Petri de Alliaco, Godfredi de fontibus, Ochami, Roberti Olchod, Guidonis Carmelitæ, Caſsiodori, Bonati, Petri de Palude, Henrici de Heſsia, Ioannis Mainardi, & cæterorum, quorum infinitus eſt numerus: ſi inquam horũ uolumina quis excutiat, deprehendet ibi, præter barbariẽ, flumen quoq; ducens omnino ad Tartara, indurans & excæcans, etiam id quod ſupereſt reliquum igniculi de-

lens. Hanc calamitatem quis eſt obſecro qui non deplorabit? qui non admiretur hanc ſtupiditatem, et condoleat morti eorum? Sanè aut animum Chriſtianum non recuperauit: aut ex Chriſtianis & pijs qui ſunt in libro uitę ſcripti, eſſe non poteſt. Itaq; dolendum eſt, quod tot & tantæ mentes à uero aberrarunt ſcopo: & commonefaciendi pij, horum ſcripta non eſſe encomia, non laudes, ſed uituperia & contaminationes Theologiæ. Quod ſi contingat quempiam lectitare horum libros, monitum eum optarim, ut aut cum iudicio legat, & uelut ex ſtercoribus gemmas colligat: aut omnino abſtineat, ne laqueis irretitus & ipſe cadat. Non dubito quidem, ut paulo antè memini, eos multa bona tractare: ſed tanti myſterij inueſtigationem & temeritatem reprehendo, nec ad encomiū Theologiæ pertinere poſſe defendo. Nam adeò occultū eſt illud Triadis myſterium, ut à nemine niſi fide apprehendatur. Quin & carne filium Deus opt. max. induit, ut nos à cōtemplatione Maieſtatis ſuæ ad carnis, adeoq; fragilitatis noſtræ contemplationē inuitaret. Sic & Paulus ad Corinth. ſcribit, Deum per ſtultitiam prædicationis, nimirum noua ratione, uelle cognoſci, cum non potuerit cognoſci in ſapientia per ſapientiam. Vnde manifeſtū eſt, uanos fuiſſe omnes Scholaſticos Theologiſtas, qui de locis illis ſupremis, utpote de Deo, de unitate, de trinitate Dei, de myſterio creationis, de modo incarnationis diſputarunt: ſiquidem in diſceptationibus ſuis, ut ille ait, uani facti ſunt: & unà cum ſuis formalitatibus, connotatis, uniuerſalibus, quidditatibus, entitatibus, & ſimilibus nugis, iacturam ſui ſuorumq; fecerunt. An hæc illorum ſtultitia diſsimulari poſsit, dubiū eſſet, niſi Euangelium interim & beneficia Chriſti obſcuraſſent nobis illæ ſtultæ diſputationes, & pro quibuſdam hæreſibus potius facere uiderentur quàm pro catholicis dogmatibus. An non antitheſes oſtendunt hanc normam diſceptandi partim ad Chiliaſtas, ad Ebionitas, ad Manichæos de libero arbitrio, partim ad Eluidium de uirginitate Mariæ, Baſilidem de anima Pauli & alio corpore, Eunomium de filio Dei, partim ad Arium de Trinitate, acce-

dereę.

dere? Quid obſecro Thomas contra Gentiles, & in eo lo co quē ſuperius explicuimus, aliud ſentire uidetur, quàm Manichæi & Marcionis, euitandi mali principij gratia, ſententiam? Quanquam magnus ille Picus Mirandulanus, & ſingulare miraculum in natura, Thomā Aquinatem ſolidum & æquabilem pronunciet, atq; Scotum uegetum & diſcuſſum, Aegidium terſum & exactum, Franciſcum acrem et acutum, Albertum priſcum & amplum, Henricum ſublimem & uenerandum (nec ego contradixero tanto uiro) mihi tamen omnino ſic perſuadeo de eius iudicio, eum nimirum potius ea admiratum fuiſſe atq; coluiſſe, quæ extra tanti myſterij diſcrimen & fidei ſubſtantiam uerſarentur. Quod uel inde facilè patet, ubi Origenis ſalutem defendit, & rationem ſuæ ſentētiæ ex ipſiuſmet Thomæ ultimo articulo Quodlibeti noni deſumit, extra ſubſtantiam fidei neminem teneri de neceſsitate ſalutis Eccleſiæ credere, multo minus patribus. Ergo nemini dubium ſit, quin hi magiſtri, qui tam temerariè profanare audēt myſteria diuina, toto nedum aberrarint cœlo, uerumetiam ſe ipſos cōiecerint in maximos laqueos. Rectè Muſonius, & prudenter dixit, in rebus ſacris & profundis tutius eſſe ſimpliciter credere, quàm magno aſtu & acumine humanæ prudentiæ adeò prolabi, ut nullus concedatur amplius ad pœnitentiam reditus. Piè quoq; & ſanctè predixit Picus Mirandulanus, in eadem quæſtione, hiſce magiſtris inquiens: Videant ergo, & caueant, ne noua credenda fidelibus pro ſua autoritate inſtituant, & ea eſſe de fide determinēt. audiantq; illam prohibitionem Domini Deuter. quarto: Non addetis ad uerbum quod ego loquor uobis, &c. Quod dictum nō ſolum damnat iſtos, qui autoritate ſua noua credenda prioribus ſuperaddunt: ſed quia etiam catholicam ueritatem pro hæretica refellunt, &c. Hæc Picus ad uerbum. Vnde conſtat, abundè ſatis Picum præuidiſſe hanc temeritatem & peſtem, quæ ſuo tempore inter monachos & Scholaſticos ſophiſtas regnaret. Comminatur hiſce Atlantibus diuus Paulus anathema, & diuus Ioannes in Apocalypſi omnes plagas in eo libro ſcriptas:

rabbi Moyſes Aegyptius, mortem primo Perplexorum minatur: rabbi Eleazar omnes calamitates imprecatur, qui aliquid addere ſcriptis ſuit molitus fuerit. Multo magis Dominus uindicabit contemptores præceptorum ſuorum, calumniatores ac deprauatores, impoſtores & peſsimas beſtias.

Videant igitur ſinceræ ac piæ mentes, relictis hiſce nugis ſophiſtarum, quæ uitæ æternę & gaudij propria ſunt: & conſiderent peccati uim, legem ac gratiam. hanc qui ignorarit, non uideo quomodo Chriſtianum uocem. nam ex his propriè Chriſtus cognoſcitur. atque hoc eſt Chriſtum cognoſcere, cum beneficia ipſius cognoſcimus: non, ut iſti docent, eius naturam, & modos incarnationis intueri. Niſi ſcias, cur carnem induerit, & cruci affixus ſit Chriſtus, quid proderit eius hiſtoriam nouiſſe? Hæc demum Chriſtiana cognitio eſt, ſcire quid lex poſcat: unde faciendæ legis uim, unde peccati gratiam petas: quomodo labaſcentem animum aduerſus dæmonem, carnem & mundum erigas, quomodo afflictam conſcientiam conſoleris. Hæc tum demum erunt uera encomia Theologiæ: quæ ſcholaſtici Theologi aut planè non docebant: aut ſi qui docerent, admodum ſub obſcuris rerum indicijs id factitabant. At obſecro, Paulus in epiſtola ad Romanos, ubi compendium Chriſtianæ doctrinæ conſcribit, num de myſterijs Trinitatis, de modo incarnationis, de creatione actiua & creatione paſsiua philoſophabatur? At quid agit? Certè de lege, peccato, gratia, è quibus locis Chriſti cognitio pendet. Quoties Paulus optare ſe teſtatur fidelibus locupletem Chriſti cognitionem? Præuidebat ſanè fore, ut relictis ſalutaribus locis, animos conuerteremus ad frigidas & alienas à Chriſto diſputationes.

Itaq; neceſsitas requirit, cum encomium Theologiæ inquiramus, id ex proprijs locis deducere, ex quibus rationem apprehendere liceat, qua Chriſtus nobis cõmendatur, qua conſcientiæ confirmentur, qua animi aduerſus Sathanam erigantur. neq; uirtutes & uitia tantum in ſcripturis obſeruanda ſunt, more potius Philoſophico

quàm

quàm Chriſtiano: quin imò gratia & miſericordia Dei, per quam ſalui facti ſumus, qua in filios adoptionis recepti ſumus, qua ex filijs iræ & mortis, in filios gratiæ & uitæ deuenimus: cui ſoli, citra cuiuſuis hominis meritum, omnis laus & gloria debetur. Quo fit, ut fruſtra liberum arbitrium, ut uocant, ſimpliciter aſtruant. Scripſere de libero arbitrio Auguſtinus & Bernardus: ſed ille quidem ſua poſterioribus libris, quos aduerſus Pelagianos edidit, multipliciter retractauit. Bernardus uerò non eſt ſimilis ſui, qua de re Eulogus plura. Hoc tamen paucis in encomium huius articuli ſubiungam: Si ad prædeſtinationem referatur humana uoluntas, nec in externis, nec in internis operibus ulla eſt libertas, ſed eueniunt omnia iuxta deſtinationem diuinam. Si ad opera externa referas uoluntatem, quædã uidebitur eſſe iudicio naturæ libertas: ut piè communis noſter præceptor Philippus Melanthon docet. Si ad affectus referatur uoluntas, nulla planè libertas eſt, etiam naturæ iudicio. Iam ubi affectus cœperit furere & æſtuare, cohiberi non poteſt quin erumpat.

Ablatis quoque relationibus rationis in peccato, cum diſtinctione actuali & originali, ueluti ſuperuacaneis, encomium Theologiæ retinebit morem Scripturæ, aſſerens peccatum originale eſſe naturam, propenſionem, et quendam genialem impetum ac energiam, qua ad peccandum trahimur, propagata ab Adamo in omnem poſteritatem. Atque hoc ipſum Originale peccatum, ſiquidem eſt actualis planè quædam & praua cupiditas, quod ſiue actuale ſiue originale ſit uitium, peccatum ſimpliciter nuncupatur: etiamſi nonnunquam quod actuale dicimus, apud Apoſtolum uocetur fructus peccati, ſicut in epiſtola ad Romanos ſolet. & Dauid, quod originale nobis eſt, aliàs curuitatem, aliàs iniquitatem appellat: prauus tamen affectus, prauusq; cordis motus eſt, contra legem Dei, peccatum. Cuius rei Geneſis, Paulus ad Romanos, Auguſtinus contra Pelagianos, euidẽtes ſunt teſtes, & præſertim caput ſecundum ad Epheſios, quod inquit: Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Neque fieri

fieri poteſt ut quiſpiam liber ſit à peccato, niſi per Chriſtum. unde operum iuſticia, doctrina ſatisfactionum, ac philoſophicæ uirtutes inanes ſunt quo ad iuſtificationem. Quamuis enim fuerit quædam conſtantia in Socrate, in Xenocrate caſtitas, in Zenone temperantia: tamen quia in animis impuris fuerunt, et ex philautia originem traxerunt, dicentur potius umbræ uirtutum, non ueræ uirtutes, ſed uitia.

Ergo puram doctrinam intuendo, & uerum encomium Theologiæ, peccatum dico affectum contra legem Dei, & inſipientiam humani cordis. Pſalmo 13. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Hæc inſipientia per uires naturales nihil poteſt niſi peccare. Si enim cor immundum eſt, ut Scriptura teſtatur, conſequitur, omnes uires humanas eſſe impuras. Nec aduerſarij ex epiſtola priore ad Corinth. triumphare poſſunt, quod ibidem ſemel Paulus ponat ψυχικὸν, id eſt animale rationis opus: ut Philoſophicas uirtutes. ibidem enim palàm eſt, damnari peccati τὸ ψυχικὸν. Idem 8. ad Romanos, apertius inquit, Non potuiſſe iuſtificationem legis impleri per carnem. Idem docet & cap. 3 poſterioris epiſtolæ ad Corinth. Itaq; uitandæ erunt rectè ſentientibus, impoſturæ pſeudoprophetarum, qui neq; intelligunt quid ſit peccatum, gratia, lex: neque quid Euangelium, Moſes, quid deniq; Chriſtus. Has tenebras pluſquàm Aegyptias relinquamus impiæ & execrabili turbæ: & ſufficiat pro Encomio huius loci, Chriſtiano ſatis eſſe ſcire, omnia Naturæ opera, omnes uirium humanarũ effectus & conatus eſſe peccata.

Vim & rationem peccati apertiſsimè demonſtrat lex ipſa, quæ & cognitio peccati dicitur. nam ſententia eſt, qua bona tum præcipiuntur, tum mala prohibentur. Hanc conſequitur ius, quæ eſt autoritas agendi ſecundum legem: qua de re cum multa ſint à ueteribus dicta, & alterius loci propriè hæc tractatio eſt, quæ ad Iuris encomium attinent, hic uolens prætereo, & in ſuum locum differo. Quæ autem Theologiæ encomium cõcernunt, hæc duntaxat breuiter percurrã. Porrò legum quoniam

aliæ

aliæ ſunt naturales, aliæ diuinæ, & aliæ humanæ: aduertendum eſt, de naturalibus legibus neque Theologos neque Iuriſconſultos dignum quid ſcripſiſſe. Naturales quippe leges, naturali ratiocinatione colliguntur. Quæ cum adeò ſit obcæcata, adeoq; capta, ut uix aliquid ea de cauſa adferri humana ratione poſsit (eſſe autem in nobis legem naturæ, Paulus 2. ad Romanos, eleganti & arguto enthymemate oſtendit, cum ſic ratiocinatur: Eſt in gentibus conſcientia, factum defendens uel accuſans, &c.) Eſt igitur lex. Quid enim aliud eſt cõſcientia, quàm facti noſtri iudicium, quod à lege aliqua aut communi formula petitur? Eſt itaq; lex naturæ, ſententia communis, ſeu quædam communia principia, ſiue κοιναὶ ἔννοιαι ἢ προλήψεις, cui omnes homines pariter aſſentimur: atque adeò quam Deus inſculpſit cuiuſq; animo, ad formandos mores accõmodata. licet eas rectè Cicero in libris de Legibus, Platonem imitatus, ex natura hominis deriuat, id tamen magis urbanè quàm exactè fieri cenſeo: alioquin pleraq; impia in eam diſputationem Ciceronis incidunt, præſertim quòd methodum potius & compendia rationis ſectetur (quod in uniuerſum fallax ſit humani captus iudicium) quàm diuinum præſcriptum. Neque tamen nego, leges naturæ mentibus humanis impreſſas eſſe: hoc eſt, earum cognitionem, concreatos habitus. non tamen concedo, inuentam à noſtris ingenijs: ſed potius inſitam nobis à Deo eam regulam, de moribus iudicandi.

Legum autem quæ propriè ad hominem pertinent, hæc ſunt potiſsima encomia: Deum colere: & quòd naſcamur in quandam uitæ ſocietatem, nemo lędendus eſt: quin imò poſcit humana ſocietas, ut omnibus rebus communiter utamur. Atq; hoc encomium Apoſtolus primo ad Romanos declarat, inquiens: Deum declaraſſe omnibus hominibus maieſtatem ſuam conditione & adminiſtratione uniuerſitatis mundi. Quare fugiendæ ſunt curioſæ atque impiæ diſputationes, & humani ſyllogiſmi, quibus colligunt eſſe Deum. non eſt enim rationi humanę tutum de tantis rebus argutari, prout ſuperius monui.

Et de communione rerum, quæ planè ex ratione ſocietatis humani generis oritur, iure gentium τὰ τῶν φίλων κοινὰ nuncupantur: quæ aliquanto cautius uel magno cum iudicio expendenda eſt. Non enim patitur humana cupiditas, ut omnibus communiter utamur, niſi ea lege, ne quis lædatur. Eatenus ſiquidem communicandæ ſunt res, quatenus permittit pax publica, & ſalus multitudinis. Quam ob cauſam inſtitutus eſt uſus communicationis, per contractus, emptionem, uenditionem, locationem, conductionem, &c.

Diuinæ leges uerò hæ nuncupantur, quæ per Scripturas Canonicas à Deo ſancitę ſunt, & tribus terminis comprehendũtur. nam aliæ ſunt Morales, quæ nimirum Decalogo præſcriptæ ſunt. Decalogum autem non intelligo de ſolis externis operibus, de conſilijs duntaxat & præceptis, more Scholaſticorum. non enim ſciri poteſt quid ſit diligere Deum, niſi ſpiritu docente: hoc eſt, niſi re ipſa ſpiritu inflammatus experiare, Quoniam ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate. Hinc deſcendunt non pauca de conſilijs, quæ obfuſcant uerum encomium Theologiæ: nempe cõſilia illa ex lege diuina pro arbitrio humano facta, hoc eſt, doctrina de quibuſdam quæ non exiguntur à Deo neceſſariò, ſed ſuadentur tantum, ut ſi cui libeat obtemperet, liberantq́; periculo eum qui non obtemperet: & recenſent omnia ea ferè inter cõſilia, quæ Matthæi quinto exiguntur, & inter præcepta numerantur, & quæ Apoſtolus 13. ad Rom. in legẽ refert. Sed nullibi in Euangelicis literis, quod ſciam, niſi unicum cõſilium de cœlibatu reperitur, de quo Chriſtus ait, Qui poteſt capere capiat: & Apoſtolus priore ad Corinth. 7. De uirginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiam cõſecutus à Domino, ut ſim fidelis: exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori, noli quærere ſolutionẽ: ſolutus es ab uxore, noli quærere uxorem, &c.

Hinc monachorum uota pullularunt: ſed quàm inſulſe & ineptè, res ipſa declarat. quod enim ad uoti rationem

attinet,

attinet, neq; præcipit neq; conſulit Scriptura, ut quippiã deuoueatur. Non enim probat Deus, niſi quæ præcipit uel conſulit. Nihil igitur apparet, quid'nam accedat pietati per uotum. Quod ſi Legem Moſaicam inſpicias, nõ exigebat uoueri quippiam, ſed permittebat. Euangelium uerò, ſiquidem libertas quædam eſt ſpiritus, prorſus ignorat uotorum ſeruitutem. Nec poſſum aſsignare aliam cauſam, cur recepta ſit uouendi conſuetudo, quàm ſolam ignorationem fidei & Euangelicæ libertatis. Itaque fugiendi ſunt ritus Scholaſticorum, qui cum fide & libertate ſpiritus pugnant: ut eſt opus è uoto factum, & præſtare operi quod citra uotum fit, quod nec exigitur, nec conſulitur. Vitandę quoq; ſunt paupertates illorum, cœlibatus atq; obedientia: non quòd cœlibatus non ſit conſilium, ſed quòd in tot hominum millibus res adeò anceps & periculoſa ſit. Id facile conſtat uel ex ueteribus heremitis, qui hiſtorijs proditi ſunt paucíſsimi admodum, qui fœliciter cum carne dimicarint: cum tamen ſedulò emacerarent corpora fame & ſiti, eſſentq; aduerſus inſidias dæmonis diuinarum literarum cognitione munitíſsimi. Nos quomodo uincemus in tanto luxu, in altíſsimo ocio, adeò inermes, adeoq; ignari ſacrarum literarum & Euangelij? Quo niſi ſis inſtructíſsimus, infœliciter cum Satana congrediere. Sed ſucceſſus docet, quàm prudenter uoueamus, qualem deinde paupertatem profiteamur. Euangelij paupertas eſt in dando, ut eſt illud in Euangelio: Vade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c. Dando enim uolebat Chriſtus eum eſſe pauperem. Nunc uerò paupertatem illam uocamus, non quæ dat, ſed quæ accipit. unde manifeſtum eſt, quàm conformis ſit monachorum paupertas, ad paupertatem Euangelij. Non eſt Euangelica paupertas, nihil poſsidere: ſed ita poſsidere, ut alienæ rei procuratorem te agere cenſeas, non tuæ. Id quod docet Paulus ad Epheſios cap. 4. Magis autem laboret, operando manibus ſuis quod bonũ eſt, ut habeat unde tribuat neceſsitatem patienti. Hîc, an illa mendicitas probetur, & ocioſa uita, Lector candidus non difficulter iudicabit.

His & obedientia annectitur, quæ ſi eſt perfectio aliqua peculiaris in inſtituto monaſtico, certè obruet encomium ueræ obedientiæ. Hanc enim ſinguli parentibus, præceptoribus, ipſisque Magiſtratibus iure diuino debemus. Sed hac de re in Chorea monachorũ fuſius tractatũ eſt: quo fit, ut de Monachis hæc obiter dixiſſe ſufficiat. Pari ratione de iudicialibus legibus, utpote de iudicijs, pœnis, adeoque de forenſibus cauſis: ſiquidem in literis diuinis populo Iudaico proditæ ſunt. nã hoc genus leges ignorant Euangelicæ literæ, quoniam uindictæ Chriſtiano populo prohibitæ ſunt, ut priore ad Corinthios 6 Apoſtolus docet. Similiter & ceremoniales ritus ſacrificiorum, de dierum diſcrimine, de ueſtibus, de uictimis, et cęteris huius generis proditi ſunt, in quibus haud dubiè adumbrata ſunt myſteria Euangelij, ut docet epiſtola ad Hebræos, & loci aliquot ad Corinthios: deinde prophetarum literæ, ubi ferè typi legis allegoricõs ad Euangelica myſteria accommodata ſunt. Et ut obiter dicam, allegoriæ quidem requirendæ ſunt in hoc genere, ſed prudenter. nam et hic plus quàm pueriliter ineptiunt ſæpe etiam magni autores. Cæterùm de legibus humanis ſuo loco dicetur. Illud hic monuiſſe ſufficiat, quòd ius Pontificium, et Concilia, imò & uniuerſa quidem Eccleſia nihil habet poteſtatis de fide mutandi aut ſtatuendi, quin potius ſimpliciter ad præſcriptum ſacrarum literarum exigendi ſunt articuli fidei: nec habendum eſt pro articulo fidei, quod citra Scripturam proditum eſt. Id teſtatur epiſtola ad Galatas, ad Timoth. Theſſalonic. & Apocalypſis, & multi alij loci tam Prophetarum quàm Apoſtolorum, ubi apertè præcipitur ſub pœna anathematis, ne quid aut addatur, aut auferatur. Quod ubi obſeruatum fuerit, encomium Euangelij in populo Chriſtiano uigebit, Euchariſtia rectè adminiſtrabitur, Miſſæ abuſus ad priſtinum ſtatum & ad Apoſtolicam inſtitutionem redibit: id eſt, ad pium & ſyncerum uſum commemorationis, non redemptionis, quæ ſolius Chriſti eſt: redibunt deinde omnia ad uerum & priſtinum ſtatum, & Iezabellæ fucus auferetur, & Euangelij ac Gra-

tiæ lux in cordibus humanis continebitur.

Quemadmodum peccati ratio non intelligitur niſi ex legum formulis, ita nec gratiæ uis ſeu encomium niſi ex Euangelij deſcriptione cognoſci poteſt. Quare de hominis inſtauratione ſeu benedictione ſermocinanti, in primis conſiderandæ ſunt duæ in uniuerſum ſcripturæ partes, Lex & Euangelium. Lex peccatum oſtendit, Euangelium gratiam: Lex morbum indicat, Euangelium remedium: Lex mortis miniſtra eſt, Euangelium uitę ac pacis: Lex uirtus peccati eſt, Euangelium uirtus ſalutis omni credenti. Id uerò ita intelligendum eſſe conſeo, ut nō legem ueteri duntaxat Teſtamento, & Euangelium in nouo contineri arbitrer: ſed ſparſam eſſe Euangelij rationem, ſparſas quoq; promiſsiones in omnes libros ueteris ac noui Teſtamēti. Rurſum leges etiam ſparſæ ſunt in omnia tum ueteris tum noui Teſtamēti uolumina, ſicut D. Philippus præclarè & abundè ſatis docet. Euangelium ergo eſt, promiſsio gratiæ: ſicut lex eſt, qua recta mandantur, atq; peccatum oſtenditur. Eſt inquam Euangelium promiſsio miſericordiæ Dei, cōdonatio peccati, & teſtimonium beneuolentiæ Dei erga nos, quo teſtimonio certi animi noſtri de beneuolentia Dei, credant ſibi condonatam omnem culpam, & erecti ament ac laudent Deum, exhilarentur & exultent in Deo. Quarum quidem promiſsionum omniū unicum pignus eſt Chriſtus, in quem referēdæ ſunt omnes Scripturę promiſsiones: qui obſcurè primùm, poſtea clarius reuelatus eſt. Et prima quidem promiſsio eſt primum Euangelium, quo ſubleuatus Adam concepit certam ſuę ſalutis ſpem, & iuſtificatus eſt. Deinde facta eſt promiſsio Abrahę. quemadmodum enim Adæ promiſſum erat ſemen, quod conculcaret caput ſerpentis: ſic & Abrahæ, ut in ipſius ſemine benedicantur omnes gentes. Hæ ſanè promiſsiones nihil aliud ſunt quàm Euangelium. Deuter. 18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui: & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exiſtā.

Idem promittitur Dauidi in ſecundo uolumine Hiſtoriæ Regum, capite ſeptimo: Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius, ipſe ædificabit domum nomine meo, & ſtabiliam thronum regni eius uſq; in ſempiternum. Ob quam etiam promiſsionem filius Dauid, Chriſtus appellatur à Prophetis. Hac ratione reuelauit Deus Euangelium ſtatim poſt Adæ lapſum, & ſubinde clarius aperuit, donec exhibuit Chriſtum. Id eſt quod ſcribit Paulus ad Romanos primo: In Euangelium filij ſui, quod iam antè promiſit per Prophetas in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo. Idem Euangeliſtæ agunt. nam teſtantur exhibitas eſſe promiſſiones: quo fit, ut Matthæus à generatione IESV Chriſti librum exorſus ſit. Eſt ergo Euangelium promiſſio gratiæ, benedictionis & beneuolentiæ Dei per Chriſtum, qui legem ſolus expoſuit, ſine qua gratia prædicari non poteſt.

Vis autem legis conſiſtit in uirtute iræ, peccati, ſceptro exactoris, fulmine, tonitru, ratione humana, emendatione uitiorum, & doctrina uiuendi. Hinc expenduntur alij, qui legem carnaliter intelligunt, nec ſentiunt exigere impoſsibilia: cæci, qui nec peccatum nec legem, nec iuſticiam uident. tales ſunt hypocritæ & ſophiſtæ omnium ſeculorum, quorum iuſticiam uocat Paulus ex operibus legis. hi ad uirtutem legis nihil encomij adferunt. Alij ſunt, qui encomia legis ſeruant, ad quos hæ ſententiæ, Lex uirtus peccati, Virtus iræ, &c. pertinent: quibus legem Deus reuelat, afficitq; corda, & quos ſenſu peccati ſui terret Deus, & confundit. atque hi ſunt demum, in quibus per legem Deus operatur, ut Pſalmo 75. 96. & Zachariæ 3. Eſaiæ 11. Abacuc 3. & in alijs quàm pluribus diſſeritur locis, præſertim autem capite ſeptimo ad Romanos, ubi de ui legis diligentiſsimè diſſerit Apoſtolus: Peccatum non cognoui, niſi per legem. nam concupiſcentiam eſſe peccatum neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Idem capite 3. Per legem cognitio peccati, &c. Priore ad Corinthios: Aculeus mortis peccatum, potentia uerò peccati lex. Capite 3. ad Galatas, &c.

Hinc

Hinc manifeſtum eſt, in iuſtificandis peccatoribus primum hoc opus Dei eſſe, reuelare peccatum noſtrum, confundere conſcientiam noſtram, pauefacere, terrere, breuiter damnare. ut Ieremiæ cap. 16. inquit: Prauum & inſcrutabile eſſe cor hominis. & Paulus ait: Ego per legẽ, legi ſum mortuus.

Vis Euangelij conſiſtit in illis, quos conſcientia ad eum modum terruit. Et qui haud dubiè ad deſperationem adigerentur, ſicut in damnatis licet uidere, niſi promiſsione gratiæ & miſericordiæ Dei ſubleuarentur & erigerentur. ubi ſi credat afflicta conſcientia promiſsioni gratiæ in Chriſto, fide reſuſcitatur & uiuificatur. Quod patet ex Geneſis capite tertio, ubi peccatum, pœnitentia & iuſtificatio Adæ deſcribitur. Patet item Lucæ 5. 7. & 15, ubi confitentem delictum ſuum, pater quàm amanter excipit, complectitur & oſculatur. Sic ergo erecti uoce Euangelij, iam iuſtificati ſumus, iam celebramus uerum encomium & laudes Deo patri, qui natiuitate ſui filij nos de Diabolica liberauit poteſtate: cui meritò canamus illud angelicum, Gloria in excelſis, &c.

Cæterùm gratiæ & iuſtificationis formulis quoniam Euangelij ratio plenius cognoſcitur (nam eſt promiſsio gratiæ & iuſticiæ) conſiderandum eſt, quæ gratiæ & iuſtificationis encomia ſint. atque in primis reijciendi ſunt Scholaſtici, qui ſacroſancto uocabulo Gratiæ tam fœdè abuſi ſunt, dum eam pro qualitate quæ ſit in animis ſanctorum uſurpant: imò alij ipſam qualitatem, gratiam in animæ natura poſuerunt: fidem uerò, ſpem & charitatem, in potentijs animæ. At nos precabimur, ut Euangelium Chriſti cordibus noſtris reueletur per ſpiritũ Dei. non enim poteſt doceri uerbum ſpiritus, niſi per ſpiritum. id quod Eſaias ait, Omnes fore θεοδιδάκτους. Gratia enim non aliud eſt, ſi exactiſsimè deſcribenda ſit, niſi Dei beneuolẽtia erga nos, ſeu uoluntas Dei, miſerta noſtri. Ideo Paulus ad Rom. 5. diſtinguit à gratia donum, inquiens: Si unius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia, ea quæ eſt unius hominis

minis IESV Chriſti, in multos exundauit. Vnde patet, gratiam dici ſimpliciter fanorem, miſericordiam, & gratuitam beneuolentiam Dei erga nos. Donum uerò eſt ipſe Spiritus ſanctus, quem in eorum corda effundit, quorum eſt miſertus. Iuſtificamur igitur, cum mortificati per legem, reſuſcitamur uerbo gratiæ, quæ in Chriſto promiſſa eſt, ſeu Euangelio condonante peccata: & illi fide adhæremus, nihil dubitantes, quin Chriſti iuſticia ſit noſtra iuſticia, quin Chriſti ſatisfactio ſit expiatio noſtri, quin Chriſti reſurrectio noſtra ſit: nihil inquam dubitantes, quin peccata nobis condonata ſint, ac iam faueat ac bene nobis uelit Deus. Quo fit, ut nihil operum noſtrorum, quantumuis bona aut uideātur aut ſint, iuſticia ſint: ſed ſola fides de miſericordia & gratia Dei in IESV Chriſto, iuſticia eſt, ſicut patet ex Prophetis & Apoſtolis. Eſt autem fides non aliud, niſi fiducia miſericordiæ diuinæ, promiſſæ in Chriſto, quæ pacificat & accendit, uelut gratiam acturos Deo pro miſericordia, ut legem ſponte & hilariter faciamus. Alioqui, quoad non credimus, non eſt in corde ſenſus miſericordiæ Dei. Vbi autem non eſt ſenſus miſericordiæ Dei, ibi eſt aut contemptus Dei, aut odium. Quare quantacunq; legis opera fiant ſine fide, peccatur. Sicut Paulus ad Romanos teſtatur: Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. Vna ergo fides eſt, quæ omnibus uerbis Dei credit. neq; enim ſentio, promiſsionibus corporalibus credere ex corde niſi iuſtos, & corporalium rerum promiſsione miſericordiam ſuam declaraſſe Deum. Quod uel definitio Apoſtoli patefacit, inquientis: Fides eſt ſperandarum rerum hypoſtaſis. Hic aufertur tota illa hiſtorica fides, & uulgaris opinio, quæ etiam Gentibus & Saracænis perſuaſa erat, ac cognitio potentiæ & bonitatis ab opere creationis collecta retinetur: qua equidem fide & Petrus & Paulus potentiam, bonitatem & miſericordiam Dei intellexerunt, & crediderunt Chriſtum pro ſe uictimam & ſatisfactionem fuiſſe. Ea fide Abel potiorem hoſtiam quàm Cain obtulit. ea fide Enoch translatus eſt, ne uideret mortem. ea fide Noe, reſponſo accepto, metuens ea quæ nondum uidebantur,

bantur, parauit arcam ad ſalutem domus ſuæ. ea fide appellatus Abraham, obediјt, ut in locum exiret quem accepturus erat in hæreditatem, & exiјt neſciens quò iret. ea fide & Sara uim accepit ad concipiendum, retinendumq́ꝫ ſemen. ea denique fide Iſaac patris imperio & uoluntati diuinæ, nihil cunctatus, obſequutus eſt, ac benedixit Iacob & Eſau: nec non Iacob filios Ioſeph, quanquam iam exules, nihil tamen dubitans redituros in Cananæam, eſſeq́ꝫ maximarum gentium primordia. Et multæ ſunt autoritates Scripturæ in eam ſententiam. Vnde luce meridiana clarius eſt, non aliquod diſcrimen promiſsionum diuinarum, ſed ſimpliciter uerbum fidei eſſe promiſsionem miſericordiæ & gratiæ Dei. ſiue enim de rebus æternis, ſiue de rebus temporalibus agatur, omnes promiſsiones ſunt directæ in Chriſtum: & qui manifeſtè reuelato Euangelio in Chriſto credunt, in eo omnes corporales benedictiones habēt. Nam ſi proprio filio Deus non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum: quomodo nō omnia cum eo donarit? Summa: omnia habet, omnia poteſt, qui Chriſtum habet. Hic iuſticia, pax, uita & ſalus eſt. Sed hac de re ſuperius in Epheſia diſputatione ex profeſſo tractatum eſt.

Breuiter, encomium legis & Euangeliј conſiſtit in faciendis & omittendis, & finaliter ac potiſsimum in promiſsione gratiæ Dei. Lex impoſsibilia exigit, amorem Dei & proximi: Legi nemo ſatisfacere poteſt: Nec legis opus iuſtificat, ſed tantummodo oſtendit peccatum, & confundit conſcientias. quibus confuſis per legem, Euangelium oſtendit Chriſtum cum Ioanne: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, hac patefactione fides per gratiam & miſericordiam Dei accipitur, ideoq́ꝫ ſola fides iuſtificat: & meritorum noſtrorum ac operum nullus planè reſpectus eſt, ſed ſolorum meritorum Chriſti. atq́ꝫ fides eſt quæ pacificat cor, & exhilarat, & redamare facit Deum, pudorem in nobis excitat, quòd ſe tam benignum tamq́ꝫ liberalem oſtenderit pater. efficit quoque fides, ut abominemur carnem noſtram cum concupiſcen

tijs ſuis: patefacit item, humanam rationem nec timere Deum, nec credere ei, ſed eſſe prorſus ignorantem Dei, & contemptricem, ad ſua potius conſilia & ad ſuas cupiditates deflectentem, quæ ſeſe ſibi pro Deo erigit, ac bonitatem Dei odit uelut carnificem. Cor igitur humanum Deus per Euangelium oſtenſo Chriſto erigit & conſolatur: atq; tum demum id cognoſcit Deum. nam & potentiam & bonitatem eius cognoſcit, & Euangelio credit, ac fidit Deo, ipſumq; timet, & tum primum humani cordis conſilia abominatur. Aptiſsimè ergo dixit in Actis Petrus, Fide purificari corda. nam fide recipimus condonationem peccatorum per Chriſtum & Euangelium promiſsionis atq; gratiæ, ex qua omnes corporales benedictiones pendent. Credit igitur uerè, & encomiũ fidei celebrat, qui præter minas etiam Euangelio credit, qui uultum in miſericordiam Dei ſeu Chriſtum, pignus miſericordiæ diuinæ, defigit.

Ex ijs facilè colligi poteſt diſcrimen ueteris ac noui Teſtamenti, in quo miſerè laborant Scholæ: cum Vetus teſtamentum uocant, legem quandam quæ externa tantum opera exigat: Nouum uerò, quæ præter externa opera etiam affectus exigat. Eſt ergo Vetus teſtamentum, promiſsio rerum corporalium, coniuncta cum exactione legis: Nouum autem teſtamentum non eſt aliud, niſi bonorum omnium promiſsio citra legem, nullo iuſticiarum noſtrarum reſpectu. Liberi enim ſumus per fidem ab uniuerſa lege. ſed eadem fides ille ipſe ſpiritus CHRISTI, quem concepimus, reliquias peccati in carne mortificat: non quòd exigat lex, ſed quòd illa ipſa ſit ſpiritus natura, ut non poſsit non mortificare carnem. Atq; hoc eſt quod ait Paulus: Nihil non damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto IESV. Quod autem leges præſcribantur fidelibus, fit eò, ut per eas ſpiritus mortificet carnem: nondum enim in nobis conſummata libertas eſt, ſed uindicatur, dum & augeſcit ſpiritus, & necatur caro. Eſt ergo Decalogi uſus in mortificanda carne, cæremonialium uerò legum aut iudicialium non item. Cæ-

remonias

remonias enim & externas obſeruationes pro tempore conſtituit ſpiritus.

Verumenimuerò cum libertas nondum conſummata ſit, etiam ſanctificatio nondum in nobis conſummata eſt. ſiquidem cœpimus ſpiritu Dei ſanctificari, ſanctificamurq́;, dum caro illa prorſus enecetur. Ita fit, ut duplex ſit Sanctorum natura, ſpiritus & caro, nouus homo & uetus, interior homo & exterior cum carne. non enim corpus tantum, ſed totum planè hominem ψυχικόν Paulus uocat. Spiritus uerò eſt, cùm ipſe Spiritus ſanctus, tum eius in nobis agitatio. Hinc eſt, ut ad promiſsionem gratiæ, quæ eſt Euangelium, ſummopere ſigna requirantur, quibus commonefieri debeant fideles miſericordiæ & beneficiorum Dei. Horum duo ſunt à Chriſto in Euangelio inſtituta, Baptiſmus, et participatio menſæ Domini. atq; hæc ideo ſigna eſſe iudicamus, quia ſunt ſigna gratiæ Dei, diuinitus tradita. hæc uoluntatis diuinæ ſigna erga nos nec inſtituere homines poſſumus, nec ad uoluntatem diuinam ſignificandam ea ſigna referre, quę aliò ſcriptura retulit. Quo fit, ut execrandæ ſint Sophiſtarum nugæ & figmenta, qui inter ſacramenta referre ea conati ſunt, quorum ne uerbo quidem Scriptura meminiſſet. & potiſsimum ridendum eſt, quòd cum ſignis iuſtificationem tribuant, nedum peregrina ſigna effinxerunt, uerumetiam ſigna diuinitùs tradita pro ſuo arbitrio contaminarunt: ſicut patet ex prolixis quorundam ſcriptis, quæ ideo prætereo, quòd ſatis agitata ab alijs fuerint: & quòd noſtri propoſiti ſit, encomia tantũ ſcientiarum tractare. Cum igitur magni ponderis fideles cognouerint eſſe ſigna diuinitus inſtituta, & quæ meritò celebrari debeant, & Theologiæ facultatem non modò ornent, uerumetiam ad eam neceſſariò requirantur: mune re noſtro ita demum nos functos eſſe arbitabimur. Encomium ergo totius Theologiæ primùm in eo cõſiſtit, ut ſcandalum procul abſit, & ſic diſſeratur in rebus diuinis, ne uideatur quis ſtatuere alterum, ut alterum auferat. Fidem ergo & char.tatem regulas eſſe omnium functio-

num humanarum, ſed in his fidem potiorem aſſerimus. Sic ſcandalum, ipſa nempe offenſio qua in proximo aut fides aut charitas læditur, facilè euitabitur. Quapropter ſic debet in ſacris literis quis uerſari, ne ab his diuerſum quid doceat. confeſtim enim fides proximi offenditur, & ſcandalum committitur. Talis autem eſt tota doctrina Scholaſtica, quæ ſatisfactiones atque opera liberi arbitrij probans, obſcurauit gratiam: dum de rebus ſacris ſuas conſtitutiones docuerunt, ueritatem polluendo ſimul cum pietate, proponendo noua dogmata, & adferendo peregrinas conſcientiarum torturas, iactitando ſanctimoniam uitę, et operum magnitudinem, atque ſuperbam, ambitioſam & tyrannicam templi pręfecturam: dum inquam circa opera occupati, & animos dementarunt hominum, & corpora eorum conſumpſerunt. Manifeſtum enim eſt, adeò abuſos fuiſſe pijs inſtitutionibus Patrum, ut & lapides uiſi fuiſſent contradicturi, niſi ſumma miſericordia Dei nobis ſubueniſſet, & excitauiſſet pios homines, per quos ueluti inſtrumenta repugnaret & confunderet graſſantem illam undique, atque ex terra ortam Beſtiam. Quis obſecro eſt qui Aureolum, Guidonem Carmelitam, Durandellos, Robertum Olchot, Ochamyſtas, Thomiſtas & Scotiſtas, quis inquam eſt qui hæc portenta ignoret, ac eorum doctrinam de elemoſynis, quas ad profuſiones, non ad pium uſum contulerunt: & quod maius eſt, non ſolius Dei, ſed diuorum quoque nomine: nec gratuitò, ſed merendi cauſa, largiendas exiſtimant? Nec minus ij ſunt execrandi, qui oblationes non in pauperum ſeu docentium uſum, ſed uel in diuorum, uel in reliquiarum cultum, uel in ſacrificulorum ſuſtentationem, idque promerendi quoque cauſa, conferendas docēt. Huius generis ſunt Eckhius, Cochlæus, & ante iſtos Thomas Anglicus, Herueus Brito, & Gotfredus de fontibus: qui mordicus cum Romano hoc monſtro, pro hoc pane & oleo mundano, pro hac pelle uulpina decertant. Verùm non ego iſtis magiſtris hęc exprobro: optarem enim, ut ipſum potius Bernardum legerent,

&

& audirent, ac obtemperarent iuſsis & monitis ipſius. Fieret enim tum demum, ut ſecus de hoc oblationum genere, quod & Prophetæ & Apoſtoli præter reliquos ſanctos acerrimè impugnant, ſentiendum eſſe putarent. Sunt alij, qui non ob redemptionis uirtutem, pro compenſanda iniuria, aut facienda reſtitutione, ſed coemendis præteritorum ſatisfactionibus, & futurorum indulgentijs conſulunt. Eius generis fuit Ludoicus Heremita, Petrus de Aliacho, Rogerius Bachon, Victorinus Pictauienſis, Papias Hieropolitanus, & Ioannes Meinarchus: qui pertinaciter defendebant, idem eſſe emere præteritorum ſatisfactiones, quod compenſare iniuriam: idem deniq; indulgentijs futurorum conſulere, quod reſtitutionem facere. Sunt quoque alij, qui legationes ſubeunt pro commodandis meritis, precibus, ſacrificijs, & reſtinguendo ficto Purgatorio: cum tamen aut pro continuanda miniſtrorum, aut pauperum cura ſuſcipere easdeberent. Huiuſmodi erant, Aliacenſis, Phauorinus, Angelus Mantuanus, ipſe quoque Thomas Malphitenſis, ex quibus prodijt illud inſigne monſtrum, tot miſsificationum. Et quod ad corporis moleſtationes attinet, tota Papiſtarum turba, præſertim in ieiunio ſic eſt occupata, ut non ipſam moderationem, ſed potius Phariſaicum delectum, & non tam mortificationem quàm externam cohibitionem, tamq; ſtrictam, non obſequij tantum, ſed & conſcientiæ cauſa, retinendam ſuadeant. Qui & oratione ſolum Deum eſſe inuocandum nequaquam conſentiunt, neque uerum modum inuocandi tradunt: ſiquidem & ſanctos adeunt, & loco, tempore, ſono, numero, geſtu, non promiſsione, fide, ſpiritu, puritate ſuas preces ponderant. Quin potius in peregrinationibus quoque, non ut fratres uiſitent, ſed ut Mercuriales illas ſtatuas honorent, deq; demerendis ſanctis ac expianda noxa cogitant. Simile eſt illud, quod monachi de cœlibatu nugantur, neque doni raritatem, neque mutabilitatem, neque uerum finem, & ſæpenumero modum quoque

ipſum non æſtimant. iactant enim non ratione aptitudinis, ſed meriti: & quos ſemel obſtrinxerunt (ſicut cunctos ſacerdotes obſtringunt) eos perpetuò ſtrictos tenent. modum uerò magis in deuitando matrimonio, quàm cætera conſuetudine collocant. Sic patet (quod ad animi conformationem ſpectat) non ad CHRISTI, ſed uel ad nudæ maieſtatis, uel ad beatorum contemplationem, uel ad fictam obligationem homines alligant. Quis obſecro hæc impia & execranda non aſſerat? Et quis monaſticam & mancipatam his operibus deuotionem non deuoueat? Sanè quotquot hiſce dementatis & ſtultis traditionibus ludunt, Deo ſimul patri, & ſeruatori IESV CHRISTO, & Spiritui ſancto indigniſsimam faciunt contumeliam. An hæc portenta non committant ſcandalum, dum legem Dei partim eleuant, partim planè auferunt: dum & plures formant, & perfectiores clamitant, ac aduerſas planè ſanciunt, & ſibi neminem aduerſari uolunt? De hoc genere CHRISTVS loquitur Matthæi decimooctauo: Qui ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, ſatius fuerat eum mola aſinaria de collo ſuſpenſa demerſum eſſe, &c. Siquidem charitas læditur, ſi quis egentem non adiuuat, & interturbat publicam pacem.

Contendamus igitur, lector humaniſsime, & encomium potius cum timore Domini & ſincero affectu ſacroſanctæ Theologiæ celebremus: ac Dei maieſtatem ueneremur, & ſapientiam eius, atque bonitatem: & ueritatem ipſam amanter & colamus, & obſeruemus. Ac in ijs quæ exiguntur iure diuino, nullo reſpectu ſcandali, iuri diuino obſecundari oportet: fidem charitati præferendo ea ratione, qua obedientiam Dei anteferimus obedientiæ hominum. & cum Daniele, qui fugiebat auream ſtatuam adorare, non pareamus impijs Principibus, damnantibus Euangelium: ſinamus eos, nec aliquo eis conſortio iungamur, qui potentiam Dei notant. Fugiamus quoque hoſce Antichriſtos,

qui

qui CHRISTO ſeruatori noſtro nequaquam parcunt: imò ſolidiſsimum eius auguſtiſsimumq́ meritum, quaſi aut imperfectum, aut ludicra ratione partum ſit, opuſculis ſuis partim adimpleri, partim etiam ſuperari iactitant. Quid enim ſibi obſecro aliud uolunt, quòd CHRISTO impetrati aditus, & impetrandi ſibi gradus gloriam uendicant? Certè iſta ſunt fugienda, & omnino deteſtanda. nam etiam in his quæ ſunt iuris humani, aut media, ut cœlibatus, abſtinere à carnibus, non obligat traditio humana in caſu neceſsitatis: quippe & CHRISTVS de diuina lege, Matthæi undecimo, in cauſa neceſsitatis diſpenſat. Qui uerò hanc ſententiam mordicus impugnant, regnum CHRISTI, tanquam non in æternum, neque in iuſticia & gaudio ſitum, extirpant: quin potius uiliſsimis rebus, utpote amictu, cibo, potu, murmure, quibus ne mundana quidem conſtent, æſtimant: ac coram Phariſæis & gentibus, ſuarum traditionum obſeruationem neceſſariã eſſe ad ſalutem contendunt, nullo reſpectu ſcandali uiolantur. Fecit hoc in iure diuino Paulus, cum Titum circumcidere nollet. multo igitur magis id licebit in ſtultis traditionibus Papiſticis, qui templum eius uiolant, & ſceleratè polluũt, ac magiſterium eius arroganter corrigunt. ſiquidem & ſcientias uerè liberas non gentili, non Iudaica, non ſceleſti, ſed confuſa potius, & planè Diabolica etiam ſeruitute ſubigunt: & pietatem cenſent in externis ritibus & ab homine cõſtitutis hærere. Breuiter, in totam ſimul trinitatẽ contumelioſi ſunt. nam & ſacros Dei cultus uocant, qui neq; patris iuſſu, neque filij fide, neq; ſpiritus ſancti ductu conſtant, ſed priuato faſtu atq; motu fiunt. Docendi ergo ſunt, quòd libertatis gratia uiolare liceat traditiones humanas: ut intelligant imperiti, non peccari, etiamſi quid contra traditiones hominum admittant. In ea ſententia eſt & Aquinas loco ſuperius citato. Planè enim in tali caſu reprehendit Petrum Paulus, quòd ceſſerat imperitis, leges ſtultè obſeruantibus & ignaris libertatis Euangelicæ. Execrandi igitur ſunt prorſus Sophi-

ſtæ,

ſtæ, cum operoſo iſto genere: & audienda potius lex Dei, & imitandus Chriſtus, & ſequendus ſpiritus: quo mediante, faciendum eſt charitatis officium, & ſeruiendum traditionibus. tales enim traditiones nihil admittunt contra ius diuinum. Sic Paulus in Actis, Ieroſolymis raſus eſt: cum in tanta multitudine pauci admodum eſſent, qui libertatem Euangelicam intelligerent. & hic idem Paulus perpetuò mauult carnibus abſtinere, quàm fratris animam perdere. Et Romanorum 14. iubet infirmum in fide ſuſcipere. Sed dæmoniorum doctrinis nulla ratione parêre, & conſcientiam peccato onerare, Scriptura permittit. Quare laborandum eſt ſedulò ac diligenter, ut neque Dei cultum, neque quæ diſciplinæ ſunt diuinæ, quicquam perdamus: aut per aſſuefactionem domi aut foris, per ordinem ac ædificationem negligamus. Quod fiet, cum unicum caput noſtrũ Chriſtum IESVM ſequuti fuerimus: cui ſit laus & gloria in infinita ſecula.

¶ Sequitur nunc Encomij ea pars, quæ circa leges humanas uerſatur: quæ nihil aliud eſt, quàm legis & inſtitutionum ciuilium cultura, ex qua tota ſocietas humani generis, & ſimilitudo tam morum quàm animorum pendet, atq; efferos & indomitos ad uirtutem & humani uinculi amorem componit: deinde peregrinos affectus & ab humanitate alienos arcet, & cupiditatem ad res præclaras gerendas ſuppeditat, incitat & magnopere delectat, adeò ut & uitam & dolores animi poſtponat, atque idoneum & aptum ad bene beateq; uiuendum reddat huic ſtudio addictum. Nec puto quicquam in uita hac mortali præſtantius eſſe concordia ipſa, qua res minimæ creſcunt, ſicut diſcordia maximæ etiam dilabuntur. Hæc eſt profectò, quæ tranquillitatem & pacem inter proximos conſeruat, ac maiorum noſtrorum inſtitutiones retinet: quibus ſtultum & temerarium genus hominum à tot tantiſq; periculis, & à tam uarijs ſceleribus arcetur. aliàs non eſt dubium, quin magna præclariſſimarum actionum immineret ruina, & naturæ humanæ fœditas.

Putarem

Putarem autem omnino humanum genus beſtiarũ mo-
re iamdudum & uitam degere, ſicut in pluribus diſſolu-
tis patet, niſi Principum & Magiſtratuum celeberrimæ
conſtitutiones extarent: imò, ut rectè Vlpianus dicit, na-
turam cauillationis, quam ſophiſma appellauerunt, imi-
tarentur, & ab euidenter ueris per breuiſsimas mutatio-
nes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt traheretur,
adeoq; ineſſet hominib. (ad quam & natura proni ſunt)
ut uix diſcernere hanc ipſam à ueritate ualerent: taceo
quòd ipſam falſitatem mordicus ueritatem aſſerãt. Itaq;
conſulto iuriſprudentiæ encomium ornandũ eſt, partim
ut conſtet pijs, & ad uirtutem conſequendam nitẽtibus,
huius facultatis honeſtas & utilitas, ſine qua homines in-
ſtar brutorum animaliũ uiuere neceſſe eſt: partim ut ex-
citem arcanum igniculum, inſitum humanis mentibus,
ad eam ſummo ſtudio & uiribus proſequẽdam & colen-
dã, à qua (proh dolor) iam plurimos abhorrere, & pluſ-
quam Vatiniano eam odio extremaq; iniuria proſequi,
neq; ſecus atq; Sireneos ſcopulos uitare, uidemus. Non
igitur abſq; emolumento huius diuinæ facultatis laudes
& utilitas adferenda eſt.

Rectè diuus Iuſtinianus Imp. Triboniano, Theophi-
lo & Dorotheo, uiris illuſtribus, mandauit, ut Inſtitutio-
nes legum, quas populo tuliſſet, in ordinẽ redigerẽt, pro
faciliori captu & eruditione iuuenibus conſequẽda, pro
grauitate & maieſtate Imperatoria ac honeſtate amplifi-
canda, qua in primis autoritate polleret, ad utilitatem &
decorum perquam neceſſaria, deniq; ut exemplo ſuis eſ-
ſet ad bene beateq; uiuendum. Non enim ſolum Impera
torem arma ipſa decent, uerumetiam leges, quibus belli
paciſq; tempore Reſpub. rectè gubernetur. Effectus e-
nim plus ſatis declarat, quãtis uigilijs & ſudorib. Impera-
tor ſeſe circa arma habere debeat, dum & Barbaricæ gen
tes ſub iuga imperatoria ſe redactas cognoſcerẽt. Africa
quoq; ipſa, aliȩq; innumerȩ prouincię, poſt plurima tẽpo
rũ ſpacia imperatorijs uictorijs à cœleſti numine præſti-
tis, ditioni & imperio Romano proteſtãtur, quæ omnes
populi Ro. legib. tã promulgatis quàm cõpoſitis regun-

tur. Iurè profectò perplexa iam iura, & cõfuſa tot ſeculis, à pio Imp. Iuſtiniano in ordinem redacta ſunt, quibus ueluti diuina regula humanæ mentes & intentiones ac diuerſi conceptus regerentur, & in officio retinerentur. Adeò fuit cura extenſa ad immenſa ueteris prudentiæ uolumina, ut opus deſperatũ ab ijſdem, quaſi per medium profundũ euntibus, cœleſti fauore adimpleretur. Quod ut cum fructu & emolumento reipub. fieret, ordine libri Inſtitutionum quatuor capitibus prudẽter inſtituti ſunt: quibus innoteſcerent, quæ uetuſtiſsimi quiq; uſu recepe rant: tunc id pro cõmoditate noſtra Imperatores conſtituerunt. In primis enim pius Imp. cum eas legeret ac recognoſceret, plenũ deinde robur eis accõmodauit, hortando & ſedulò cõmonefaciendo, quo alacri indefeſſoq; ſtudio huic diſciplinæ incũberetur, unde uberrimos fructus Rempub. accepturam oſtendit: ac ſpem pulcherrimam fouet, dum totum legitimumq; opus perfectũ eſſe tradit. Quo fit, ut rectè Vlpianus, mutuum factũ & obligatorium declarans, dicat, lege obuenire nedum hęreditatem, uerũetiam ea quę ex teſtamento deferuntur, quod lege 12. Tabularũ teſtamentariæ hæreditates confirmentur. Calliſtratus idem peroptimè declarat, dum ſagacem naturam & prolificam, boni finis matrem eſſe nuncupat: oſtendere uolens, in natura omnium pulcherrimum eſſe, ut inſtitutione moderentur animi, atq; impellantur ipſa ſola duce, ad rerum optimarum & ſalubriũ cupiditatem. Non quoq; ineptè Caſtrenſis, de iure & iuſticia differẽs, eam iuſticiam uniuerſalem eſſe definit, quę ſit omnis uirtutis & honeſtæ actionis domina, à natura uelut igniculus humanis mentibus inſita: quia nihil quod arduum, nihil quod honeſtum aut utile eſſe poſsit, citra huius iuſticiæ conſiliũ fieri deberet. Hæc enim unica eſt, quę diſcrimen iuriſprudentiæ & iuſticiæ non modò cõmemorat, uerumetiam ſolidè & perfectè tradit, dum (ut inquit Iuſtinianus) Iuſticia ſit conſtans & perpetua uoluntas, ius ſuum cuiq; tribuens: iuriſprudẽtia autem, rerum diuinarum atq; humanarum noticia, iuſti atq; iniuſti ſcientia. Quis hinc non admiretur tantam maieſtatẽ homini conceſſam,

ceſſam, tam abſolutam rerum cognitionem homini inſitam? Sanè qui minus perrexerit & admirari & conſiderare, aut planè ſine mente, aut lapideo præditus cerebro ſit oportet.

Vt ergo lectores, & cultores huius diuinæ ſciẽtiæ, qui non deſiſtunt penitius leges perſcrutari, ad ſimile officiũ incitentur proſequendum, pergam breuibus conſiderationes iuriſprudentiæ tractare.

Tria ſunt iuris præcepta, ad quæ quicquid in iure ſcriptum eſt, refertur: publicum ius, publica utilitas, & priuatum cuiuſuis ac peculiare cõmodum. Primum, ſtatum Imperij concernit: ſecundum, coniungit honeſtè uiuere, alterum non lædere, & ſuum cuiq; tribuere. Porrò tertiũ, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet, tripartitum eſt, iuxta ſententiam Iuſtiniani: aut enim eſt collectũ ex naturalibus præceptis, aut gẽtium, aut ciuilibus. Et quidem id eſſe ius Naturale dicitur, quod naturalis inſtinctus omnia animantia docuit: quale eſt illud, Mares fœminas appetere, liberos procreare, procreatosq; educare: atq; ad ea non minus hoc iure impellimur, quæ quoq; cum brutis cõmunia habemus. Pari ratione ius Ciuile dicitur, eo quòd quæq; ciuitas ſibi peculiare ius ſtatuit. nam & ea ratione à iure gentiũ differt. nã hoc, rationis iudicio ab omni populo cuſtoditur, cui uſus cõmunis & humana neceſsitas originẽ dedére. unde & bella orta ſunt, ſecutæ captiuitates & ſeruitutes, ac cõtractus ferè omnes introducti. Ius aũt Ciuile partim ex ſcripto conſtat, partim non ſcripto. Atq; alterum horum eſt, Lex, Plebiſcitum, Senatuſconſultum, Principum placita, Magiſtratuũ edicta, & reſponſa prudẽtum: quoniam primum Senatorio magiſtratu interrogante, ueluti Conſule, conſtitutum eſt. ſecundum, quod plebs plebeio magiſtratu interrogãte, ueluti Tribuno, conſtituit: unde plebs à populo eo differt, quòd ibi uniuerſi ciues ſignificentur, connumeratis etiam Patricijs & Senatoribus: hic uerò, ſine Patricijs & Senatoribus oſtẽditur. Quo fit, ut & Plebiſcita lege Hortenſia lata, non minus ualere quàm leges cœperint. Tertium eſt, quod Senatus iubet atq; cõſtituit. Aequũ etiam

uiſum erat Senatum uice populi conſuli: unde ortum eſt, ut quod Principi placuit, legis uigorem haberet. Quod enim Princeps animo leges condendi ſtatuit, legis uim obtinet, & conſtitutio cœpit dici: quæ & ligat omnes, dũmodo generalis ſit. Quare & Prætorum edicta non minus uim legis habent. nam Aedilitium edictum, pars eſt iuris Prætorij. Vltimò factum eſt, ut Iuriſcõſultorum ſententiæ, quibus à Cæſare iura interpretãdi facultas data erat, Reſponſa prudentum dicta ſint: quæ uſqueadeò iuris pondus obtinebant, ut nec cuiquam iudicum ab his recedere fas eſſet. nam cõſuetudo moribus utentiũ comprobata, uim iuris ſcripti habet. hoc tamen ab Athenienſibus, illa à Lacedæmonijs ortum habuit. Quare & ius non ſcriptum uenit eò, quòd uſus approbauerit, & diuturni mores conſenſu utentium comprobati, legem imitentur. Ad eandem quoq; rationẽ & Ius naturale apud omnes gentes obſeruatum, & ciuile, diſcrepãt. ſiquidem primum immutabile eſt, reliquum uerò cõſuetudine aut contraria lege mutatur. Eodem modo ius cõmune ad perſonas, res uel actiones ſpectat. Vnde & libertatis & ſeruitutis deſcriptio & differentia. nam & ſerui quidã naturaliter, quidam iure gentium, quidam uerò iure ciuili dicuntur: imò & qui ex ancilla naſcitur, ſeruus naſcitur: ſicut is qui liber naſcitur, ingenuus eſt. nam ad ingenuitatem, matris conditio ſpectatur: quæ ſi fuerit libera, aut conceptione aut natiuitate, aut medio tempore, ut ingenuus quis dicatur, ſufficit. Quippe putatiua ſeruitus, natalium ſplendori non officit: nec de facto ſecuta manumiſſio, quicquam ingenuitati detrahit. Vnde & libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt: quorũ multiplici ſtatu exploſo, unica omnium erat conditio, quandoquidem ita omnes ciues Romani efficiebãtur. Quare ut olim domino ſeruum impunè occidere licebat, ſic hodie in eum non niſi ex legitima cauſa ſæuire conceditur: imò uſq; adeò dominorum aſperitas coercetur, ut ſi intolerabilis ſit, ſeruos iuſto precio uenũdari cogantur: reip. enim intereſt, ne quis re ſua abutatur. Hinc patria poteſtas optimo iure orta eſt: contractus matrimonij ſeu nuptiæ,

ptiæ, ac diſcrimen affinitatis, ob publicam honeſtatem diſcernuntur, etiamſi nullum aut cognationis aut affinitatis obſtaculũ adſit: qua etiam poteſtate patria, adoptio conſtituitur, & adrogatio. hæc Principis autoritate, eos qui ſunt ſui iuris, adrogat: illa uerò, in alterius poteſtate exiſtentes, imperio Magiſtratus adoptat. Hac quoq; conſtitutione, & mortuo patre mox ſui iuris filius efficitur: mortuo uerò auo, tum demum nepos ſui iuris euadit, ſi non ſuperſit ei pater, in cuius recidat poteſtatem. & deportatio patris aut filij, patrię poteſtatis uinculum ſoluit: reſtitutio uerò Principis, id in priſtinum ſtatum reponit. Hinc oriuntur tutelæ teſtamentorum, agnatorum, patronorum & parentum: hinc exempla fiduciaria, hinc tutores Attiliani, & qui ex lege Iulia & Titia dabantur: hinc autoritas tutorum, hinc finitio tutelæ, curatores, ſatiſdationes tutorum & curatorum, eorumq; excuſationes & ſuſpicio: quam tantum abeſt ut tutela recipiat, ut & ſtricto iure remoueat, cuius rei tota cognitio Magiſtratibus data eſt.

Paucis hucuſq;, lector humaniſsime, iuris diuiſionem & declarationem attigi, ut cognoſceres, partim quanta utilitas ex legum conſeruatione oriatur: partim ut innoteſcat omnibus, quæ & quanta confuſio, quanta mala, quanta deniq; incõmoda ex legum contemptu eueniãt. Facilè enim uel ratione ipſa patet, omnium rerum ordinem dominam & magiſtrã eſſe: perinde ac inordinatum proceſſum, contumeliam, & tenebricoſam, ac deniq; planè ruinoſam ſuperficiẽ. Quod Modeſtinus diuino quodam inſtinctu optimè præuidit, & Marcellus in 1. ff. dum etiam in minimis ordinem ſeruare præcipit, ne uel collegium fieri poſſe concedat, niſi trium perſonarum pręſentia. Illud idem Proculus lib. 1. Epiſtolarũ atteſtatur, ubi de certa & ordinata dote cõſtituenda diſputat. Itaq; non difficulter apparet, iuris ciuilis facultatem adeò neceſſariam eſſe, ut neq; cõmodum aut utile, neq; honeſtum ſit, quod ſine ea determinari poſsit. Quodq; maius eſt, ſi ad rerum cognitionẽ ſe quis conuertat, eam aut planè ignorare, aut eius lumen per atras nubes, ac uelut per ſomniũ

conſpicere uideatur, ſi iuris ciuilis ſcientia non fuerit adiutus. Nam ad iuriſprudentiam non minus ius rerum, quàm ius perſonarum ſpectat. Quemadmodũ enim de iure perſonarum plenam facultatem expoſuimus: ſic de iure rerum operæprecium facturi ſumus, ſi paucis complexi oſtenderimus, ut perſpicuum & manifeſtum ſit, quod paulo antè propoſui.

Res autem ut diuerſæ, ſic & rerũ iura diuerſa ſunt. Alia enim naturali iure communia ſunt omnium, alia publica, alia uniuerſitatis, alia nullius: & pleraq; ſingulorũ, quæ ex uarijs cauſis cuiq; acquirũtur. Primi generis ſunt, aër, aqua, profluens & mare, & per hoc litora maris. Secundi ſunt, flumina omnia & portus: quo fit, ut ius piſcandi in portu omnibus commune ſit. Huc accedit & riparum uſus, qui iure gentium publicus eſt, ſicut & ipſius fluminis: quare & naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare. Proprietas enim earum, illorum eſt, quorum prædijs hærent: qua de cauſa arbores quoque in eiſdem natæ, eorundem ſunt. Eadem ratione de ſimilibus iuriſperitus appoſitiſsimè differit. Cæterùm quod res uniuerſitatis concernit, eſſe dicuntur non ſingulorum, quæ in ciuitatibus ſunt, theatra, ſtadia, & his ſimilia, ſi quæ alia ſunt communia ciuitatum. Quare & cum diſtinguuntur, res ſacræ & religioſæ & ſanctæ dicuntur, quæ nullius ſunt. quod enim diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt. Hinc eſt, ut ſacræ res, id eſt Deo dicatæ, alienari nullatenus poſsint, niſi redimendorum captiuorum gratia. Quæ ergo ſunt rerum dominia, ſingulis hominibus aut iure naturali, aut iure ciuili acquiruntur: atq; horum quæ ſubijciuntur dominia, præoccupanti iure gentium conceduntur: & in alieno occupata fera, occupanti quæritur. Hinc natum eſt, alienum fundum domino reluctante ingredi nemini licere: & illud uulgatum, Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra. Deinde apes etiam in aliena arbore exiſtentes, præoccupantis fieri: fauosq; & mel inde eximere, cuilibet fas eſſe: etiam apes ex apiario euolantes (ſi difficilis earum

ſit per-

ſit perſecutio) capienti acquiri. Simile eſt illud quoque edictũ: In modica re & exigui precij furtum fieri. Hiſce pertractatis, optima methodo iuriſperitus cõſcendit ad res corporales & incorporales: illas quidem, ut quæ ſui natura tangi poſſunt: uelut fundus, homo, ueſtis, aurum, argentum, & aliæ res innumerabiles. ad iſtas uerò, ut quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea quæ in iure conſiſtũt, ut hæreditas, uſusfructus, uſus & obligationes quoquo modo contractæ. Eodem numero ſunt iura prædiorum urbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes uocantur: quarũ aliæ à re rei debentur, aliæ uerò à re perſonæ, unde & ſeruitus realis nata eſt. Quarum Bartolus inquit eſſe ius prædio inhærens, ipſius utilitatem reſpiciẽs, & alterius libertatem diminuens. Ruſticorũ uerò prædiorum ſeruitutes eas eſſe inquit, quæ ruſticis prædijs, id eſt gratia fructuum percipiendorum aut colligendorum factis, debentur: ut uia, iter, actus, & id genus ſimilia. Deinde urbanorum prædiorum ſunt, quæ urbanis prædijs, id eſt ædificijs debentur. Hinc præclara illa regula naſcitur, furtum in rebus ſoli nequaquam cadere, quæ in uſu & habitatione, uſucapionibus, & longi tẽporis præſcriptionibus, & donationibus plerunq; committitur. Hinc diſputatio naſcitur, quibus alienare liceat, uel non: & per quas perſonas cuiq; acquiritur. inde ordinatio teſtamenti (quod eſt, iuxta Vlpianum, uoluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri uoluit) promanat. & teſtamentum militare dicitur, licet milites à teſtantibus ſolennibus immunes ſint: eorum tamen ſupremum iudiciũ, coram teſtibus ſaltem duobus, ijsq; rogatis, manifeſtari debet, quo probari poſsit poſtea eorũ uoluntas. Vbi quoq; præclarè adnotatur, cõditionẽ in teſtamẽtis retrotrahi ad diem mortis teſtatoris: item uerbis aut facto confirmans inualidũ, nouam diſpoſitionẽ cõdere uidetur. Deinde caſtrenſia, aut quaſi mortuo patre non cõmunicanda fratribus, & multa ſimilia. Oritur quoq; inde de exhæredatione liberorum titulus: nimirũ, quiſquis filiũ habens in poteſtate ritè teſtari uult, operæpreciũ eſt ut eum aut inſtituat, aut nominatim ex-

hæredem

heredem faciat. Sequitur de hæredibus inſtituẽdis: ut ſeruo proprio ſcripto hæredi, nulla libertatis mẽtione facta, uidetur etiam data libertas: de pupillari ſubſtitutione, ut qui liberos impuberes in ſuis habet ſacris cõſtitutos, non ſolum uulgariter, ſed etiã pupillariter, ſi hæredes fuerint, & intra pubertatẽ deceſſerint, eis ſubſtituere poteſt. De modo infirmandi teſtamenta: ut ſi quis facto teſtamẽto, quempiam ſibi ſeu in filium adrogauerit, uel ex ſuis diſcedentibus aliquem adoptarit, protinus quaſi ſui hæredis agnatione, quod prius fecerat, rumpitur teſtamentũ. De hæredum qualitate, differẽtia, de legatis, eorumq́; actione: utpote perſonali, in rem, & hypothecaria. unde naſcitur præclarum illud & notatu digniſsimũm: Ignorantiam in dubio præſumi. Idcirco ſcientiam aſſerens, onere probandi grauatur. De ademptione legatorum, & tranſlatione: ut quod cuipiam teſtamẽto relictum fuit, poteſt eodem alteróue teſtamẽto quibuslibet uerbis adimi, uel ad alium transferri. De lege Falcidia, ne nimirũ ſuprema teſtantium iudicia, non adita hæreditate corruant. De fideicõmiſſarijs hæreditatibus, & ad Senatuſconſultũ Trebellianum, & unde fideicõmiſſa ab hæredis fide nomen acceperũt. De ſingulis rebus per fideicõmiſſum relictis: quo proditum eſt, eatenus quem fideicõmiſsis grauari poſſe, quatenus oneratur. Vltimò de codicillis, quos etiã non teſtatus quiuis facere poteſt: quãuis ante teſtamentum, facti nulla expreſſa confirmatione, nouo iure indigent: & quod codicillis nec dari, nec adimi directo hæreditas poteſt, nec inſtituto hærede conditio adijci, nec directò ſubſtitui: fideicõmitti autem poteſt. Ex hoc teſtamentorum fonte fluunt reliqui tituli, de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferũtur, de legitima agnatorum ſucceſsione, de ſenatuſconſulto Tertiliano: ut, filiam etiam nuptui datam, in paterna ſemper reſidere poteſtate. de gradibus cognationum, de ſeruili cognatione, de ſucceſſione libertorum, de aſsignatione libertorum, de bonorum poſſeſsionibus, de acquiſitione per adrogationem, de eo cui libertatis cauſa bona dicũtur, de contractibus, de mandatis: de obligationibus quæ ex quaſi contractu

naſcuntur,

naſcuntur, & quæ ex delicto. de ui bonorum raptorum, de lege Aquilia: ut qui alienum ſeruũ aut quadrupedem (quæ ex eorum numero eſt, quæ gregatim paſci conſueuerunt) iniuria occiderit, quãti ea res eo anno retrorſum plurimi fuerit, tantum domino præſtare cogitur. De iniurijs, de actionibus ſimpliciter, & de noxalibus, de ijs per quos agere poſsimus: de ſatisfactionibus, de exceptionibus, de replicationibus, de interdictis, de pœna temerè litigantium, de officio iudicis, de publicis iudicijs: ut, cuiuis ex populo ius eſſe, reũ publici criminis accuſare. Item hoc ſpeciali iure in hoc crimine ſtatuitur, quãdoquidem regulariter morte extinguitur delictum, & quòd humiles grauioribus pœnis plectendi ſint quàm honeſtiores: & quòd effectus occidendi (etiamſi effectus non ſubſequatur) lege Cornelia de ſicarijs puniendus ſit. deinde, quòd atrociorib. delictis atrocior pœna irroganda, quandoquidem delicto pœna cõmenſuranda eſt.

Itaq; Lector humaniſsime age, & negotium expẽde, remq; diligentius apprehẽde: non erit dubium, quin mei propoſiti integram & perfectam rationem ſis habiturus. nam quæ ſpectãt ad perſonas, quæ ad rerum æquitatem, quæ ad animorum ſimilitudinem, quæ deniq; ad habitum morum attinent, breuiter quidem, at ſatis perſpicuè aſsignata ſunt. Vnde conſtare liquidò poteſt materia ſatis ampla, longè lateq; extenſa, circa quam iuris Ciuilis ſcientia uerſatur, de qua propoſitum texit, & cuius rationes appoſitiſsimas aſsignat & adducit: nec modò ea quæ priuatum cõmodum concernunt, & quę publicam utilitatem continent, uerũ etiam quæ ſalutem animæ, & eius finem ſpectant, ſolidè & grauiter pertractat. Qua de cauſa omnibus ea debet ineſſe uis atq; natura, ea δυύαμις & potentia, ea cùm uitæ tum & morum integritas, ut nihil unquam aut cogitent aut faciant, multo minus tale quid præſumant, quod in perniciem cõmunitatis uergat, nempe iuris Ciuilis ſcientiæ amorem & cupiditatem prohibere poſsit. Nam ea ſublata, aufertur totum uinculum & ſocietas humana, tota æquitas & iuſticia, tota deniq; ſeries rerum obliterata in ſummam cõfuſionem deueniet.

Quid obſecro Romanum imperium euertit, quàm ſimulata æquitatis ratio? Quid Athenienſes deleuit, quàm ſuſpecta ciuiū actio? Quid Troianos funditus extirpauit, quàm iniqua perſonæ poſſeſsio? Quid Gręcis exitio fuit quàm fallax animus? Quid Orientalem eccleſiam explodit, quàm tepidus Eccleſiæ amor? Quid Perſas pepulit, quàm uarium & mutabile officium? Quid Hebræos diſperſos reddidit, quàm inconſtans & temeraria rerum ſacrarum ſententia? Quid diluuium effecit, quàm proteruia & ſuperbia hominum? Quid inquam Carthaginem conſumpſit, quàm mutuus diſſenſus? Econtrariò, quid obſecro leges ipſas peperit, quàm mutuus amor, & utilitas cum honeſtate coniuncta? Quòd ſi Solonem, Lycurgum, & reliquos ſapientes conſiderauerimus, omnium teſtimonio in primis amorē patriæ, reipub. ac proximi, cauſam fuiſſe demonſtrabimus, ut nimirū omnes ratione ſtatus ſui, ſinguli rectè in primis, deinde beatè, & ſine alterius detrimento uiuerent, iuxta legem Naturæ: Quod nimirum tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Prudētiſsimè ſanè magnus ille Pythagoras, & primus ſapientię cultor, nos docet per ænigmata & inuolutas latebras, quid homo homini debeat, & qua proportione iungi, ut reſpub. bene, ſanctè ac pacificè conſeruetur. Rectè Hebræi, primi quibus Deus eloquia ſua concredidit, in amore conſiſtere docent: ex quo miſericordia, conſeruatrix amoris, hoc eſt, uoluntatis noſtræ, iudicia texit. Rectè denique optimates ac Principes ſancitas eſſe uoluerunt leges, ne aut rixæ, aut diſſenſio in animis hominum ſuboriretur. Si ergo inde ab initio uniuerſi, domita mens & bene, rectè ſancteq; educata, omnia conferat, non difficulter deprehendet, omnes uiciſsitudines rerū ex antipathia prodijſſe, non ſecus ac ex ſympathia florem totius uniuerſi. Quo fit, ut uulgatum Vlpiani illud nobis obuerſari debeat, ne unquam irrepere animis noſtris patiamur, quod non ſit aptum & congruum ad texendam & continuandam uirtutis actionem, ex qua uniuerſalis iuſticia, ipſa nimirum æquitas, nata & propagata eſt. Aptè Iaſon concinere uidetur, dum commodum aut incommodum ex

æquitate metitur: neq; aliud puto Bartolum ſignificare uoluiſſe per diſcrimen iuſticię uniuerſalis & particularis, quàm id genus uiuendi, quod inter homines magnopere uigere deberet. Et quid obſecro Baldum quis, in diſcrimine iuſticię & iuris ſenſiſſe arbitretur, quàm integrã & incontaminatam, ac proximè ad perfectionẽ tendentem, & arctiſsimo uinculo uelut nodo Gordiano compactam, morum & animorum ſimilitudinem: qua homines utrinq; eſſe deberent onerati, & eius ueſtigijs politi, ne quid inter homines diſcordiæ, multo minus inter Deum & hominem, ſicut inter ius & iuſticiam, daretur: Ac ſi ſequentis tempeſtatis Iurecõſultos adferamus, etiam Panormitanum, Zaſium, Gribaldum, & ſimiles præſtantiſſimos uiros, nequaquã in alia ſententia eos futuros, mihi omnino perſuadeo. quinimo & uetuſtiſsimos Aegyptiorũ uates, unà cum principe illo Triſmegiſto: necnon quoslibet Platonicos, Plotinum, Proclum, Iamblicũ, Pſellum, Porphyrium, Marſiliũ: & ſi licet quoq; Chriſtianos patres cognominare, Baſilium, Chryſoſtomum, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymũ, & plurimos omnino in ea ſententia ſtetiſſe perſpicuum eſt: ut taceam Marcianũ, Iulianum, Calliſtratum, Modeſtinum, Caium, Celſum, Iabolenum & Liciniũ: qui tantum abeſt ut à noſtro propoſito diſcrepent, quin imò pedibus & manibus ultrò in noſtram ſententiam ueniant. licet Paulus Iureconſultus hæc nonnunquam diſiungat: ſed potius ſubiectæ materiei quàm fini adſcribendum eſſe, omnium ſentẽtia conſtat. Neq; nos mouebit Alphenus Varo, qui hæredis funus in arbitrium noſtrum ponens, quo ad pluralitatem: ut autem ſingulare quid ſtatuatur, centenorum florenorum præſcriptum habet. nam hoc ut amorem ſignificat, & eius augmentum ſummam dilectionem: ſic defectus ipſius turpitudinem & tenacitatem pandit, ac certò deſignat. Florẽtinus id aſſeuerat, dum coram Titio aliquid facere iuſſus, non uidebatur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat: ſignificare uolens, liberalitatem non niſi intelligentibus oſtendere: apud ignauos tamen non eſſe turpem parſimoniam, & tenacem cõmittendam. Celſus al-

luſit pulcherrimè, inquiens: Cum ſtipulamur quãta pecunia ex hæreditate Lucij Titij ad te peruenit, res ipſas quę peruenerant, non precia earum ſpectare uidemur. quaſi dicat, non conditionem rei, ſed rem ipſam ſemper obſeruari debere. Quare, & ſi quid in iure Ciuili, ſeu legibus deprehẽdatur, quibus quis aut non rectè utatur, aut omnino abutatur, precio id ſeu perſonæ adſcribendum erit, non rei ipſi, quæ ſemper ut bona & cõmoda, ſic per ſe & honeſta eſſe debet. Hanc rem præter alios Tryphoninus & Pomponius, atq; ipſe Proculus & Papinianus manifeſtè tradunt, & ſatis abundè declarant: ex quibus, ut reliquos præpterea, res ipſa luce meridiana clarior eſt. Ideo, hæc uolens prętermitto: nam pijs mentibus uel unius ſapientis & authentici uiri in hoc genere diſciplinæ autoritas ſufficit, & plenam fidem facere debet. Taceo quòd non unam, ſed quamplurimas ad corroborãdum meum propoſitum adduxerim: plurima item exempla è re nata, etiam axiomata & ſimilitudines in medium adduxi. Ita ſpero neminem eſſe, candide Lector, qui non intelligat, quantam utilitatem, hoc eſt, immenſam ex iuriſprudentiæ aſsiduo ſtudio, & uero ac genuino uſu, quantum inquam hinc emolumenti conſequamur: & quòd nemo igniculum Naturæ excolere poſsit, aut inueſtigare, nec ad bene beateq; uiuendũ ſe componere, niſi adiutus hoc diuino ſtudio, ſuper quo tum demum fundatur illud ſalutis æternæ opificium.

Ergo, Lector chariſsime & candidiſsime, ſatagamus, ut per aſsiduas curas ſedulò ac diligẽter inſiſtamus & inhæreamus ueſtigijs æquitatis, nempe iuriſprudentiæ: ſi aliàs uel homines (ut præteream liberi) nominari cupimus, aut ingenui, quid ad fœlicitatem & ipſam pietatem ęmulamur? Fiet tum demum, ut ferocitatem iſtam & impietatem, uelut inimicam & corporis & animi, radicitus euellamus. Nam, proh dolor, hæc ruſticitas, hæc ferocitas, & ut rectius dicam, inhumanitas & irrationale officium, uſq; adeò occupauit multorum hominum mentes, ut uix queant diſcernere honeſtũ ab inhoneſto, turpe à non turpi, & bonum à malo, atq; cõmodum ab incommodo,

modo:imò quod maius eſt, bonum facere omnino neſciunt: & planè ipſum malum bonum exiſtimāt. An non hæc uita obſecro beſtiarum potius quàm hominum ſit, uel tu ipſe iudica. Non enim arbitror quenquā ex uobis eſſe, cui non liquidò cōſtet, & manifeſtiſsimū ſit, nullam Rempub. nullum principatum, nullam politiam aut monarchiam, imò neq; ariſtocratiam aut polycratiam fore diuturnam, ſi perſtiterit in hac feritate, & indomito animorum habitu. id enim ſatis notum eſt, ſi uel noſtri ſeculi exempla inſpiciamus. Quæſo quid cauſę eſt, quòd barbaræ illæ gentes, & feræ non diu regnarint? Quid quòd Hungari, & qui ſub eis ſunt, tam miſerè, quaſi uno momento, omni ope & imperio deſtituti quodāmodo, deleti ſint? Quid Attilam, illud inſigne monſtrum, & flagellum Dei, una nocte ſuffocauit, niſi illa fera & immanis crudelitas, indomitum ingenium, audax & facinoroſum, petulās & temerarium? Neq; dubium eſt, quin multi ſint Attilæ, multi Antonij: qui cum ſatis à Cicerone deſcribatur, eius Epicureum ingenium & Cyclopicum deſcribere ceſſo & ſuperſedeo: monere tamen & hortari cupio omnes, quo ab hac crudelitate & immanitate adeò abſtineant, ut ne cogitēt quidem unquā eiuſmodi quid committere, multo minus faciant. Quod ut uitare poſsint, remedium ipſis hæc diuina ſcientia, ipſa nimirum iuriſprudentia, facilè adminiſtrabit. Docet enim ipſa, quomodo ritè ac iuſtè Reſpub. ciuitates, principatus, & ſimilia regi debeant: nempe humanitate, hoſpitalitate, & in omni charitate, miſericordia, patientia, fortitudine, magnanimitate, modeſtia, & cęteris uirtutibus. Hanc ergo ubi didicerint, non indomiti & effrenati, aſperi & furētes, bruti & irrationabiles, ignorātes benefacere, & omnem maliciam imitantes: ſed potius humani, mites, benigni, & ratione præditi dicentur.

¶ Pertractatis nunc his diſciplinis quæ ad ſalutem & politiam pertinent, propoſitū requirit, aggredi eam partem quę de corporis facultate diſſerit. Nō enim eſt adeò ſterilis, quin & ipſa habeat ſua, & quidem magnifica encomia. Si etenim originem eius ſpectes, hinc ab initio

mundi ſuperis adſcriptam deprehendes: quod uel Moſaica enumeratio ſimplicium teſtatur, unde omnia compoſita quo ad corporis robur conſeruandum attinent, docet. ac præter Ieſum Syrach, ſunt & alij pietate & prudentia celeberrimi uiri, qui Medicum, cuius hęc intereſt, à Domino creatum docent, & à Deo præceptum honorem Medicis: non quòd ſuis uiribus, quin potius diuino beneficio uitæ prorogandæ gratia proponant remedia. In eam ſententiam Græcos ultrò uenire perſpicuum eſt, qui Apollinem deum inuentorem eius fuiſſe tradũt. cuius rei teſtis eſt Ouidius quoque primo Metamorph. Hunc fingunt ſecutum fuiſſe Aeſculapium, paulo ſubtiliorem cultorem. Claruit & Chiron centaurus Theſſalus in ſimplicibus magnopere, quod uel centaurium herba abundè teſtatur. Vnde non obſcura ſententia patet, hoc genus doctrinæ exordium cæpiſſe primùm omnium à Deo, tum demum quibus diuina Maieſtas hanc contulit gratiam. Sed ut rem penitius introſpiciamus, tria ſunt genera Medicinæ: Empirica, in qua Philinus excelluit: Methodica, in qua Themiſon: & Rationalis, in qua Hippocrates, ac poſt eum Galenus. Cæterùm hæc genera cum adeò ſint coniuncta, ut altera alteram iuuet, nec ſeiunctè operari poſsint, ad unum quoddam genus uniuerſale meritò reduci poterunt. Quo nomine Hippocrates rectè omniũ artium Medicinam ipſam præclariſsimam eſſe non temerè dixit: quòd in ea plurimarũ rerum naturas intueri, & exquiſitè rimari liceat. Atq; hinc eſt, quòd ueteres Medicis, propter artis quam profitebantur præſtantiam, ampliſsimos decreuerunt honores. Hinc Hippocrati, ſiquidem Abderas ſanãdi Democriti cauſa proficiſcenti, uniuerſa ciuitas, uiri & mulieres, ſenes & pueri obuiam proceſſerũt, ſeruatorem patriæ patremq; appellantes. Non diſsimile quid Eraſiſtrato, Ariſtotelis filia genito, ob Antiochum regem ſanatũ accidit. Pari ratione euenit & Q. Stertinio, ſummo olim in re medica Romæ habito: & quampluri mis alijs eius facultatis peritiſsimis. hæc ſanè indicia non poſſunt non eſſe præſentiſsima teſtimonia immenſę huius facultatis certitudinis, & Medicorum

eorum doctrinæ, qua multorum uitam & ualetudinem conſeruarũt. Quod paulo pòſt clarius patebit, cum paucis Medicinam quid ſit, in quibus & circa quid uerſetur, oſtendero.

Medicina Hippocrati nihil aliud eſt, quàm adiectio & ſubtractio. hæc eſt eorum quæ in corporibus hominũ redundant, illa propriè deficientiũ dicitur. nec repugnat huic Herophilus, inquiens eam eſſe ſciẽtiam ſalubrium, inſalubrium, & neutrorũ. Etſi enim rem ſubtilius tractarit, eam tamen non modo contradictorio, licet à diuerſo loco deſumpſerit, utpote ab obiecto: Hippocrates uerò ab effectu. Atq; ſi quis plurimas definitiones in medium adducat, conueniet tamen in eo, quòd circa ſanitatẽ uerſetur. Hic magna diſputatio eſt de genere huius ſcientiæ, an ars uel ſcientia ſit. Noſtra tamen ſententia eſt, & encomium Medicinæ requirit, ut & ars & ſcientia ſit. Scientia quidem, ratione cauſarum & concluſionum, circa quarum demonſtrationem uerſatur: ars uerò eſt, ratione habituũ, quatenus ex ſæpe iteratis actibus naſcitur. Hiſce diligentius cõſideratis, Medicinam non modò artem factiuam, uerũ etiam practicam, theoricam & κτητικὴν eſſe: ſicut una & eadem materia, uniuerſali & metaphyſico modo, adeò cõmunis eſſe poteſt, ut ipſa in omnibus ſit, & omnia in ipſa. Id rectè animaduertit Bardeſanes & Enſelaus, qui dicebant neminem in una re occupari debere: cum nulli una res ſit, ſed ſingulæ in ſingulis contineantur. & Dactylus Hebræus tot in aliquo ſingulari conſiderationes eſſe ponit, quot & obiecta conſiderationum eſſent.

Ne autem rem obiter & fruſtra à me dictam quiſpiam putet, ultrò patebit, ſi paulo penitius quis Medicinæ partes perpendat. quarum prima eſt φυσιολογικὴ, quæ uniuerſam hominis conſtitutionem indagat ac perquirit. altera eſt ὑγιεινὴ, quæ ſanitatem tuetur, & quo minus in morbos incidat corpus præcauet. tertia eſt αἰτιολογικὴ, quæ & παθολογικὴ dicitur: hæc cauſas, & affectus præter naturam, & ſymptomata inquirit. quarta eſt σημειωτικὴ, quæ indicia tradit. Vltima θεραπευτικὴ. quæ legitimorum

timorum præſidiorum admotione morbum propulſat, ſanitatemq́ reſtituit, & in ſumma medendi rationem docet. Ex his Medicinæ partibus in promptu eſt, Medicinam non in aliqua ſcientia, ſed in omni, & omnes in ea conſiſtere. Hoc teſtatur uel prima pars Medicinæ, quæ uniuerſam hominis naturam indagat. Nec cuipiam dubium eſſe arbitror, uniuerſam naturam hominis, uniuerſas ſcientias requirere. nam extra hominũ naturam nulla ſcientia eſt. Ergo inconcuſſum encomium Medicinæ maneat oportet. Sed hac de re ſuperius diſputatum eſt.

Cæterùm uniuerſa Medicina aut eſt earum rerũ quæ corpus humanum compingunt & conſtituunt, aut quibus ut ſanum permaneat fouetur & conſeruatur, aut quę humanum corpus lædunt ac corrũpunt. Primum genus eſt rerum naturalium, quæ circa elementa, utpote aerem, ignem, aquam, terram uerſantur: deinde circa temperamenta, nimirum temperatum, calidum, frigidum, humidum & ſiccum. Item circa humores, nempe ſanguinem, pituitam, bilem flauam & atram. Tandem circa partes, ut eſt caro, os, membrana, neruus, uena, arteria, cor, iecur, caput & manus. Verſatur quoq; circa facultates, animales, uitales, & naturales: ſicut & circa actiones tam animales quàm naturales. Vltimò, circa ſpiritus pariter animales, uitales & naturales. Hæc in ſumma cõſiſtunt in alimentis, complexionibus, humoribus, membris, uirtutibus & operationibus: quarum quidem ſpecierum finis ſanitas eſt. Hanc Haly Arabs, & alter quidam Babylonius, quantis extollãt laudibus, & quanto in eam rem & facultatem cõmemorẽt officia, legẽti plus ſatis patebit. Si enim ſenſum elementorum iudicem quis aſſerat, quãtum à ſcopo aberrabit, uel ipſe medicus iudicet. Vnde conſtat, quòd multæ particulæ ob paruitatem ſenſum effugiant: multo magis elemẽtum, quæ minima pars eſt. Id dum Haly hac ratione perſequitur, Medicinæ inconcuſſum & firmum fundamentum ponit, multis partibus & officijs, uelut miniſtris circumſtrepentibus munitum, & quæ non niſi in ſe diuidantur, in toto uerò nunquam corrumpi poſsint. Meritò igitur inter ſcientias haud imparem laudem ac

encomium

encomium habebit. nam quæcunque ex eo fundamento oriuntur, partim diuiſione, partim compoſitione in ſeipſas redeunt. Si enim ſpectes elementorũ mixtionem, deprehendes idem euenire, quod in emplaſtro tetrapharmaco, quod neque ceram, neque picem, neque reſinam, neque adipem, etſi ex his compoſitum eſt, rectè dixeris. Si temperamentum expendas, mixturam quãdam ex quatuor elementis, & concentum quendam quatuor qualitatum principum ex omnium elementorum permixtione deprehendes. Et in concretis miſtisque corporibus gignendis plurium elementorum materiam requires, iuxta omnes temperamentorum differentias, tam in eo quod bene temperatum, quàm quod moderatum dicitur, ſeu ut alij dicunt ſimpliciter & abſolutè, & quod in ſingulis generibus exiſtit. Nam quod abſolutè tale eſt, ſyncerum ſit, ſimplex, & immixtum: ueluti ignis, aer, aqua, terra. quod deinde per exuperantiam nuncupatur, ſi abſolutè conſideretur, nulli ſeorſum confertur, ſed ad uniuerſam naturam, ſubſtantiamque ſuam. Si uerò minus abſolutè alicui confertur, id fit aut eiuſdem generis ſymmetro, aut eiuſdem ſpeciei, & unicuilibet obuio. Si te cõferas ad humores, deprehendes chylum ſuccúmue, qui iam eſt confectus, è uentriculo per meſenterij uenas in iecur traductũ: qui ut non prorſus ex una eademque ſubſtantia conſtat, ſic nec ſimili caloris & frigoris menſura tenetur. Vnde fit, ut cum in iecore non poſsit in unius ac ſimplicis humoris ſpeciem conuerti, neceſſariò quatuor inde naſcantur humorum differentiæ: qui tum ſubſtantiæ, tum qualitatis ratione primorum elementorum naturas quodãmodo imitantur. Si ad partes te conferas, ibi ſe ultrò offerent aliæ ſimilares, aliæ inſtrumentales. illæ Græcis ὁμοιομερῆ dicuntur, quæ ſibi undique ſimiles ſunt, & quæ undique in ſimiles diuiduntur. Hæ uerò ſunt, quæ ex ſimplicibus ſimilaribusque cõditæ ſunt. Inueniuntur & quædam particulæ inter has mediæ, quæ ſolidæ nuncupantur, ſub ſimilaribus tamen continentur: ut ſunt arteriæ, uenæ, nerui, oſſa, cartilagines, membranæ, ligamẽta & tunicæ omnes. Deſcendes tum demum ad facultatem quæ Græcis

δύναμις ſcribitur, quæ nihil aliud eſt ſecũdum Galenum, niſi cauſa, à qua procedit actio. ideo appellata, quod quę facit, facere poſsit: & quoniam non eſt niſi effectrix cauſa, tot erunt illi facultates, quot efficientium cauſarũ propriè inſunt corpori differentiæ, prout ſuperius enumeratæ ſunt. Sequitur facultatẽ actio functiõue, quę Græcis ἐνέργεια dicitur: hæc nihil aliud eſt, ſecundum Galenum, niſi motus actiuus ſiue efficiens, qui à facultate procedit, uel motus efficientis. Tum demum offert ſe ſpiritus, cuius uariæ acceptiones ſuperius in Eulogo continentur: qui nihil aliud eſt, niſi pertenuis, uaporoſa, aeria ſeu ętherea ſubſtantia, per quam facultas à partibus principatum in corpore obtinentibus, in reliquas corporis partes defertur, ut proprias actiones edere poſsint. Quo fit, ut ſpiritus ſit ueluti uinculum facultatum, primumq; obeundę rationis inſtrumentum. His ſic paucis enumeratis, quicunq; uel ex hac parte naturali Medicinæ encomia immenſa eſſe, & eam homini neceſſariã non agnoſcet, profectò parum abeſt quin demens ſit.

Sed mox ſe offeret maior admirandi facultas, ſi eadem ratione, & quaſi obiter res non naturales uiderimus: quę ea complectuntur, quæ corporis eiuſdem cõſtitutionem conſeruant. & rectè ideo dicitur cauſa conſeruatrix: ſiquidem legitimam corporis conſtitutionem & ſanitatem, qualem acceperunt, ſeruant. Nec refert quod alij dicant corpus neceſſariò alterare: quas ideo cauſas immutatrices nominant. id enim fit ratione contrarietatis, quæ eſt inter morbum & ſanitatem. Et earum cauſarum aliæ ſunt nobiſcum congenitæ, quæ & internæ dicuntur: ut eſt ſiccitas, quæ ætatis curſu ad interitũ ducitur. deinde aſsidua ſubſtantiæ fluxio, & excrementorum prouentus. alię uerò earum ſunt, quæ extrinſecus incidunt, ideoq; externæ nuncupantur: ex quibus quædam immutant quidẽ corpus, non tamen neceſſariò. Quæ uerò neceſſariò immutant, id faciũt ratione originis: ut eſt aer, ſiue id quod ambit: deinde cibus & potus, ſeu ea quæ aſſumuntur. eſt quoq; motus & quies tum uniuerſi corporis, tum ſingularum eius partium. accedit ad hęc ſomnus & uigilia: horum etiam

rum etiam eſt excretio & retentio, deniq; & animi perturbationes. Haſce partes rerum naturalium, ſi quis rectius attendat, Medicinam celeberrimam, & circa quam meritò homines occupari debeant, iudicabit. Si enim aerem perconteris, Medico attenta obſeruatione conſiderandus erit: primò quod eius euitādi nulla ſit ratio, ſed inuitis etiam nobis hauriendus, adeoq; quouis tempore præſentis cœli ſtatu utendum ſit: deinde, quòd natiuus calor ac ſpiritus eo ad ſui conſeruationē egeant. Hoc uel unicum Medici officium, patefacit totius Medicinæ encomium, neceſsitatē & utilitatem. Quis enim eſt, qui ſine aere uiuat, & quem malus aer non inficiat? ſanitatē ergo tueri ex Medicina oportet, & optimū aerem inde cognoſcere: nempe qui exquiſitè purus eſt, hoc eſt, qui nec ſtagnorum nec paludis halitu eſt infectus, nec ex profundo ſpecu peſtilētem auram ſpirat: nec qui ex cloacis quæ uaſtum aliquod oppidum aut numeroſum exercitū purgent, uitium contraxit: nec qui ex animalium, olerum aut leguminū putredine aut fimo coinquinatur: nec qui ob ſtagnum aut flumen uicinum nebuloſus eſt, nec qui editis undiq; mōtibus in cauo loco & ualle incluſus, nullum perflatum recipit. Pari modo ex Medico diſcēdus eſt & peſsimus aer, qui turbidus & nebuloſus exiſtit, & qui æſtatis maximè tempore, lacuum & paludū exhalationibus corrumpitur & inficitur. Hoc profectò magnum encomium Medicinæ eſt.

Præterea & cibi atq; potus uſum breuiter & magna cum utilitate enarrat. Cum enim tota animātium moles in perpetuo fluore ſit: nec ullum ſit temporis momētum quo non in aera diſsipentur corporis ſpiritus, humores ac ſolidæ partes, (niſi altera ſimili ſubſtantia pro ea quæ defluxit reſtituatur, qua detrimentoſum iſtud corporis defluuium expleatur) breui tempore euorabitur atque diſsipabitur uniuerſa. Contra hoc neceſſariū ac natiuum miſeræ mortalitatis malum, Conditoris prouidentia cibum & potum ubertima benignitate dedit. Quo fit, ut cibo ea pars ſubſtantię, quæ ſiccior effluxit, reſtituatur & ſarciatur: potione uerò, quicquid humidioris. Summo

igitur ſtudio annitendum erit, ut ex Medico diſcamus illos tantum cibos aſſumere, qui nos ſic alant, ut quo ad fieri poſsit, nos non lædant. Itidem faciundum eſt in exercitiorum generibus ac differentijs. nam magna hinc commoda oriuntur: quia corpora ſeſe exercitando conſequitur primò ipſa inſtrumentorum ex mutuo ipſorum attritu durities, deinde inſiti caloris augmentum, & ſpiritus citatior, uehemẽtiorq́ motus. Eadem ratione obſeruandus erit ex Medico ſomnus, qui nihil aliud eſt quàm animalium facultatum quies: cuius cauſa eſt ipſum cerebrũ. nam quãdo utiles uapores ex alimento in ſomno ſurſum feruntur, atq; in cerebrum exhalant, tum à cerebri frigiditate humores coacti & liqueſcẽtes, ſuauiterq́; defluentes, meatus ſenſuum & neruorum obſtruunt, ſomnumq́; accerſunt, qui animantibus ob ingentem utilitatem additus eſt: cuius & tempus, & forma decubitus, ac rationes diligenter ex Medicis diſcendæ ſunt: non minus ac πλεονεξία, ſine qua animantia eſſe non poſſunt. In ea conſideratur primùm qualitas nuda, citra ullum humorem: ut caloris exceſſus. deinde quantitas, partim cibi πλησμονὴ, nunc ad uaſa, nunc ad uirtutem: partim humorum in toto corpore, aut omniũ πλῆθος: nunc ad uaſa ſanguinea, bilioſa, pituitoſa, & melancholica: nunc ad uirtutem, aut unius, κακοχυμία. Eam ob cauſam quid uacuatio, & eiuſdem genera ac differentiæ: deinde in quibus morbis ſecanda uena, & quot ſcopi mittendi ſanguinis, quæ uena incidẽda, quo tempore, die, qua deniq; hora ſanguis mittendus ſit: & quæ ante uenæ ſectionẽ neceſſaria ſit præparatio. & quid eo tempore faciendum ſit, ac ſimilia, diligenter obſeruanda & diſcenda ex Medico ſunt. Et perturbationes animi, nempe παθήματα τῆς ψυχῆς, diſcenda: quæ nihil aliud ſunt quàm turbidi concitatiq́;, & auerſi à recta ratione animorum motus. Hæ inquam diligenter obſeruãdæ ſunt, ſiquidem corpus alterant: unde mœſtitia, ira, timor, uerecundia naſcitur, & præ mœrore uehementi & repentino mors ipſa accedit. ſicut & prę gaudio multi puſillanimes expirarũt, cuius rei uarijs authorũ monimentis teſtimonia extant: ſicut Diagoras, Chilon Lacedæ-

cedæmonius, & ſimiles præ nimio gaudio mortui ſunt.

Spero autem ex hac ſecunda parte Medicinæ encomium ſatis abundè conſtare: cuius utilitas quãta ſit, quantaq́ neceſsitas, uel lapidibus patet. Et ne quicquã ad texendum Medicinæ encomium ſaltem ex capitibus prætermittatur, ad eam partem deſcendo, quæ de rebus pręter naturam tractat.

Res præter naturam, ſeu affectus eſt, quę humani corporis naturæ omnino aduerſatur & cõtraria eſt. Hic affectus nonnunquam generatim ſumptus διάθεσις appellatur, pro omni eo à quo corpus noſtrum quomodolibet afficitur. & de multis dicitur rebus, utpote ſanis, ægris, neutris, & inanimis: nimirum cantu, harmonia, & oratione. afficitur deinde quiſpiam propriè, & magis contractè, quod ſumitur pro omni in id quod præter naturã eſt, imitatione. Ideo affectus præter naturam, cauſam, morbum & ſymptomata cõprehendit. Deinde ſunt quidam affectus propriiſsimè dicti, pro eo quod factum eſt ac permanet in re aliqua quæ patitur, poſtquam alterans quieuit. πάθος autem ſpeciatim, aſtipulante etiam Platone in Timæo, eſt motus rei quæ afficitur, uel omnis alteratio circa materiam, aut motus qui adhuc fit. In genere uerò ſumitur pro omni eo, quod præter naturam in corporibus noſtris generatur: partim cum per ſe, & nullo alio interueniente, pars aliqua corporis patitur: partim, cum alio interueniente. Hic excutiendæ ſunt diligenter cauſæ morborum, & eorum definitiones, partes & differentiæ diligenter expendendæ ſunt, & reliquę conditiones morborum, ſymptomatum, febrium. Nam hęc adeò neceſſaria ſunt, ut niſi quiſpiã in hac parte cauerit, ea quæ pręceſſerunt haudquaquam obſeruare poſsit. Potiſsimũ autem febrium diuerſitas, eiusq́ genera. nam in febri calor pręter naturam accenditur partim in ſpiritibus, & naſcitur ἐφήμερα ſimpliciter & citra adiectionem: partim etiam plurium dierum, quæ alio nomine ſynochus nuncupatur: partim in humoribus, & fit putrida. nam uel putreſcunt intra uaſa, cum omnes æqualiter putreſcunt, unde naſcitur acmaſtice, epacmaſtice & paracmaſtice: item

cum unus duntaxat putreſcit, & ſic erit συνεχής. Si enim putreſcit bilis flaua, fit tertiana cõtinua, καῦσος nominata: uel pituita, quotidiana continua: uel atra bilis, quartana cõtinua. Cæterũ quæ putreſcunt extra uaſa, pariunt intermittentem. quòd ſi putreſcat flaua bilis uel pituita, oritur ſincera & pura tertiana exquiſita: uel pituitæ miſta, tertiana ſpuria: uel dulcis, quotidiana intermittens: uel uitrea, unde epiala naſcitur. Vltimò, ſi putreſcat atra, oritur quartana intermittens. Tertium genus febrium eſt, ſi accendatur præter naturam calor in ſolidis, unde aut hectica aut maraſmus generatur. Hæc ſingula diligenter perpendenda ijs ſunt, quibus morbos uitare placet. Optarim etiam, ut Fuchij, doctiſsimi uiri, Inſtitutiones quilibet præ manibus haberet, qui in eo libro ſingula ſedulò & diligenter pertractat. quem cum ſemel atque iterum legerim, hoc encomium & de eius libro ſcriptum eſſe uolo.

Sequitur ea pars Medicinæ quæ indicia tradit, quę & integram & aduerſam ualetudinem luculenter demonſtrant: atq; adeò præteritorũ cognitionem, præſentium inſpectionem, & futurorum prædictionem cõtinet. Huc ſpectant Hippocratis libri de pręſagijs, Galeni libri de laborãtibus locis, de iudicijs, de diebus decretorijs, de differentijs febrium, de prænotione, de differẽtijs pulſuum, & de prædictione ex pulſibus. horum uerò utilitas & dignitas tanta eſt, ut nulla propemodũ alia Medicinæ pars ea dignior utiliorúe ſit. Siquidem latentes affectus præſentes dignoſcere, & quæ præceſſerunt tanquam præſentia eſſent cõmemorare, ac quæ poſt longum tempus futura ſunt prædicere, eſt quaſi diuinã artem profiteri. Deinde cùm ſanitatis, tum morborũ notas tradit, quæ Medicum quaſi in rem pręſentem ducũt, illicq; omnia iam dicta ob oculos ponunt. Cum itaq; ſine his notis nec ea quę ſecundum naturam in nobis ſunt conſeruare ac tueri liceat, nec imminentes morbos pręcauere, aut pręſentes profligare, ſummo ſtudio annitendũ erit, ut eam Medicinæ partẽ rectè perdiſcamus. Proderit enim ad id potiſsimum, ut cuiuſq; corporis partis, quę in alto corporis latet,

latet, adeoq́; ſenſum fugit, uitia dignoſcantur. Deinde, ut libentius pareamus Medicinæ, & magis admiremur, quę ea uitia quæ accidere poſſent, prohibeat, & nonnullorum magnitudinem arceat, ac ſingulis periculis rectiſsimè proſpiciat.

Reſtat ea pars, quæ legitimorum pręſidiorum admotione morbū propulſat, ſanitatēq́; reſtituit, & in ſumma rationē medendi docet. Hic aduertēda eſt indicatio, ipſa nimirum ſequentis ſiue agendi inſinuatio, uel ordinis repræſentatio, uel explicatio rei agendæ. Aduertenda eſt quoq; coindicatio, quę ſimul aliquid cum ea quę à rei natura ſumitur indicatione, indicat: ut ſunt uires, temperies corporis, ętas, anni tempus, regio, conſuetudo, & ſi qua ſunt id genus alia. Non eſt prętereunda contraindicatio, qua impeditur fieri quod ab indicāte primò ſuggeritur: ut ſunt quę contrariam indicationem habent. nimirū plethora, ſeu humoris multitudo, indicans eſt, quod eſſe uacuandum oſtendit: uirtus autem imbecilla contraindicans, ut quę uacuationi repugnat & reluctatur. Huius rei ſcopus eſt, id quod ſibi quiſque proponit, ſeu quod cuiq; eſt propoſitum: atq; tot erunt ſcopi, quot nacti erimus indicationes: nec multum refert, indicationem curationis an ſcopum dicamus. Hic item ſummopere aduertenda eſt natura, ſubiectum & morbus, tanquā id, circa quod omnis medendi opera uerſari debet.

Hactenus perueſtigatū eſt omne quod res naturales concernit: ut ſunt alimenta, cōplexiones, humores, membra, uirtutes & operationes. Huc ſpectāt libri de elementis Galeni, de temperamentis, de facultatibus naturalibus, de fœtus formatione, de ſemine, de placitis Hippocratis & Platonis, de adminiſtratione anatomica, de uſu partium humani corporis, & id genus alij: qui ob id Naturales uocantur, quòd de humani corporis natura tractent, & in ijs cauſæ conſtitutionis partium totius animalis & humani corporis aſsignentur. Enumerauimus quoq;, quæ ad ætatem pertinent, colorem, figuram, res naturales, res non naturales: quæ ad cibum, aerem, potum, ſomnū, uigiliam, exercitium, actionē, repletionem, operationem,

operationem corporis ſenſati, inanitionem, accidentia animæ, & quæ præter naturam ſunt, tum quæ contra naturam, morbum, cauſam & accidens. Huc referuntur Galeni libri de morborum & ſymptomatũ differentijs, & qui ſuperius enumerati ſunt.

Ex his Medicinę ampliſsimis partibus, quis eſt, aut eſſe poſsit, niſi prorſus demens, qui non debita ueneratione & Medicinam & Medicinæ cultores proſequatur? Nam quæ encomia multi magni uiri huic facultati attulerint, ſi enumerentur, nullum hominem puto fore qui non in ſtuporem cõuertatur. Nam ſi ad Arabes me contulero, ibi Auerroem firmũ & inconcuſſum, Auicennam diuinum & Platonicum deprehendam. Hiſce accedet Alchumazar, Alchochoden, Seuerianus, Bardezanes, Enſelaus, Haly, Pandulphus Colenutius, uiri artis & ſciẽtiæ medendi peritiſsimi, quorum ſinguli in ea facultate uſq; ad ſidera excelluerunt: ſi Hebræos conſulamus, à quibus omnis ſcientia manauit, habebimus Mechubalæos, Simeonem antiquũ, rabi Eliazar, rabi Iſmael, rabi Iodam, rabi Nachinan, rabi Salamon, Ionathan Chaldæũ, Achinam, Abraham Abnazera, Dattylum Hebræũ, rabi Leuibengerzan, rabi Chemoi, rabi Huillum, & cæteros magni nominis uiros apud Hebræos, qui Medicinam ſicut primi ſciuerunt, ita primi & maximè coluerũt. Sequuntur hos, omnes magi apud Perſas, philoſophi apud Græcos, ſacerdotes apud Aegyptios, gymnoſophiſtæ apud Indos, Apollonius Tyanæus, Auenzoar Babylonius, Indorum Brachmanes, ipſeq; Alchyndus, Abunazar Alpharabius, & magnus Auempace grauis & meditatus, unà cum Abubacher Arabe: qui omnes, præter Græcos & Latinos, Medicinæ eiusq; laudum fideles buccinatores fuerunt, & magnæ experientiæ doctiſsimi uiri. Prætereo quoq; Adelandum, Abazarem, Apponenſem, Alchabicium, Abenzagel, Auenrodan, Epheſtionem Thebanum Aegyptium, & quamplurimos multarũ linguarum & nationum eximios uiros, qui nunquam ſatis decantare laudes Medicinæ & Medicorum potuerunt. Quid igitur reſtat aliud, quàm ut ueſtigia tot tãtorumq;

uirorum

uirorum imitemur, & (ut Hemanuelis Hebræi uerbis utar) ferrum ſapientum ſedulò conſeruemus: quo neglecto, ut Paulus Florentinus inquit, negligitur oleum & opera: &, ut Luchinus ait, Fruſtra duximus dierum lineas, fruſtra item iuxta ſacerdotes Theſſali uiam paternam. Quid obſecro proderit, ſi totos dies luxu tranſigamus, & principum more (iuxta Lactantium) delectemur: morbum uerò, hoſtẽ & corporis & animi, nutriamus? Conſultò igitur tria Delphica præcepta nobis imitanda ſunt, & Heracliti haſta, atq; Homerica catena, quò etiam inuiti ad tãtæ facultatis ueſtigia, & ſinum deducamur. Appellere aũt non difficulter licebit, ſi Poſsidonij conſilijs, Galeni, Macrobij, Alpetragij, Materni & Theocriti paruerimus. parebimus autem tum demum, cum ea quę circa nos ſunt, & ſine quibus eſſe non poſſumus, (iuxta Epicteti optimi Stoici ſententiam) diligenter ac ſedulò curauerimus, & debito cultu ac reuerentia proſecuti fuerimus. Talis autem non minus Medicina diuinitùs nobis conceſſa eſt, ac ſuperiores ſciẽtiæ. Meritò igitur tanta encomia habet: & omnibus modis non modò honoranda, ſed & amplectenda eſt.

¶ Cæterùm ſi earum diſciplinarum, quarum hactenus encomia tractaui, fundamentum & cauſam quiſpiam rectius expenderit, fonteſq; & cauſas perſcrutatus fuerit, deprehendet eam partem diſciplinarum non minoribus laudibus eſſe afficiendam. Rectè igitur ad encomiũ philoſophiæ uenio, ipſum nimirum ſapientiæ ſtudium, & diuinarum humanarumq; rerum noticiam: cauſarũ & affectuum atq; uerborum, quibus hæ res continentur & explicantur, ſcientiam, quatenus humana ratio aſſequi poteſt: ad cognitionem inquam diuinarum humanarumq; rerum, cum ſtudio bene uiuendi coniunctam. Hæc ſiquidem cum ſit generalis omnium diſciplinarum cauſa, iure complectitur tam Theologicas quàm Iuridicas aut Medicas rationes. Si enim philoſophiam ſupernaturalẽ ſpectes, quæ & Metaphyſica, & Prima philoſophia nuncupatur, ex ea Theologiã promanare facilè colliges, quantum humana mens permittit. non enim de infuſa Theo-

logia, & reuelata per Meſsiam noſtrum benedictum, patriarchas, Prophetas & Apoſtolos (de hac inquã Theologia, quæ non humanis mentibus, ſed ſola miſericordia Dei nobis patefacta eſt, loquimur.) ſi philoſophiam naturalem inſpicias, ex ea & Medicinam oriri, tum quæ de anima pertractat, & Mathematicas quatuor, quas & doctrinales appellãt, intelliges. Si Moralẽ cõſideres, Oeconomicam & Politicam diſciplinas, Ius inde deriuari, non ineptè aſſeuerabis: ac poſtremô ueluti Methodum, qua relique ſcientiæ utuntur, rationalem philoſophiam commodè dices. Et ut ordine negotium cõtinuemus, paucis partes eius, unde encomiũ depromere liceat, aſsignabo.

Philoſophiæ pars alia eſt quæ Theoricam, & realem ac rationalem complectitur: illa quidem Metaphyſicam, Phyſicam & Mathematicæ diſciplinas continet: hæc uerò triuiales trahit. Alia deinde quæ practicam, tam actiuam, utpote Ethicam, Oeconomicam & Politicã, quàm factiuã, nempe artes operarias, quas & manuales & mechanicas uocant, cõtinet. De omnibus iſtis nobis tractare incũbit: quæ ubi more ſolito ad umbilicum (ut aiunt) deduxerimus, finẽ encomio imponemus, nihil dubitantes totam naturæ ſeriem, quæ & quanta ſint philoſophię encomia, quàm deniq; neceſſaria ac utilis ea ſit, patefacturam. Nam cum primũ Metaphyſicen ingrediere, ibi admiraberis ens, eiuſq; partes & paſsiones, ſubſtantiam, accidens, unum & multa, rem, uerum, ad aliquid, atq; bonum ipſum. Et quod ad ens attinet, uarias ac multiplices ipſius ſectiones deprehendes. nam aliæ ex natura rei deſumuntur, ut ſunt quę per ſe & per accidens dicũtur. aliæ ex natura rationis, ut ſunt quæ ſecundũ eſſe & ſecundum dici nuncupantur. alię ex antecedentibus, ut eſt ſubſtãtia & accidens. alię ex conſequentibus, ut ſunt quę in anima cõtinentur ratione intellectus, unde uerum prouenit: & ratione appetitus, unde bonum cauſatur. aliæ extra animam, partim reſpectiuè, ut ad aliquid: partim abſolutè, ut res: partim abnegatiuè, ut unum. Deprehendes item de rebus incorporeis ſupra naturam exiſtentibus: ſcilicet de Deo & ſpiritibus, pro captu humano, integram tracta-

tionem,

tion em. nam & numerum intelligẽtiarum inueſtigat, & cognitionem abſtractæ ſubſtantiæ, dum aſſerit ſubſtantiam conſiderari poſſe ſine accidẽtibus. Intellectus enim noſter ea ratione qua coniungitur ſenſui, in eadem ſubſtantia animæ conſiſtit, habens quid diuinum in ſe, eo quòd ſit immaterialis, ſimplex & incorruptibilis. unde & habetur ſcientia de re ſcibili, quorum genera in ente uno, multis, actu, potentia, neceſſario, poſsibili, finito, infinito, dependenti, independenti, perfecto, imperfecto, eodem & diuerſo, oppoſito & conuenienti comprehenduntur. Habetur etiam ſcientia per demonſtrationem: ſiquidem ſubiectum, partes & proprietates ſubiecti, & principia ſiue cauſas eiuſdem tradit. Metaphyſicæ igitur ſcientiæ encomiũ uel inde patet, quòd ſit ſcientia ſpeculatiua, inuenta propter ipſum ſcire, & non propter utilitatem temporalem, nec propter aliquod opus. Deinde eſt maximè libera: ſiquidem non ordinatur, nec reſpicit aliam, cum ſit ſuprema: nec indiget alia, quoniã ipſa eſt in ſeipſa. Præterea maxima eſt dignitas Metaphyſices, quòd non ſit humana poſſeſsio: quoniam natura hominum eſt multipliciter ſerua, propter ęgritudines, propter indigentiam exteriorum, propter nocumẽta illata ab extrinſeco, propter repugnantiam paſsionum, quibus omnibus impeditur & diſtrahitur à ſpeculatione præcipuè rerum diuinarũ. Poſtremò eſt honorabiliſsima: nam eſt ſcientia maximè diuina. ſiquidẽ tractat de diuinis, & conſiderat primas & uniuerſales cauſas, inter quas Deus eſt præcipua, deinde aliæ ſubſtantię ſeparatæ: & quoniam Deus ſolus eam maximè habet, ut inquit Albertus. Diuina natura in nulla parte ancillans, cognitionem à poſterioribus non accipit, ſed ex fonte & cardine cauſarũ omnium rerum, quæ eſt ipſamet, antea habens cõpoſita ſimpliciter, temporalia temporaliter, & immaterialia immaterialiter intelligens. Hinc eſt, ut meritò dea ſcientiarum & diuina poſſeſsio, Prudentia & Sapientia abſolutè dicatur. Et quoniam hæc ſcientia non acquiritur ab homine ſimplici intelligentia, ſed inquiſitione & diſcurſu, qui eſt motus intellectus, ſecundum Alexandrum: & quo-

niam hæc ſcientia non acquiritur ab homine ſimplici intelligentia, ſed inquiſitione & diſcurſu, qui eſt motus intellectus ſecundum Alexandrum: & quoniam in omni motu terminus à quo, eſt oppoſitus termino ad quẽ, ex primo Phyſicorũ. Terminus ergo in conſideratione Metaphyſica, eiusq; finis, eſt illud quod apponitur ei, à quo incœperunt omnes homines uenari contemplationes. Quod nihil aliud eſt, quàm ignorantia cauſarum & principiorum uniuerſi entis. unde & admirari ortum eſt. Legitimus ergo finis huius negotij eſt, cognitio cauſarum & principiorum totius entis. A' qua remouẽdi ſunt omnes qui nullam cauſam ponũt, aut qui ſolam materialem aſſerunt, uel qui huic efficientem duntaxat adiungunt, uel qui formalem ultra materialem & efficientem tetigerunt. Deinde omnes qui uiſi ſunt aliqua ratione & balbutiendo cauſam finalem ponere. Sequẽdi autem maximè ſunt, qui ueritatis conſiderationem partim quidem facilem, partim uerò difficilem proponunt. Metaphyſicam tamen propriè eam conſiderare ſtatuunt, ad quam ſpectant omnia genera cauſarũ, & prima principia demonſtrationis, quæ dicuntur cõmunes animi conceptiones: ad unam inquam iſtam ſcientiam pertinet conſideratio de omnibus ſubſtantijs, & accidentibus quæ cõſequuntur per ſe ſubſtantias, & diuiſim: in ea quoq; continẽtur omnes ſubſtantiæ ſeparatæ ſeu ideæ, ſecũdum principia magis & minus uniuerſalia, quæ inquirunt omnium indiuiduorum unius ſpeciei, ut omnium hominũ, unam ſubſtantiam, & omnium corruptibilium atq; incorruptibilium eadem principia, item unius & entis exiſtentiam, prout dicuntur ſubſtãtiæ rerum. Pari ratione numerum, corpora & ſuperficies, lineas & puncta, ea ratione qua dicunt ſubſtantiam rerum partim ſenſibilium, partim inſenſibilium: inquirit deinde præter res ſingulares, ſenſibiles, & præter magnitudines, Mathematicas ipſas formas: id eſt, ideas ſeparatas. & quo modo prima principia ſint, aut in actu aut in potentia, quomodo uniuerſalia uel ſingularia, indagat. Subiectum deinde circa quod uerſatur, & principia cõplexa ſcrutatur: primum principium
ponit,

p onit, ueritatē in apparentia deſtruit, medium inter contradictoria aufert, multiplicia ſignificata terminorū ſignificantium principia entis aſsignat: & eius termini, ens, & paſsiones entis, ac nomina ſignificantia cauſas entis, ſubiectum ſuum ſtatuit. tandem entis modos obiter tangit: excludit ens per accidens: excludit ens uerū quod dicitur in anima, & ſolū ens reale per ſe, & quidem uniuerſale, circa quod uerſatur, approbat: & quomodo de ſubſtantia tractandum, & cur ſubſtantia ſenſitiui prius determinanda ſit, & id quod quid eſt quomodo conſtituatur, & cuius generis ſit: unde eſſentia, & an una: & cur uniuerſalia non ſint ſubſtantiæ, nec à ſingularibus ſeparatæ: & cur id quod quid eſt, cauſa & principiū dicatur. Quomodo item materia & forma inſint ſubſtantiæ ſenſibili, ut principia intrinſeca conſtitutiua: & quæ conſiderari debeant à primo Philoſopho de forma, adeoq; de materia. tum demum conſiderat cauſam unionis earum ad inuicem, cur de potentia & actu, de uno ſecūdum ſe, & in ordine ad multitudinem, de contrarietate, de medijs contrariorum: & quomodo quædam contrariorum differūt ſpecie, quædam numero, quædam genere, tractat. Vltimò, pertractatis ente & ſuis partibus atq; proprietatibus, inquirit primas & uniuerſales entis cauſas, utpote intelligentias quę motu cœli cauſant inferiora, & Deum glorioſum, qui eſt totius entis prima & uniuerſaliſsima cauſa: atq; ut cognoſcatur utilitas & ſupremum ſcientiarum encomium, cuius inprimis Metaphyſica particeps eſſe debet. hæc paucis de Metaphyſicis dicta ſufficiant.

Phyſica uerò, quę encomia ſecum adferat, uel ex Medicina patet, & Mathematicis diſciplinis, quæ & naturalis philoſophia nuncupatur, diſſerens de Naturæ rebus corporeis: hoc eſt, de ente naturali, ſiue corpore mobili, quatenus eſt motui uel mutationi obnoxium, tanquam de eius rei materia ſeu argumento, quod alij ſubiectū uocauere rerum naturaliū, naturalis philoſophus rectè diſſerit. Et primū quidem de principijs uniuerſalibus: nam uarię ſunt opiniones philoſophorum de principijs. Quidam enim unum ſtatuerunt, partim quidem immobile,

ſicut Parmenides finitum, & Meliſſus infinitum: partim mobile, ut Heraclitus ignem, Diogenes aerem, Thales Mileſius aquam, Leucippus medium inter aerem & aquam. Quidam uerò ſtatuerunt plura principia, partim finita, ut Plato conſtituens magnum & paruum: deinde Ariſtoteles, materiam, formam & priuationem: & Empedocles quatuor elementa. partim infinita: ut Democritus, qui poſuit infinita atomalia corpora, eiuſdem tamen rationis & ſpeciei, differentia, figura, poſitione & ordine: deinde Anaxagoras, dicens omnia latuiſſe prius in confuſo chao, diuerſarum rationum & ſpecierum. Secundò naturalis Philoſophus diſſerit de cauſis rerum naturalium & effectibus, de paſsionibus ſeu affectionibus, de proprietatibus, & de accidentibus. Nam quod natura ſit principiũ & cauſa motus & quietis in re naturali, cui primùm per ſe, & non ſecũdum accidens ineſt, oſtendit: atq; officium naturæ, ſua nimirum ſponte materiæ inducere formam naturalem: & forma priori corrupta, eidem materiæ rurſus aliam formam indere: tum etiam res naturales ex natura conſtare, quæ artificiali opponitur, & res non naturales, resq; contra naturam & præter naturam. oſtẽdit item, quomodo Phyſicus in materia ſenſibili res naturales, quomodo item Mathematicus cõſideret. quid cauſæ per ſe, & quid per accidens, ut eſt fortuna & caſus. Hiſce annectuntur & quid fatum, & quid prouidentia Dei ſit, quo ad ſtatum cauſarũ. Deinde ipſæ paſsiones & affectiones, proprietates & accidentia conſiderantur ex motu inſtantaneo, ſubito & ſucceſsiuo, ex infinito, loco, uacuo, tempore, generatione, corruptione, augmentatione, alteratione, diminutione & loci mutatione, ſecundum qualitatem, quantitatem & ubi. item de quiete naturali, animali, & uiolẽta, de linea, ſuperficie, corpore, de diuiduo & indiuiduo, de comparatione motuum ad motores & mobilia: de primi motus, primi motoris, & primi mobilis perpetuitate & unitate, diſputatur. Tertiò, de cœlo atq; mũdo, & eius partibus, ſcilicet de corpore mobili ad ubi, ſeu de motu locali cœli & quatuor elementorum diſputatur: definiendo cœlum eſſe corpus ſimplex, ſphæri-

ſphæricum, perpetuò mobile actu cum plurimis ſphęris, ſtellis ac aſtris pulcherrimè inſignitum, cælatum & ornatum. Mundum uerò eſſe ſubſtantiam corpoream, cõplectentem ordine ſuo cœlum ac terram & eas naturas quæ in cœlo & terra continentur: qui nunc uniuerſum, nunc uniuerſitas ob capacitatẽ appellatur: cuius Deus eſt uerisſimus opifex, creator & ſaluator, eiusq; finis ipſa gloria Dei, & cõmoditas hominum. atq; effectus ipſius eſt, ut ſuis lationibus & influentijs hæc inferiora moueat & uegetet. Hic tractatur de corpore mobili ad ubi, ſcilicet de natura motuq; locali cœli & quatuor elementorum, tãquam de eius rei materia: & primũ quidem de uniuerſi mundi machina in genere, & de eiuſdẽ integritate: deinde quoq; de finito & unitate atq; perpetuitate, quod corpus magnitudo perfecta ſit: & numerus ternarius quoq; perfectus, & quod totus mundus ex quinq; corporibus ſimplicibus cõflatus ſit, & de tribus motibus ſimplicibus ſecundum locum, & de mixtorum motu: quodq; cœlum corporeum, ſempiternũ, & omniũ primum ſit. De mundi quoq; duratione, unitate, & quòd extra eum nihil ſit, tractatur: deinde quòd moueatur ſine fatigatione & pœna, & quòd in eo ſint omnes poſitionũ differentiæ. Quis deniq; polorũ ſurſum, quis deorſum feratur, item de pluralitate corporum & motuũ cœleſtium, de motu planetarum & zodiaci, de figura ſphærica, de uno motu regulari, de aſtris, de lumine ſolis, de ſcintillatione, de ſono, de ſitu, de ordine ſphærarum, de magnitudine, de differentia temporum, de eclipſi: de terræ ſitu, figura & quantitate: de quatuor elementorum natura, figura, ſitu & ordine, de grauitate & leuitate agitur. Quartò, de elementorum ad inuicem, ad formam aliquam tranſmutatione: hoc eſt, de rerum naturalium mutua generatione & corruptione diſſeritur. nam cum uniuerſæ naturalis Philoſophiæ ſubiectum ſit ſubſtantia corporea, uel corpus mobile, quatenus eſt motui uel mutationi obnoxium, ut dictum eſt: in philoſophia naturali non ſolum tractatur de rerum naturalium principijs, & de his quæ principijs ſunt connexa, atque quæ ex eis oriuntur, ſed

etiam

etiam de mundo, qui mouetur quidem ſecundum partes, atq; alteratur. Hic ergo tractatur de generatione & corruptione, ſeu corporum ſimplicium tranſmutabilitate: docetur quid generatio, quid corruptio, alteratio, augmentatio, diminutio, loci mutatio ſit: & de his quæ requiruntur ad huiuſmodi motus, ſcilicet de contactu, actione, paſsione atq; mixtione: deinde de natura generabilium & corruptibilium, deq; elementorum tranſmutatione, & de cauſis tranſmutationis eorundem agitur.

Quintò de mixtorũ imperfectorum generatione, ſeu Meteoris, ſeu de ijs quæ in ſublimibus generantur, diſceptatur: & quidẽ nominatim de corporibus perfectè mixtis inanimis uidelicet, de metallis ſiue mineralibus. Meteorum autem eſt corpus compoſitum, imperfectum, ex uapore & exhalatione effectum, in aere plerunq; apparere ſolitum: quorum alia ſunt flammea, ſeu ignea, ut ſtipulæ, æges, dali, ſidus uolans, cometes, phantaſmata, hiatus, illuminationes ſerotinæ, uorago & colores: alia ſunt aquea, ut pluuia, ros, pruina, nix, item grando, fontes, flumina & mare: alia ſunt aeria, ut uenti, terræmotus, fulmina, tonitrua, ecnephias, typhon: & quædã radiorum apparitiones, ut halon, iris, uirgæ & parelij. alia ſunt terrea, ut aurum, argentum, cuprum, ſtannum, plumbum, ferrũ, orychalcum, & reliqua metallaria, lapideſq; quæ in terra ex concreto generantur uapore. Hic quoq; additur de operationibus quatuor qualitatum primarũ, actiuarum & paſsiuarum, tractatio. Sextò, de animæ natura, partibus, uiribus ſeu potentijs eiuſdem, deq; animæ rationalis immortalitate diſputatur. Huc ſpectant libri Ariſtotelis de animalibus, uegetabilibus & plantis, parua naturalia quoq;, in quibus de animæ potentijs & operationibus ſpeciatim agitur. Anima autẽ eſt actus primus ſubſtantialis corporis phyſici, organici, uitam habentis potẽtia: deinde anima quoq; eſt principium primum, quo uiuimus, ſentimus, mouemur & intelligimus. Vnde patet, diuerſas eſſe potentias animæ: prima eſt uegetandi, alendi, augendi, minuendi & generandi. cuius obiectum eſt alimentum, ſpecies ſenſibilis: organum uerò, totũ corpus: operatio,

operatio, deinde alitio, auctio, minutio & generatio, atq; gradus ipſius uegetatio. Deinde ſequitur potētia ſentiendi: partim exterior, utpote uidendi, audiendi, guſtandi, olfaciendi, & tangendi: quorum obiecta ſunt, color, ſonus, ſapor, odor, & qualitates tactiles: & organum eſt totum corpus, neruus opticus, myringa, lingua, nares, & totum corpus: operationes autem ſunt, uiſio, auditio, guſtatio, olfactio, & tactio. partim interior, nimirum imaginandi, cogitādi & memorandi: horum obiecta ſunt ſenſibilia, propria & cōmunia, phantaſmata, bonum conueniens ſenſui, & bonum arduum: organa uerò ſunt, interior uentriculus, medius & poſtremus: operationes autem, imaginatio, cogitatio & memoria, & gradus ſenſatio. Sequitur iſtam potentia appetendi, ut cupiditas, ira & uoluntas. horum obiecta ſunt, bonum, honeſtū, utile, & delectabile: organa, iecur, cor, & cerebrum: operationes ſunt, cupiditas, ira & uoluntas: & gradus, eſt ipſe appetitus. Sequitur item potentia mouendi, quæ cōſiſtit in progrediendo, uolando, nando & ſerpendo. horum obiectum eſt bonum, cōmodum, cōſequendum: organum uerò, muſculi & nerui: operationes aūt, progreſsio, uolatus, natatio & ſerptio: gradus, eſt ipſe motus. Vltima animi potentia eſt intelligendi: quæ cōſiſtit in cōponendo, diuidendo, ratiocinando, contemplando, & ſimiliter apprehendendo. huius obiecta cōſiſtunt in propoſitione intelligibili affirmatiua, in propoſitione negatiua, in mente, in argumentatione, in demōſtratione neceſſariorum, & in ſimplicis apprehenſione: organum horum eſt cerebrum, ſiue cor: operationes autem, compoſitio, diuiſio, ratiocinatio, cōtemplatio & apprehenſio: gradus eſt, ipſa intelligentia. Hinc non eſt obſcurum candido Lectori, encomium naturalis Philoſophiæ. habet enim ob oculos poſitas omnes partes corporum, de quibus naturali philoſopho tractare incūbit. Itaq; & utilitas magna in hac parte philoſophiæ cōtinetur, & magnam laudem ab omnibus requirit. Nam præter corpora, & corporum naturam, ut dictum eſt, & Medicinam producit, & tractatū de anima, & Mathematicas quatuor: tum quæ ex

eis oriuntur:utpote Aſtronomiã,quæ de quantitate continua & mobili, de ſphæra ſeu circulis maioribus & minoribus,zodiaco,ſigno,gradu,minutis,ſecundis,tertijs, de auge,de hypogęis,de eccentricis & cõcentricis ſphæris. Hinc aſtrologia deriuatur,figuræ cœli, planetæ, & theoricæ planetarũ,aſpectus,obſeſsiones, capita & caudę,interſectiones imaginariorum circulorum,exaltationes, aſtrologorũ trigoni & trigonocrateres, atq; ſignorum ſexus,facies, termini, dodecatemorij, Babyloniorũ nouennij,monomerij, gradus fœminei, lucidi, tenebricoſi, & ſimiles:horæ initiales, & directiones. Hinc inquã oriuntur genituræ,imagines & ſigna, natiuitates, horoſcopia, initia urbium, regnorũ, factionum,legum: item loca planetarum,eorumq; motus,anni inęqualitas,& ſolis declinatio, diſtantia capitis arietis octauæ à capite arietis nonæ, & ab auge ſolis, & multa alia, ex naturali inquam philoſophia & geometria dependent,quę tractat de punctis, linea, angulis, figuris,quantitatibus, centro, capacitate, lõgitudine,latitudine,profunditate,planicie & ſoliditate. Hinc quoq; promanat arithmetice ars: & ſub hac philoſophiæ parte continetur,quæ differit de numero abſoluto, utpote unitate,, & numero pari atq; impari,articulo, digito, numero item compoſito & ſpeciebus numeri:quę ſunt,numeratio,additio,ſubtractio,mediatio,duplicatio,multiplicatio,diuiſio,progreſsio,radicum extractio cubica & quadrata. Hanc numerorum diſciplinam comitatur & Muſica,ipſa nempe canẽdi ratio, tractans de melodia,altitudine, infinitate, mediocritate, longitudine,breuitate, groſsitudine, gracilitate, ſubtilitate:item de proportione uocalium, de accentibus conſonantium, apotome,dieſi,tono, ditono,diateſſaro, diapente, diapaſo, epitrito, hemiolio, duplari, triplari, & quadruplari,atq; epodogo, & concordia. Hæc dicta ſint de parte naturali Philoſophiæ.

Cęterùm moralis philoſophia,quę ad practicam actiuam refertur, eſt, quæ de moribus, uitaq; hominum tractat. Socias habet œconomicã, rei domeſticæ gubernationem edocentem: & politicam,reipub.adminiſtratio-

nem dirigentem, de qua ſuperius in iure ſatis abũdè cum diſſeruerim, ſuperuacaneum eadem hic tractare exiſtimaui: breuiter tamen, quæ uirtutes ipſas concernunt, attingam. Virtus ergo eſt habitus electiuus, in mediocritate conſiſtens, ea quæ ad nos eſt, definita recta ratione, & ut definierit ipſe ſapiens: cuius officium eſt, iudicare quid agendum ſit, aut fugiendum. Ideoq; uirtus eſt habitus, qui inclinat uoluntatem ad obediendum rectę rationi, & efficit mediocritatẽ in effectibus & actionibus. habitus autem electiuus idem ſignificat quod ſciens, ſuſcipiens, aut agens aliquid iudicio, ſtabili animo, & conſultò: quo fit, ut uirtus moralis ſit uoluntaria, unà cum uitio atq; actionibus: & quòd in dolore & uoluptate uerſetur. Habitus aũt alius eſt corporalis, qui fundatur in corpore, ut in ſubiecto: ſicut agilitas, pulchritudo, & palæſtrica. alius eſt ſpiritualis, qui conſiſtit in anima: partim concreatus, ut habitus angeli, ſicut ſcientia illis concreata: & habitus primorum principiorũ, ut ſyndereſis: partim infuſus, ut fides, ſpes & charitas: partim acquiſitus. & hic aut moralis, ut uirtutes morales, & uitia ipſis oppoſita: aut intellectualis, nunc practicus, cuius finis eſt opus, ut ars & prudentia: nunc ſpeculatiuus, cuius finis eſt ſcire, ut intellectus, ſcientia & ſapientia. Hinc eſt, ut duo genera uirtutum, ſecundum duplicem animę receptionẽ, ſint: aliæ quidem intellectus ſeu mentis, ut ſunt uirtutes intellectuales, utpote ſcientia, quę eſt omnis habitus contemplatiuus, ſpeculatiuus atq; theoricus: deinde ſapientia, quæ eſt ſcientia & intellectus eorũ quæ honorabiliſsima ſunt in natura: ſequitur intellectus ipſe, nimirũ habitus principiorũ. Principia aũt ſunt, quæ cum aliter ſe habere non poſsint, per ſeipſa, & non per alia fidẽ habẽt. Ars deinde eſt habitus circa ea quæ aliter ſe habere poſſunt, uera cum ratione factiuus. Vltimò, prudẽtia eſt habitus circa hominis bona & mala, uera cũ ratione actiuus, deliberationẽ ſeu bonã conſultationẽ, ſagacitatẽ & ſententiam cõprehendens. Porrò quę alterã partẽ animæ cõcernũt, quę appetitus & reliquas morales uirtutes cõplectitur, quarũ unaquæq; circa propriũ obiectũ, ſic fortitudo

uerſatur circa timores & fiducias,tanquã paſsiones:temperantia circa guſtus & tactus,uoluptates & triſtitias:liberalitas circa dationem aut acceptionem pecuniæ, quæ eſt bonum fortunæ : magnificentia circa honorabilia & magna dona,quæ etiam fortunæ bona ſunt:magnanimitas circa honores,inhonorationes, fortunæ proſpera ac aduerſa, quæ itidem fortunæ bona ſunt & mala : modeſtia eſt circa mediocres honores, qui bona ſunt externa & fortunæ : affabilitas circa uoluptates & dolores congreſsionum humanarum,quæ ſunt affectiones:manſuetudo circa iræ exceſſus & defectus, quę eſt paſsio animi: ueritas conſiſtit circa hominum ſermones : iuſticia circa negotiationes ad alterum, ut emptiones & uenditiones & diſtributiones : comitas circa ludorum delectationes: amicitia uerò circa utilia,delectabilia & honeſta in hominum cõmunionibus. Manifeſtum ergo eſt,omnem uirtutem moralem uerſari circa perturbationes affectusq́; & circa fortunę proſpera & aduerſa. Hęc pro encomio uirtutum, quæ ſeipſas celebrant (nec enim aliud quippiam celebrari poteſt, niſi per ipſas) adiunxiſſe ſufficiat.

¶ Reſtat nunc ultima Philoſophiæ pars, utpote Rationalis,quæ complectitur Grammaticam, nimirum rectè ſcribendi recteq́; loquendi ſcientiam:quę conſiſtit in literis, ſyllabis, dictionibus, utpote nomine, pronomine,&c.& recta locutione,oratione nimirum,& conſtructione. Vnde & proſodiaca ratio oritur, & reliqua quæ ſuperius Epiſtemon cum Philomuſo commemorarunt. Cõprehendit hæc pars quoq; Dialecticã, de quocunq; themate certam diſſerendi facultatem.hæc uerſatur circa ens,rationes,terminos,categoremata,ſyncategorematicas diſcretiones ueritatis,item circa orationem & propoſitionem,ex quibus ſyllogiſmi & cæteræ argumentationis ſpecies unà cum locis naſcũtur. Deinde & Rhetoricam cõplectitur, ipſam nimirũ ſcientiã bene dicẽdi, quæ uerſatur circa ſelectas formulas uerborũ, materiã, finem, inuentionem, locutionem,motionẽ uolũtatis ad finem, memoriam & pronunciationẽ. Haſce partes rationalis Philoſophiæ ulterius proſequi non erit neceſſariũ:quandoquidem

doquidem hæ uſqueadeò omnib. perſpectæ & in promptu eſſe debẽt, ut niſi quis in hac palæſtra uerſatus fuerit, earum ſciẽtiarum encomia, quę hactenus cõplexus ſum, nequaquã intelligat, aut ſatis infœliciter ibi uerſaturus ſit. Qui uerò hanc rationalẽ philoſophiæ partem didicerũt, ſatis abundè eis conſtare puto eius encomia & utilitates.

Enumeratis igitur his quę ad Theologiam ac iuriſprudentiã, quę deinde ad Medicinam & Philoſophiã pertinent, nemini non cõſtabit encomiũ ſcientiarũ, & immenſa harũ facultatũ utilitas, quam inde ab initio omnes uiri præſtantes & coluerũt, & admirati ſunt. Quũ enim præter Ambroſiũ, Origenẽ, Hilariũ, Auguſtinum, Euſebiũ, Chryſoſtomum, Clementẽ, Hieronymũ, Albertus, Cheryllus, & alij magni nominis uiri in Theologia, eſſentiã diuinã perſenſiſſent, eiusq; attributa uitã hanc, actus, formas, relationes, articulos, recepta, ſigna, cognitionem, amorem, laudem & fruitionẽ, teſtãtur apertis ſcriptis, immenſam Dei beneuolentiã intellexiſſe, dum hęc & tanta beneficia à Deo in humanum genus collata uiderunt. id quoq; Græci omnes, Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, Cicero, aſtruũt: dum hominẽ Microcoſmũ appellãt. idq; ſanè non alia ratione factũ eſt, quàm quòd hominẽ ad omnes res aptũ & idoneũ deprehenderunt: omniumq; rerũ proportione quadam capacẽ eſſe, non ſecus ac maiorem mũdum obſeruarũt. Idem aſſerunt Brachmanes Indorũ, & Mechubalæi, cum humorẽ & calorẽ radicalẽ homini non defuturũ in uita ænigmaticis & ſubobſcuris rerũ indicijs ſignificarũt: quaſi dicerent, ſemper ineſſe humanis mẽtibus à natura igniculũ, ad res magnas & præclaras capeſſendas. Nec abſimile eſt illud Hebręorũ, quod tradũt de Hochma, id eſt, ſapientia: & Zechol, id eſt, intellectu: ęquantes purã hominis mentem, mentibus angelorum. Quod uel ex primo parẽte, dum in ſtatu innocẽtię uerſaretur, abundè ſatis patet: qui iuxta propriam naturã, unicuiq; animaliũ differẽtia nomina impoſuit. unde manifeſtum indiciũ eſt, Deum homini cõtuliſſe ſuã ſimilitudinẽ in ſua imagine, ut ſit quaſi alter Deus in terris, cui & ſubiecta erant uniuerſa animãtia quæ ſub cœlo & ſub terra

eſſent. Accedũt ad hęc & Babylonij quamplurimi, ut & Auenzoar, Abelzagen, Auenrodã, & reliqui uiri peritiſſimi, dum proportionẽ ipſius eſſe, uitæ, ſenſus, imaginis & intellectus fabricant: oſtendẽtes, nihil eſſe in rerũ natura, cum quo non habeat aliquid cõmune homo. Idem ſentiunt omnes Arabes, præter Auerroẽ & Auicennã, Abumazar, Ieber, Theon, & reliqui, dum cõſiderarunt intellectum à ſe incipere, & ad ſe reflecti: iudicarunt cõfeſtim, intellectũ humanũ habere proportionẽ infiniti: ſignificantes, iuxta Algazeri ſententiam, nihil eſſe quod ſuperi hominib. denegaſſent, quod ad perfectionẽ humanam pertineret. Hinc illuſtriſsimi Comitis ſententia, ut uera & indubitata ſuper omnia eminet, qui inquit in Apologia, Neminẽ poſſe ex omnibus Academijs unã rectè legiſſe, qui omnes prius familiariter nõ agnouerit. Non miraberis igitur lector cãdidiſsime, quòd hoc ſcientiarũ Encomiũ, uelut epilogũ mearum lucubrationũ adiecerim. Imitor enim in ea parte, pręter eos quos cõmemoraui, in primis Pythagoram, & omnes antiquos, apud quos hoc obſeruatũ eſt, ut omne ſcriptorũ genus euoluẽtes, nullas (quas poſſent) cõmentationes illectas præterirent. Sequor item Ariſtotelẽ, qui eam ob cauſam & lector à Platone nũcupatus eſt: potiſsimũ aũt imitor diuinũ & cum admiratione dignũ Mirandulanũ illud ingeniũ, cuius me hactenus non pœnituit, & in poſterũ haudquaquã pœnitebit. Quid'nam ex hac collatione plurimarũ ſciẽtiarum cõſecutus ſim, adhuc iuuenis exiſtens, tuo iudicio cõmitto. Abũdè interea bene noui, quàm mihi curta ſit ſupellex: in magnis tamẽ, iuxta Poetam, & uoluiſſe ſat eſt. Vbi uerò & tu idipſum expertus fueris, cõfido plurimùm tibi profuturum. Quare quiſquis es lector humaniſsime, rem penitius inſpice, ac expende: ſentẽtiam certè noſtrã non improbabis. Hortor ergo omnes, ne intra unã porticum aut Academiã ſe cõtineant: in unaquaq; enim familia eſt aliquid inſigne (ut antè dictũ eſt) quod nõ ſit ei cõmune cum cęteris. Imò cauendũ eſt, cũ alicui de pluribus rebus ſit dicendum, ne ſi priuati dogmatis defenſor ſit, reliqua poſthabeat, illicq; uideatur obſtrictus. DIXI.

SOL SIGNATVS BOZNENſis Lectori S.

Solet plerunq; diligenter ac ſedulò alicuius authoris, præter mores & uitam, maximè patriæ atq; familiæ inquiri. Quare uel propter eos qui nobilitatem in crapula & luxu collocarunt, tibi Lector humaniſsime ſequentia diplomata Regum, & Academiarum ſenſa ſubiunxi: unde non difficulter intelliges, & originem Scalichij, & ingenium. Vale.

DONATIO S. BELAE REGIS.

BELA Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Galliciæ, Ladomeriæ, Clumaniæq; Rex, omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis & lecturis, Salutem in eo per quem reges regnant, & principes dominantur. Regiæ ſublimitati conuenit, omnium nationum pariter & linguarum gentes, ſibi deuotè adhærentes, taliter prouidere, ut alij ſuperuenientes, eorum exempla imitantes, ad fidelitatis opera exercenda feruentius euocentur. Pro eo, ad uniuerſorum tam præſentationem quàm futurorum noticiam, harum ſerie uolumus peruenire: quòd cum humani generis ſordidis ſceleribus præualeſcens multitudo inæſtimabilis, rabidæ gentis Tartaricæ, Nos, unà cum fidis & dilectis primatibus noſtris, extra monarchiam noſtram, uſq; ad littora Ponti atrociſsimè perſequentes, in quandam inſulam maritimam repulentes cohercisset, de qua etiam ut nos unà cum gente noſtra extrahere ſatagentes, ubi in conflictu certaminis inter noſtros & ipſos Tartaros, ſtrenuiſsimi uiri Philippus & Bartholomæus Scalich, de Lika natione, per eorum ſtrenua certamina, quoſdam primates ipſorum Tartarorum, ſequaceſq; eorum captos, coram nobis offerre, alios uerò diræ necis exterminio necare, militaſſent: ubi etiam crebra ſtigmata & grauia ſuſtulere.

Quorum

Quorum ob meritũ, donec latiori eiſdem prouideamus retributione, ipſos Philippum & Bartholomæum Scalich de dicta Lika, eorumq́ hæredes & ſucceſſores uniuerſos de conſilio fidelium noſtrorum Primatũ, uniuerſis iuribus, gratijs, honoribus & inſignijs, quadraturę uidelicet cornuum ceruinorũ, & ſignaculorũ Solis & Lunæ, cum ornatura noſtræ coronæ & ſolennium liberalitatum regni noſtri Hungariæ prærogatiuis participes & cõmunes inſtituimus & facimus, atq; in conſortium & cateruam ac numerum commilitonum noſtrorum locamus, locumq́ eis, ipſorumq́ hæredibus & poſteritatibus conferimus. Eiſdemq́ inſuper caſtrum Ekrad, in noſtro regno Croatiæ habitum, per defectum ſeminis ad Maieſtatem noſtram nunc deuolutum, cum omnibus eiuſdem caſtri pertinentijs, quouis nominis uocabulo uocitatis, iuribus, uſibus & fructuoſitatibus ad dictum caſtrum ab antiquo de iure ſpectantibus, & pertinere debentibus, perpetualiter & irreuocabiliter damus & conferimus. Item in alio loco totam terram ex utraq; parte Hun. ſimiliter cum omnibus pertinentijs & fructuoſitatibus uniuerſis. Imò dedimus, donauimus & contulimus ipſis, eorumq́ hæredibus uniuerſis, iure perpetuo & irreuocabiliter, tenentes & poſsidentes pariter & habentes, & quomodocunq; uoluerint diſponẽtes. Præſcripta autem ſingula per nos præfatis Philippo & Bartholomæo Skalich, pro tantis famulatibus eorum clemẽter indulta & remunerata, uniuerſos & ſingulos ſucceſſores noſtros fœlices Hungariæ Reges, in Chriſto Rege ſempiterno deuotiſsimè obſecramus, ne contemnant, nec tranſgrediãtur: quinimo rata tenere & accepta obſeruare dignentur, uigore præſentis noſtræ paginæ. Vt igitur præſcriptarũ gratiarum & donationũ & liberalitatũ pręrogatiua perpetua firmitate ſolidẽtur, præſentes conceſſimus eiſdem duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datis iuxta Boznã per manus diſcreti uiri, Magiſtri Farkaſij Albenſis eccleſiæ electi, & Aulæ noſtrę uicecancellarij dilecti & fidelis noſtri, Anno gratiæ 1263, Regni autem noſtri anno 24.

CON-

CONFIRMATIO S. IMPERATORIS CAESARIS FERDINANDI.

NOS itaq; FERDINANDVS diuina fauente clementia, Romanorum, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slauoniȩ, Ramæ, Seruiæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Clumaniȩ, Bulgariȩq;, &c. Rex, ſemper Auguſtus, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Qui inſtar bonorum Principum benemeritis condigna prȩmia rependere nouimus, fidelis noſtri D. Pauli Scalichij de Lika, &c. allecti uirtutibus, eum noſtra ſpeciali gratia, noſtroq; peculiari ſtudio, fauore, gratia atq; munificentia dignum iudicauimus. Non enim contentus maiorum & progenitorum ſuorum eminenti ac ſplendidiſsima gloria, quam olim à dicto ſereniſsimo Bela Rege ſtrenuis ac fortiſsimis, & in ipſo Principis conſpectu contra immaniſsimam & fœdam Tartarorum gentem editis certaminibus, ſumma cum laude & uirtutis prȩſtitȩ brauio conſecuti fuiſſe dignoſcuntur: gloriam uirtute militari partã, Philoſophiæ & optimarum artium exacta inſigniq; cognitione clariorem facere, ſuamq; gentem & familiã rerum alioquin militariũ fortiſsimis geſtis iam inde ab antiquis temporibus claram, coniuncta militiæ ſumma excellentium quarumcunq; diſciplinarum eruditione, nobiliorẽ reddere, alijsq; multijugæ uirtutis ad aſtra tollere curauit. Ab ipſa enim infantia humaniorum liberaliumq; artium deditus ſtudio, paucorũ annorum curriculo perfecit, ut peragratis uariorum regnorũ celebrioribus & inſignioribus Academijs, fœliciſsimi ingenij ſolertia ac animi irrequieti induſtria, continuaq; diligentia difficiliorum, & inter alias præcipuas quaſq; diſciplinas excellentiorum artium cognitione ad unguem, & ultra præteriti ſeculi hominum induſtriam & acumen cõſecutus, à doctiſsimis & inſignibus uiris, magnis in re literaria titulis & honoribus condecorari meruerit. Quarum quidẽ uirtutum ſuarum fama ad aures noſtras Regias perlata, pro

primo declarandæ noſtræ erga eum gratiæ ſtudio (non poteſt enim nobis non niſi gratiſsimus & acceptiſsimus eſſe) donec uberiore eum proſequamur clementia, Sereniſsimi quondam Belæ Regis Vngariæ, &c. prędeceſſoris noſtri piæ memoriæ literas, quas nobis prænominatus D. Paulus, &c. exhibuit & pręſentauit in pergameno priuilegialiter confectas, ſigilloq; eiuſdem duplici & authentico impendenti cõmunitas, non abraſas, non cancellatas, neq; in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus uitio ac ſuſpicione carentes, præſentibusq; literis noſtris priuilegialibus, de uerbo ad uerbũ ſine diminutione & augmento aliquali inſertas, quo ad omnes earum clauſulas & articulos, ratas, gratas & acceptas habentes, acceptamus, approbamus, roboramus & ratificamus, ac pro ſæpe dicto D. Paulo, ac ſui cauſa fratrib. ſiue patruelibus, ipſorumq; hęredibus & poſteritatib. utriuſq; ſexus uniuerſis perpetuò ualituras gratioſè confirmamus, &c. In cuius rei memoriam, firmitatemq; perpetuã, præſentes literas noſtras duplicis & authentici ſigilli noſtri munimine roboratas, eiſdem dandas duximus, & cõcedendas. Datum per manus reuerẽdiſsimi in Chriſto patris D. Nicolai Olahi Archiepiſcopi Strigonienſis, lociq; eiuſdem Comitis perpetui, Primatis regni noſtri Vngarię Legati nati, ſummi & Secretarij & Cancellarij ac cõpatris noſtri, &c. fidelis nobis, ſynceri, dilecti, in noſtra & ſacri Romani imperij ciuitate Auguſta Vindelicorũ, prima Martij, anno Domini 1555, regnorum noſtrorũ Romani 25, aliorum uerò uigeſimonono, &c.

BONONIENSIS COLLEGII DIPLOMA.

GLORIOSA ſtudiorũ mater Bononia, &c. Cum itaq; magnificus ac illuſtris uir D. Paulus Scalichius, &c. Liberalibus in artibus & Philoſophia eſt Doctor creatus, & ſolenniter inſtitutus, ſcientia præclarus, ingenioq; acutiſsimus, moribus modeſtus, atq; omni doctrina mirificè

rificè præditus, qui multos annos pluribus in ſtudijs, & præcipuè in gymnaſio dictæ ciuitatis Viennenſis (ubi Philoſophiã publicè docuit) & tandem Bononienſi aſſiduis exercitatus uigilijs, ac fidem ſynceriſsimam cõplexus, ſacræ Theologiæ ſolicitã & curioſam operam iugiter impendit & nauauit, atq; ſcholaſticos actus tam publicè quàm priuatim geſsit, cõferendo, arguẽdo, reſpondendo & diſputando fuerit legitimè præſentatus almo Bononienſi collegio, à reuerendo patre Iacobo Ortonenſi, humanarum atq; diuinarum literarũ Doctore celeberrimo examinandus & approbandus in ſacra Theologia, & ob hoc ſe ſubiecerit arduo, rigoroſo, ſeueriſsimo ac tremendo examini priuato omnium dominorũ Doctorum almi collegij ſacræ Theologiæ ciuitatis Bononienſis: in quo quidẽ examine dictus D. Paulus, &c. ſibi à præfato D. Iacobo Ortonenſi puncta aſsignata miro ordine recitando, & argumentis omnium acutiſsimè & ſubtiliter doctorio more reſpondendo, adeò doctè & benè geſsit, atq; ita & taliter habuit, quod fuit ab omnibus dicti collegij doctoribus in ſacra Theologia ſufficiens, idoneus, & ſingulare in natura miraculum habitus, tentus & reputatus: & ob id ab eis in dicta ſacræ Theologię facultate unanimiter, laudabiliter, cõcorditer, pari uoto, & nemine penitus diſcrepãte, iure & bene meritò approbatus, &c. Mandãtes mihi Laurentio Cathanæo Bononienſi notario infrà ſcripto, dicto D. Paulo, &c. rogationem facienti ſibi per me antè dictum & infrà ſcriptũ notarium, de prædictis omnibus & ſingulis publicũ in priuilegij forma confici inſtrumentumm, uniendũ authentico, ſolito, conſueto, & ad hoc deputato, præfatę Theologorum Bononienſis uniuerſitatis ſigillo pendẽte. Datum & actum Bononiæ in Sacriſtia cathedralis eccleſiæ Bononienſis, loco ſolito cõgregationis dictorũ reuerendorum Patrum, Dominorum, Doctorum collegij prædicti, ſub anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1552, indictione decima, die uerò Iouis quinta decima menſis Decembris, &c.

FINIS.

AVTORVM NOMINA, QVORVM teſtimonia in hoc uolumine citantur.

A

Abaſar
Abbaris Hyperboreus
Abdada
Abdala Saracenns
Abenzagel
Abraham Abnazara, aſtrologus
Abraxaen
Abubacher
Abumaron
Abumaſar
Achinas
Aconomius Hypereus
Adelandus
Aglaophemus
Agrippinus
Albertus magnus
Albertus priſcus
Alchabitius
Alchindus
Alchochoden
Alcinous
Alexāder Aphrodiſæus
Alcmæon
Algazel
Alliacenſis
Alpetragius
Alpharabius
Alphenus Varus
Alphonſus
Ambroſius
Ambroſius Camaldulenſis
Amelius
Ammonius
Amoſis Aegyptius
Anacletus
Anaxagoras
Anaximander
Anaximenes
Angelus Mantuanus
Anſelmus
Antiſthenes
Antonius Cronicus
Antonius de Monte
Antonius Fauentinus
Aoniar
Apelles
Apollinarius
Apollonius Thyanæus
Apuleius
Archelaus
Archimedes
Ariſtarchus
Ariſtoteles
Ariſtoxenus
Arius
Aſaph propheta
Aſclepius Triſmegiſti
Athanaſius
Auenpaten
Auenrodam
Auentzoar
Auerroes
Auicenna
Auguſtinus
Aureolus
Azariel
Azerchel.

B

Bacchus
Baccon
Bardeſanes
Baſilides
Baſilius
Baten
Beda
Bernardus
Beroſus Chaldæus
Bion
Boetius
Bonatus
Bonauentura
Budda.

C

Callimachus
Calippus
Calixtus
Camotenſis
Campanus
Capreolus
Carneades
Carondas
Caſſander
Caſsiodorus
Celſus
Cerdo
Chæreas
Chalcidius
Cherillus
Chiliaſtes
Chriſtophorus ſaxolus
Chryſoſtomus
Cicero

Clau-

Claudianus
Clemens Alexãdrinus
Cleobulus
Cochlæus
Collenutius
Colobarſus
Columella
Conſtantinus philoſophus
Coriſcus
Cornelius Delphius
Crates Thebanus
Cratinus
Crinitus
Cyprianus
Cyrillus.

D

Dactylus Hebræus
Damaſcenus
Damaſcius
Damaſtus
Damigeron
Dardanus
Dauid kimhi
Democritus
Didymus
Diodorus Siculus
Diogenes
Dionyſius Areopagita
Durandellus
Durandus.

E

Eccius
Egidius Romanus
Eliazar
Eluidius
Empedocles
Ennius
Enſelanus
Ephestion Thebanus
Epicurus
Epiphanius
Eraſtus
Eſculanus
Euantes Perſa.
Eudemus
Eudoxus
Eunomius
Euripides
Euſebius
Euſtratius.

F

Frãciſcus de Maioronis
Frontinus.

G

Galenus
Gelaſius Papa
Gellius
Georgius Agricola
Georg. Gemiſtus
Godfredus de fontibus
Gorgias Leontinus
Gregorius
Greg. Arimmenſis
Gregorius Niſſenus
Gribaldus
Guido Carmelita
Guiliel. Pariſienſis.

H

Halicarnaſſæus
Haly
Hamai
Heliæ oracula
Heliodorus
Hemanuel Hebræus
Henricus de Haßia
Henricus Gandauenſis
Henricus Oeta
Heraclides Ponticus
Heraclitus
Herennius
Heretis
Hermes
Hermias
Hermippus
Hermolaus Barbarus
Herodotus
Heron
Herueus Brito
Heſiodus
Hiarchas
Hieronymus
Hierotheus
Hilarius
Hipparchus
Hippocrates
Hiſpalenſis
Homerus
Horatius
Hoſtanes
Hoychilax
Hugo.

I

Iabolenus
Iamblicus
Iaſon
Ieber
Ioannes de Bachoue
Ioan. de Garra
Ioan. de Regio monte
Ioan. Grammaticus
Ioan. Mainardus
Ioan. Marlianus
Ioan. Meimarchus
Ioan. Pariſienſis

Ionathas Chaldæus
Ioſeph Caſtilienſis
Ioſephus hiſtoricus
Iſaac Iſraelita
Iſaac Narbonenſis
Iſaac philoſophus
Iſidorus
Iulianus Cæſar
Iuſtinus Martyr.

K

Kuſamus.

L

Lactantius
Laertius
Lampſacenus
Leo Hebræus
Leopoldus
Lerſenſis
Leucippus
Licinius
Luchinus
Lucilius
Lucius
Lucretius
Ludouicus eremita
Lycurgus.

M

Macrobius
Mahumet
Malleolus
Manfredus
Marcellus martyr
Marcellus Non.
Marcianus
Marcion
Maro
Marſilius Ficinus
Maternus
Meliſſus
Melito
Menius
Mercurius Triſmegiſtus
Meſſala
Methodius
Metrodorus Chius
Moſes Aegyptius
Muſæus
Muſonius

N

Nazianzenus
Nicetas
Nicolaus Leonicenus
Nicolaus Oreſmius
Numa Pompilius
Numenius.

O

Ocham
Ocliaton
Olympiodorus
Onchelus Chaldæus
Origenes
Oromaſius
Orpheus.

P

Pamphilus martyr
Pãdulphus Collenutius
Panetius
Papias Hierapolitanus
Papinianus
Pappus
Parmenides,
Paulus Alexandrinus
Paulus Florentinus
Paulus Oroſius
Petroſirus
Petrus Attendalus
Petrus Apponenſis
Petrus de Alliaco
Petrus de Aquila
Petrus de palude
Petrus Rauennas
Phauorinus
Pherecydes Syrus
Philaſtrius
Philinus Cous
Philippus Melanchton
Philo
Philolaus
Philoponus
Philoſtratus
Picus Mirand.
Plato
Plotinus
Plutarchus
Poggius
Politianus
Pomerius
Pomponius
Ponticus
Porphyrius
Poſsidonius
Primaſius
Proclus
Proculus
Protogonus
Pſellus
Ptolemæus
Pyſopus
Pythagoras.

R

Rabanus
Rabi Chemoy
Rabi Eleazar
R. Huillus.

R. Iacob

R. Iacob Cohen
R. Iodan
R. Ioſeph ben Carnitol
R. Iſmahel
R. Leui ben Gerſon
R. Moſes Gerũdinenſis
R. Nachiman
R. Saadia
R. Salomon
Rambam
Regiomontanus
Robertus de collotorto
Robertus Olchod
Rogerius Backon
Ruffinus.

S

Scotus
Seneca
Seuerianus
Sibylla { Sambethe, Chaldæa, Erythrea
Simeon antiquus
Simonides
Simplicius
Socrates
Solon
Speuſippus
Strabo
Straton
Syneſius
Syrianus.

T

Tabet Chaldæus
Terentius
Tertilianus Iureconſultus
Tertullianus
Thales
Thebit ben Corat
Themiſtius
Theocritus
Theodorus
Theon
Theophilus epiſcopus
Theophilus martyr
Theophraſtus
Theſpion
Thomas Anglicus
Thomas Aquinas
Thomas Malphilenſis
Timæus Locrenſis
Timon
Toletinus
Trogus
Tryphoninus
Tyrius.

V

Valerius Max.
Varro
Victorinus Pictauieſis
Vlpianus
Volaterranus.

X

Xamolſides
Xandrinus
Xenophanes
Xenophon.

Z

Zarates
Zaſius
Zeno
Zephorinus
Zoroaſter.

FINIS.

SECTARVM ET DOGMATVM NOMIna, quæ in his libris reperiuntur.

Academici
Alchymiſtæ
Anachoretæ
Anthropomorphitæ
Apellitæ
Arabes
Archontici
Argonautæ
Armenij
Arriani
Aſſyrij
Attici.

B

Babylonij
Brachmanes.

C

Cabaliſtæ
Canoniſtæ
Chaldæi
Chiliaſtæ.

D

Druydes.

E

Ebionitæ
Eluidij
Empirici
Epicurei
Eſſæi.

G

Gnoſtici
Gymnoſophiſtæ.

H

Hierophantæ.

L

Lulliſtæ.

M

Magi
Manichæi
Mauri
Mechubales
Metangiſmonitæ
Methodici.

N

Nouatiani.

O

Orphici.

P

Paulini
Pelagiani
Peripatetici
Perſæ
Philoſophi
Phœbæi uates
Phœnices
Prophetæ
Pythagorici.

S

Sabelliani
Sacerdotes Aegyptij
Sacerdotes Baal
Sacerdotes Theſſali
Semnei Aegyptiorum
Seruitæ
Simoniaci
Stoici
Symbolici.

T

Thalmudiſtæ
Therapeutæ
Thraces

FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN P. Scalichij Operibus memorabilium INDEX.

A

Abelis prõptitudo ad mortem à fratre impendentem 88
Abraham quomodo Chriſti diem ui derit 116
Abrahami fides & imperterrita cõſtantia 88
Abrahami profectio 114
Abrahæ quomõ promiſsio facta 287
Abrahamo quod fœdus dederit Deus 88
abuſus ubiq; cauendi 96
accidens nullum in Deo aſsignari poſſe 32
accidentia quot modis conſiderentur 24
actio & facultas quare Medico conſiderandæ 62
actio & paſsio in quo prædicamento ſint 159
actio quid 78 quomodo per cauſam lædatur 64
actiones unde ueniant 62
actionum, effectarum rerum quot principia, & quæ 26
actiuæ philoſophiæ definitio & partitio 25
actio corporis unde proficiſcatur 137
Adami ante lapſum fœlicitas, & eius uitæ ſenectus 220
Adam ante præuaricationẽ num corruptioni obnoxius fuerit 148
Adam per nũcium Razielem, quomodo edoctus 112
Adam quid fuerit, & myſticè quid ſignificet 87
Adam quomodo intellexerit Euam ex ſe genitam 86
Adæ pellicea ueſtis 120
ad aliquid quæ dicantur 78
æditorum officia 75
Aegyptij an medicinæ inuentores extiterint 61
æquipollentia propoſitionum 80
aer eſt locus impreſsionum 145
aer exterius reflexus num reſpirationis cauſa motrix 56
aer octedræ figuræ 45
aer quot in ſpacia, ſiue regiones diuidatur 36
aeris deſcriptio, uis, ornamentũ, paſſio, & accidentia 45
aeris eſſentiæ conſideratio, in quo conſiſtat 63
aeris media regio quare obſcura 36 quibus qualitatibus conſtet ibid.
Aeſculapius Apollinis medicinæ excultor 61
æternitas quid 34
æternitas in quauis artificiali etiam re quomodo 127
æternitatis fulgor ubi 130
æternitatis ſymbolum 113
æternitatis uis Platoni quæ 34
de Aeternitate Platonis & Ariſtotelis diſsidium 34
de Aeternitate temporis ſacræ literæ quid ſentiant 34

æthereum quódnam aeris ſit ſpa-
cium 36
αἰτιολογικὴ Medicinæ pars quæ
58. 61
ætra & mundus ſenſibilis quid 20
ætræ proprietates & habitudo 20
affectiones cauſæ communes per-
turbationum 54
affectus quid, & eius natura 64
affectus cooperator quando poſſit
omnia 123
affectus diuerſi 71 in qui-
bus corporis partib. conſiſtāt 51
affectuum paſſio quomodo fiat 159
affectuum ſumma capita quot, &
quæ 54
affirmationum & negationū pro-
ceſſus quid in ſymbolo ſignifi-
cet 114
affirmatiua & negatiua in Theolo-
gia, quomodo quis diſcernat 137
Agar & Sara quid myſterij habeāt
166
agricultura 74
alchymiſtis quid ſulphur, & argen-
tum uiuum, & uinum rubeū de-
ſignet 48
alchymiſtas de metallorum genera-
tione non ridiculè ſentire 48
Alexandri regis ſumptus in indagan
dis rebus occultis 5
Alexandri III. pont. Rom. in Fre-
dericum Barbaroſſam Cæſ. con-
tumelia 671
ambitionis graue uitium 52
Ambroſianum Nectar 126
amicus uerus, & inter quos facilius
coaleſcat amicitia 154

amor quomodo producatur ut do-
num, & diuinum ſymbolum 97
amoris origo & genitores, item tem
pus, & locus ortus
140
anagogica inſtitutio quid 89
ἀναλεπτικὴ 58
analogia ſecreta 125
Anaxagoræ homœomera quæ 132
Anaxarchi dictum uirile 399
ἀνεκφώνητον Dei nomē quare 95
ἄνεμος quare dicatur anima 164
angelus, alteritas
94
angelus quis'nam nūquam transfor
matur
115
angeli tranſitus per Aegyptum 120
angeli mundani
115
angeli num habeant uoluptatem cibi
aut coitus
135
angeli qua ratione diuinam æquali-
tatem potuerint appetere 144
angeli quo munere fungantur 89
angeli terræ
118
angelorum chorus qui cum Lucifero
deciderit
625
angelorum creatio & diuerſitas 97
angelorum linguæ & mentis aures,
quomodo concordent
118
angelorum poſt caſum Luciferi mu-
nus quod fuerit
97
angelorum LXXII ſeries 118
angelorum ſtatus & motus 575
angelica natura
118
anima ab oriente quid 114 (52
anima an æquè ac Deus æterna ſit
anima an in corpore patiatur 150
an per contactum 178
anima ante corpus quomō fuerit 128
anima aquea quid, & ubi 126

anima

anima ex traduce an ſit 18
anima hominis duplex 123
anima imparticipata quid 137
anima in corpore quomodo inſit 551
anima intelligibilis & ſenſilis 51
anima num ſit immaterialis 156
anima poſt mortem ſeparata, quomodo ſentiat dolorem & delectationem 135
anima purus actus qua conditione dicatur 160
anima quid ſit, & eius potentiæ 18 67 744 quid iuxta Modernos ſit 51
anima qua ſubſtantia conflata 140
anima quæ nam diuinum genus 18
anima quando animum ſignificet 163
anima quando dicatur ſenſus 164
anima quare dicta 163 quare non ſit paßibilis 155 (143
anima quo medio Deo ſubiecta fiat
anima quomodo ante corpus ſit 18 quomodo excitetur 135 quomodo dicatur harmonia, & quare 158.161 quomodo immortalitati ſubiecta ſit 209 quomodo Mediator dicatur 149 quomodo ſit intellectus 176 quomodo ſit ſanguis ibid.
anima quotuplex 165
anima ſeparari ne poßit 149
anima ſeparata, an paßioni ſubiecta 155 quomodo intelligat, & quo medio 142
anima ſeparata ſimul actus & potentia an ſit 156 ſit'ne paßioni obnoxia 150
animæ actiones in quibus uerſentur 595
animæ definitio, puritas, & dignitas 56.161.593
animæ eſſentiã quã uocarit Plato 51
animæ & mentis coniunctio qualis 57
animæ & ſolis comparatio 171
animæ formalis compoſitio 131
animæ genus quod 129
animæ infuſio quæ deſcenſus dicatur 18
animæ multiplex ſignificatio 163
animæ naturalis facultatis officia 51
animæ notio 134
animæ omnia ſubiecta, & lapſus Adæ per hanc recuperandus 148
animæ pars immortalis, quid Themiſtij ſentẽtia Platoni ſignificet 57
animæ partes 68 quæ nam, quibusq; elementis reſpõdeant 588
animæ paßiones quæ 210
animæ rationalis uis in quo commoretur 51
animæ rationalis facultates tres an ſint 56
animæ requiſita quæ & quot 165
animæ ſedes ſecundum noſtram religionem ubi 56 ſecundum philoſophos ubi. ibidem (18
animæ ſpecies quæ'nã immutabilis
animæ ſymbolũ & circũferẽtia 118
animæ uis ſenſitiua, quibus medijs ſuo munere fungatur 51
animæ uis uegetatiua in quibus conſiſtat. ibidem
animæ uim triplicem eſſe ibid.
animæ uniuerſi nomine quid ueniat intelligendum 52

animam à Deo infundi ſecundũ Orphicos 18
animam corporis temperationem ſequi Galeno autore 53
animam retinere habitum corporalis actionis, & ſeparatam habere nobiliores proprietates 180
animæ corporis noctem unde ſubintrent 115
animæ & dæmones ſubſtãtiales 137
animæ in ſingulis corporis partibus ponendæ ne ſint 52
animæ num ante corpora extiterint 57
animæ unde deſcendant 115
animarum congregatio in Ida ſecundum Platonem quid 139
animarũ in monte Sinai congregatio quid, ſecundũ Hebræos ibid.
animarum ortus ex traduce 53
animarum tranſitus ſit necne 17
animas tranſire in alia corpora non docuit Pythagoras 129
animal & homo quomodo ſimul 165
animal nullũ affectibus carere, quod imaginatione præditum ſit 54
animal unde nominetur 85
animalis animæ facultates ſtipatores qui 51
animalis corporis temperies unde dinoſcatur 56
animales facultates quot & quæ 48
animalia haudquaquam imperfecta fuiſſe ab initio 49
animalium corruptio & reſolutio 62
animalium efficiens prima cauſa quæ 49
animaliũ naturæ cognoſcendæ quæ neceſſaria ibidem
animalium ſecũdum Platonem quadripartita diuiſio num cõmoda. ibidem
animalium ſimilitudo admiranda 117
animalium uires quot & quæ 55
animantia an qualitatibus duntaxat componantur 62
animãtia uti tantum, excepto homine duabus, animæ facultatib. 54
animatum an ſit, quicquid anima conſtat 49
animus quid antiquis 18 ſecundum Galenum quid 51
animi & uoluptas & dolor, an ad corpus ſpectent 161 (367
animi ocioſi præceps lapſus quare
animi perturbationes 64
animi rationalis facultas quæ 57
animi uires quomodo augeantur 150
in Animum reditus 126
animi poſt exitũ ex corporibus quò commigrent 162
animi ſingulorum corporũ num certo numero facti à Deo 53
animi utrum torqueantur ut corpora 162
animos adoleſcentum recentibus uaſculis perſimiles eſſe 384
animos hominũ eſſe ſempiternos 33
αὐονσία ubi laudetur, & an uirtutis ſit ſpecies 249
Antichriſtus quæ'nã editurus ſit miracula in ſummis periculis 679
antichriſti eadem religio cum Phariſaica ſuperſtitione 674
antichriſti dolis quo pacto remediũ inueniri poßit 363

antichriſti familia & miniſtri qui 317.362
antichriſti nomine quæ intelligenda 660
antichriſti propugnatores & pugiles qui 681
antichriſti Romani regnũ quale 301
antichriſti ſuccreſcentia pro re & auguſto imperio epitheta 661
antichriſtum quæ pœna maneat 662
antichriſtum quomodo prædixerit Daniel 361
ἀντιπερίστασις quid poſſit 36
Antiochus quare Bibliorum libros cremari iuſſerit 361
Antipodes ubi 44
antœci qui 44
apocataſtaſis quid 68
ἀποχειροβίοτοι qui 74
Apollo Græcis inuentor Medicinæ 60
Apoſtoli nomen quot modis in ſacris literis uarietur 276
apoſtoli nomine quid Scriptura intelligat 275
apprehenſibile quid 135
apprehenſionis ſcala 117
aptitudo humani ingenij, unde naſcatur 9
aqua contineri ſuo termino nequit, ſed facilè alieno 46
aqua icoſedræ figuræ 45
aquæ proprietates & accidentia 46
aquam in cryſtallum cõgelari. ibid.
aquæ ſupra cœlũ, & ſub cœlo quid 564.577
aquarum congregatio 115
aquilonis proprietas 116
Arabum myſteria 132
arbitrium in nobis num liberum, an non 29
arbitrium liberum quid 608
arbitrij liberi amiſſio 98
Archimedea 71
Archimedis automata 40 eiuſdem ſublimitas 42
architectus certior manu operario 22
ardua haud cuiuis peruia 152
argumentatio oratoria, & eius partes 456
argumentorum diſſolutio 455
Ariſtoteles quare anagnoſta dictus 689
Ariſtoteles quid per efficientes cauſas duas intelligat, item duas materiales 48
Ariſtotelis acumen quàm latè ſe diffuderit 17
Ariſtotelis metaphyſica ubi ſita 22
Ariſtotelis philoſophia qualis ibid.
Ariſtotelicum ſummè ens & unum correſpõdet ideis Platonicis 24
arithmetica ibidem
arithmetica & geometria circa quæ uerſentur 169
arithmetica ſcientia qualis 140
quid tractet 67
arithmetica ſuperioris Merchianæ 120
armorum genera ad militiam 73
ars quid, & eius definitio 29
ars liberalis, illiberalis 29
artis conditiones 36
artis & naturæ ſimilitudo 29
artis partitio duplex ibid.

artis ſcopus 478
artes Fratricæ quàm mirabiles 351
artium diuerſitas 61
artium mechanicarum catalogus. 74
artium omnium, ſingularumq́; ſubiecta & obiecta 620
artium quæ circa corporis curam aut ornatum uerſantur, catalogus 74
artificialis productio mediata 28
arterias quæ facultas micare faciat 56
Aſtrolabij inuentio ad quam partem Aſtrologiæ ſpectet 70
aſtrologia 25
aſtrologicæ imagines num efficaces 579
aſtrologiæ partes 70
aſtronomiæ multa uocabula 44
aſtronomiæ uſus ibidem
aſtrorum ortus & occaſus Medicis cognoſcendi 62
aſtrorum uis nulla malefica 579
Atlas quando floruerit, & eius proſapia 223
auri natura & metallorum, quomodo ſulphure iuuetur 48
authores qui & quot legendi 639
axiomata quomodo indagata 26

B

Baal ſacerdotibus quid exprobrauerit Helias 96
Bacchus 126
Bacchus ſupercœleſtis quis, & quoties natus. ibidem
Bair
120
balenas reſpirare per cannas capiti adiunctas
50
baptiſmus quomodo gratiam conferat
366
baptiſmi materiam aquam eſſe 46
baptiſmi uirtus
98
barbara diuinitati cognatiora 124
beatitudo eſſentialiter, quomodo ſit in actu intellectus
142
beatitudo, finis conſideratio
10
beatitudinis æternæ finem quibus conſequamur
102
beatus nemo ante obitum
16
beatorum animæ quomodo patiantur
214
Belima numerationes decem, & 22 literæ iunctæ, quid ſtatuant 94. 117
benedicere uarijs notionibus uſurpari in Scriptura
284
benedictionem qualem reliquerit Meſſias
362
binarius numerus ſimplex non compoſitus, Orphicorum ſententia. 19
binarij cubica multiplicatio
118
binarij numeri & materiæ collatio 15
blaſphemia Spiritus
98
Bonifacij octaui facinora ſceleſta, & pluſquam impia 338 674
bonum pecudis & hominis non eſſe idem
149
bonum primum & ſufficiētiſſimum ubi nam, & quæ eius uires 16
bonum uerum à ſpecie bono quomodo

modo ſecernatur 634
bona opera num alicuius momenti ſint, & num meritoria 365
bona opera quomodo Deus requirat 302
bonus uir quare moleſta ſarcina uocetur 387
boni uiri munus, uita & acta, qualia eſſe debeant 387
boni uiri uirtus in quo cernatur. 383
Brachmanum conſortium quale. 121
Breſit ſingularis expoſitio, qualis eſſe debeat 145
breuitate res obſcuriores reddi 17
Buleſis ratione dirigitur 183

C

Cabala quomodo ſuperet magiam 124
Cabaliſtici numeri ſymbolum. ibidem.
Cabaliſtis quid ſignificet duplex locus 90
Cæſares qui & quot excommunicati fuerint à pontifice Antichriſto 347
Cain Abelem interfecit arboris ramo 87
Calani Gymnoſophiſtæ egregium reſponſum ad Alexandrum Magnum 398
calculatoria 70
calculatoria quid, & cuius artis pars 25
caligo diuina quid 177
caloris augmentum cuiuſmodi febricitare faciat 65
caloris intenſionem quid faciat. 581
calumniam quomodo auerterit Theodorus, impius cognomento. 400
candela candelæ oppoſita umbram facit 45
canis ad uomitum 188
canum naturam imitantur detrectatores 153
Caniſiani & Cuſmanni, pugiles Antichriſti 310
Canon quid, & quot ſint 82
canonice ars qualis 25 quid ſit, & eius officium, atq; operatio 70
capris & agnis cum ſpiritibus quæ affinitas 120
carere nullo quis dicatur 389
carnoſarum partium accidentia & actiones 59
caſus à Fortuna quomodo differat 29
caſus nomen in cauſarum per accidens numero eſſe negant Plutarchus & Lactantius 28
caſus hominis qua parte hominis reſtaurandus 149
caſum dici cauſam per accidẽs quare 30
categorica enunciatio quid 79
catoptice quid præſtet 70
cauſa efficiendi libera ſemper 29
cauſa omnium una quæ 550
cauſa προκαταρκτικὴ, προηγουμένη, συνεκτικὴ 58

cauſa

causa propter quam quomodo conſideratur 27
cauſa quomodo affectus, & in hac ſignificatione eius definitio 64
cauſa quomodo initium rei 26
cauſæ à qua conſideratio 27
à Cauſa omne quod fit fieri 140
cauſæ accidentales rei ornatum ſpectant 26
cauſæ propriæ rei eſſentiam reſpiciunt ibidem
cauſarum ad actiones pertinentium ſeptem genera 27
cauſarum, cur res ſint, quot genera 26. 83
cauſarum diuiſio 26
cauſarum numerus 25
Celem, Demut, & Toar quid 117
Cœleſtinus V. Papa, quomodo in errorem peruenerit 673
cenſendum cui, & cenſuram iudiciumq;, quomodo fieri oporteat 151
cenſoribus quib. ſit credendum 150
centrobarica 71
cerberi præfiguratio quid denotet, & eius collatio cum Rom. Pontifice 343
cerebrum quare rationi deputatum 54
ceremonias quandiu ualere uoluerit D. Spiritus 707
ceremonialia ueteris legis, num poſt Chriſti paßionem ſine peccato poßint obſeruari 142
charitatis fons ſiue origo quæ 143
charitas qua ratione lædatur, & ubi 710
charitas quid, & eius ordo 99
item operationes 297
charitatis diuinæ erga nos circumſtantiæ 97
charitatis meritum, & eius collatio 99
Chiron Theſſalus Achillis præceptor 61
chirurgia quid, & eius officiũ, tum partes 71
chirurgiæ officia quæ probanda 59
χειρουργική 58. 61
Chriſtus plenitudo omnium bonorum 99
Chriſtus quónam modo cognoſcẽdus 694
Chriſtus quomodo ſe offerendũ nobis reliquerit 641
Chriſtus ultor 116
Chriſti aduentus 120
Chriſti cõmunio, quomodo & quando data 356
Chriſti corpus, num ubiq; ſit localiter 593
Chriſti doctrinam qua parte hominis recipiamus: & an ab omnibus recepta 149
Chriſti meritum, quomodo peſſundent Papiſtæ 711
Chriſti natiuitas quotuplex 594
Chriſti poſſeßio quantum boni conferat poſſeſſori 705
Chriſti uera doctrina quæ 100
Chriſti ſeparatio in morte 99
Chriſtum inter & corpus mediator quis dicendus 149
Chriſtum ſolus pater oſtendit 101
Chriſtiana cognitio quæ uera, &

Chriſtiano neceſſaria 694
Chriſtiano quæ ſectanda & fugienda 101
Chriſtianũ quid oporteat agere 100
Chronicam hiſtoriæ partem eſſe 77
cibi delicatiores interdum ſalubrioribus quomodo præferendi 63
cibi pro anni & ætatis ratione eligendi. ibid.
ciborum delectus qualis eſſe debeat, & quis pius 342
ciborum ingerendorũ quis ordo eſſe debeat 63
ciborum quantitas cum naturæ potentia libranda. ibidem
Ciceronis ſententia de prouidentia contra Stoicos 28
circulorum ὁμόνοια 428.& ſeq.
circumciſio cur inſtituta 115
ciues Olympionicæ 21
ciuilis diſciplinæ ſpecies, & earum exceſſus 73
ciuitatis tranquillũ ſtatum quænam interuertant 617
cœlibatus monaſtici finis quis, item ueri uſus 710
cœlum beatorum ſpirituum habitaculum à motu liberum 37
cœlũ defuſioni extenſioniq; quo pacto ſubiectum. ibid.
cœlum Empyreum quietum 36
cœlo Empyreo non conuenire motum, neq; quietem 38
cœlum immobile iuxta noſtram religionem. ibidem
cœlum Lunæ, quid & quale 577
cœlum Mercurij, quare arbiter undæ dicatur. ibidem
cœlum quid, & quàm latè pateat. 576.577 cuius formæ 742
cœlum quomodo animatum 138
quomodo diuidatur 600
de Cœli affectione ſententia Pythagoræ uera 37
cœli cryſtallini nomine quid intelligatur 36
cœli cryſtallini proprietas 37
cœli definitio perfectiſſima. ibid.
cœli diuiſio & partes 36
cœli natura, forma, & inclyta præſtantia, & ſumma compoſitio. 25 37
cœli natura corruptioni obnoxia, & demolitioni 37
cœli naturæ & lucis collatio 580
cœli origo ſecundum Moſen unde conflata 36
cœlum non moueri, quomodo defendatur 37
cœlum orbiculariter moueri. ibid.
cœlum ſtare, unde Philolaus philoſophus conceperit 38
cœli qui continuè moueantur. ibid.
cœlorum diuerſitas unde oſtendatur 37
cœlos omnes infra Empyreũ moueri 36 non ſtare 38
cœleſtia corpora quid largiãtur 134
cœnæ partem laicis detractam ſcelus eſſe, quot teſtimonijs probetur 667
cœnæ uſu quid denotetur 640
cœnam quomodo Chriſtus inſtituerit 635
cogitandi uires quæ 13 (111
cognoſcendi modus omnia quæ ſunt

cognitio creditorum ſupernaturalium, à mente, non à ratione dependet 12
cognitio penes diſcurſum cauſatur 11
cognitio quomodo formetur 9
cognitio rerum neceſſaria 3
ad cognitionem omnium rerum quæ ſunt, quomodo perueniatur 85
cognitionum opifices quot 10
collectiuus progreſſus quis 13
color corporis apparentia 21
color quid 600
cometæ definitio, & quid portendat 46
communicatio annuo relapſu ſemel facta, an Chriſtiano ſufficiat 370
communicationis raræ & perfunctoriæ ſcandala 369
communio ſanguinis per calicem ſolis ſacrificulis aſtricta 371
cum Complexione quæ dicatur 79
complexiones ab elementis quomodo pendeant 588
compoſitum ex quo productio fiat 15
concauſſæ quæ, & quot 25
conceptus quotuplex 144
conceptus rei quis. ibid.
conceptus uniuerſaliſſimus. ibid.
concilia qua ratione approbanda. 364
concilia uniuerſalia quanti facienda 308
conciliare & docere unde eruantur, locumq; ubi habeant 83
concluſio quid 81
concordiæ diſcordiæq; effectus & proprietates 380
conſcientia quid 607 penes
quid ponatur 58
conſcientiæ uermis 212
conſilium quare uoluntati iungatur 57
conſtitutio temperata quid ſignificet 50
conſtitutiones & temperies quomodo ſe habeant in humano corpore 50
conſuetudo altera natura 63
contemplatiuæ ſapientiæ rudimentum quod'nam primum 13
contemplatiuus ſimilior ſapiētiæ actiuo 22
contentum minus continente eſſe quare debeat 159
conthoralis omniparens 124
contingens an ſciuerit Deus futurum 142
cōtingentia cognitorum à Deo qua ratione ſtet ad utrumlibet futurorum 142
continui in æqualia diuiſionis effectus 33
contractus ſocietatis quomodo iuſtus 72
contradictoria combinandi rationis in ſuo principio ſymbolum 114
contradictoria in natura quomodo concordent 131
cōtradictoria non combinari in ſuo principio qua ratione 92
contrariorum diuerſitas 77
conuerſio quid, & eius diuiſio 80
conuerſio per accidens quid. ibid.
conuerſio ſimplex. ibid.

cordis

cordis caloris uis & officium 56
correptio quæ probanda, quæq; uitanda 355
in Corpus Chriſti an panis tranſubſtantiatio ſit ſtatuenda 377
corpus compoſitum unde phyſicus accipiat 144
corpus hominibus quibus rebus conſtet 49
corpus tranſire in aliud corpus, non animam, à Pythagora iudicatum 18
corpus incorruptibile, quid Chaldæis & Hebræis 148
corpus unde regatur 149
corporis motus formale principium quod 155.156
corporis ſimplicis ſimplex motus 38
in Corpore quatuor cōſiderari 535
corpora cœleſtia quotuplicia 577
corpora quomodo perficiantur 45
craterem eſſe duplicem eſſentiam, num uerum 162
creatio cui propria 31
creationis definitio. ibid. ordo & ſucceſſio 97
creatoris ſymbolum 113
creatori quidnam aſſimiletur 117
creaturæ à Deo quomodo cognoſcantur 144
creaturarum quæ præceſſerit 116
creaturarum ſeries quæ 35
creaturarum tum ſuperiorū tum inferiorum qualis productio 34
credendum & concedendum quibus hominibus 22
credēdum homini reprehenſori quatenus ſit 151
credere quem uerè dixerimus 706
credere ſimpliciter in ſacris rebus tutiſſimum 693
criſis ἁπλῆς 66
criſis acceptiones & determinationes. ibidem
criſis partitio. ibidem
ad criſim egeſtio quid 67
ad criſim quæ neceſſaria 66
criſium cognitio ad quæ utilis. ibidem.
Critiæ fabula, quid myſticè ſignificet 140
cucurbitularum uariæ formæ 60
cucurbitis quibus utendum. ibid.
cultus & obſeruationes uariæ unde productæ 367
cupiditatis partes tres 68
curetum & poteſtatum ſymbolum 125
Cynoſuræ ſtella 39

D

Dæmon quando uideatur 141
dæmones accidentales 137
dæmones quando plus noceant 115
dæmones quomodo in ætram admittantur 21
dæmonum ordines, quot & qui. 629
dæmonum Platonicorum quæ uis 28
dæmonum ſobria ſcientia 21
dæmones eſſe corporeos 156
dæmonicū corpus in tactu qui compareat 156
Dardaniarum mulierū uirile factum pro libertate commiſſum 399
Dauidis & Orphei hymnorum ſymbolum 125

Dauidis regis de prouidentia Dei teſtimonium 27
Decalogi diſtributio 99 uſus quis 706
Decas quæ, & unde oriatur 19
decubitus forma quæ melior 64
definiendi modus 448
definiendi ſcala triplex 451
definitio quid, & quàm latè pateat 449
defunctorum memoria per nomina quare obſeruata 644
Democritus cur ſolitudine delectatus 121
denaria coordinatio mala quæ. ibid.
denarius Arithmeticæ formalis 117
denarius numerus collectiuo proceſſu rerum omnium receptaculum 14
denarius numerus quare notetur per iota, & Hebræis per ſolum punctum 19
denarij in arithmetica formali cognitio quid proſit, item primi Sphærici numeri 93
denominationes à denominatis quomodo ducantur 259
deſignationes apud Arabes quot 133
deterius an potiori inſidietur 165
Deus an relatiuè ad creaturas referatur, & quomodo 97
Deus cauſa communis rei, non priuatæ 27
Deus circa quid, & quæ circa Deũ 118
Deus cauſa immediata ipſius materiæ 31
Deus immortalis quomodo quis eſſe poßit 21
Deus, intellectus, & anima, ubiq; & nullibi, quomodo ſint 137
Deus non eſt cauſa materialis 31
Deus quid, tum eius circunſtantiæ 550
Deus quomodo in omnibus rebus ſit 97 quomodo omnes homines ſaluos eſſe uelit 562 quomodo terram diuiſerit 94
Deus ſe induit X ueſtimentis 116
Deus ſex uijs homini futura denunciat 120
Deus unitatis principium 113
Dei abſoluta conſideratio 116
Dei appellatio cui competat 137
Dei cognitio intuitiua, quid Scholaſticis, & quibus contingat 90
Dei definitio 284
Dei eſſe quid 551
Dei flumen 114
Dei imaginem penes quas facultates amplectamur 56
Dei natura & eſſentia 96
Dei nomen principale 556
Dei noticia & dilectio unde petenda 367
Dei notiones quot 559
Dei potentiæ & ſapientiæ plenitudo æqualis 556
Dei ſcientiam omnium rerum cauſam eſſe 97
Dei ſedes quomõ proportione Deo reſpondeat 38
Dei ſedes cuiuſmodi cœlum ſit 37
Dei ſubſtantia 97
Deo quis propinquior, aut remotior 117

Deo,

Deo quomodo iungamur in tetragrammato
Deum carere humanis membris 166
Deum in inferiora nihil agere immediatè 28
præter Deum omnia moueri 38
Deum non poſſe includi, nec alicui loco alligari 552
Deum operibus non placari 554
Deum peccatum iuſtè punire 98
Deum prius produxiſſe uerbũ, quàm creaturas cognoſcere, quomodo intelligatur 144
extra Deum nihil eſſe 555
à Deo nihil per accidens euenire 29
de Deo quæ doctrina ſit 26
de Deo quid intelligi poſſit 135
Dij gentiles quare antiquitùs culti 5
dij immortales quid Priſcis 16
dij iuniores quid Platoni 27
dij quotuplices 136
deorũ nomina quare diſtributa 125
diabolus quid, & qualis, eiusq; actiones 625
διαιτητικὴ uictus rationẽ tractat, & eius diuiſio 58.61
Dialectica quid 25.77
dialectica contemplatiua 533
dialectica quot normis utatur 77
dialecticæ partium ſingularũ quodnam officium 621
diametri concentricitas 40
διάνοια 10
διάνοια & opinio quomodo differant 51
διάφανον nullum lucet 45
diaphana quam aptitudinem habeant 196
dies nocti quando ſimilis 115
dies Aegyptiaci, & eorum ſymbolum 121
dies atri qui. ibidem
dierum antiquus quis 124
dierum diſcrimen quare faciant Papiſtæ 340
differentiã non admittere unum 168
dilectio in uiatore quæ, & quid contineat, & unde ſit 99
dilemmatis uis & natura 82
dimenſiones interminatæ 144
dioptice quid, & eius operatio 70
diſciplinabilia quæ, & eorum diſcrimen 22
diſcipuli beneuolentiæ erga præceptorem exemplum 166
diſcurſus figurarum 476
diſcurſus geometricus & harmonicus 496
diſcurſus loci uniuerſales 520
diſcurſus oſtenſionis coordinatio. 460
diſcurſuum genera 497.517
diſpoſitionis diuiſio 453
diſpoſitionis uoces quæ, & eorum uſus 456
diſſimilares partes quæ 50
diuidendi modus, & eius diuerſitas 452
diuinæ cognitionis intuitus quomodo ad creaturas terminetur 145
diuinæ potentiæ uis 27
diuinam omnipotẽtiam relatiuè opponi noſtræ impotentiæ 30
diuinarum rerum cognitio ad perfectionem neceſſaria 10

diuinatio quomodo explicetur 84
diuinitas recipit realem diuerſitatem 57
diuinitatem ſcrupuloſius inquirentibus quid eueniat 691 item quæ pœna maneat confidentius perſcrutantem illam 694
diuinitatem inquirere quatenus liceat 691
diuiſio proportionabilis 458
diuitiæ ad philoſophiam haud neceſſariæ 386
diuitiæ inquē uſum conferendæ 359
docere ubi locum habeat, & unde inueniatur 83
doloris uis & definitio 54
dominum ſe eſſe unde quis cognoſcat, & ſeruorum dominum ſeruum eſſe 384
dualitas qua ratione infinita 33
dualitatem quid Plato intelligat. ibidem.
ductus quid, & quotuplex 83

E

Ebrietas duplex, Bacchi & Sileni. 119
Eccleſia Romana an princeps ſit inter reliquas eccleſias 673
eccleſia Romana quib. artibus ſuos phanaticos errores defendat. ibidem
eccleſiæ Chriſti & Antichriſti diſcrimen 102
eccleſiæ cuius autoritas negetur. 364
eccleſiæ Papiſticæ hoc tempore ſtatus 317
eccleſiæ primitiuæ pius uſus 126
eccleſiam catholicam matrem eſſe, non dominam 360
in Eccleſia Antichriſti qualis præſes requiratur 674
ecliptica linea quæ 41
Eden producens fluuium in quatuor capita diuiſum quid ſignificet 115
educari inter doctos quantum proſit 150
effectus conſequentes unde 31
efficientia uera quid 137
egeſtio optima quæ 67
electio ad quam animæ partem pertineat 57
electio cuius efficaciæ ſit in electis 295
electorum officia 305
elementum ignis cuius figuræ ſit 45
elementi definitio 62
elementi diuiſio 118
elementa Ariſtoteli ab æterno diſtincta 45
elementa in cœli corporibus quomodo imaginentur 137
elementa in compoſitione haud pura manent 62
elementa quando ſint tantum accidentia quædam naturalia 45
elementa quatuor tantum eſſe 36
elemēta ſingula quibus qualitatibus conſtent 587
elementorum corpora rotunda Pythagoræ 21
elementorum natura 25 qualis figuræ 586
elementaris natura quatuor ſphæras continet 36
Elyſij campi fœlicitas 16.96

empirica quibus exculta 61
Enoch à Deo ſublatus 88
ens de ſuis paßionibus an prædicetur 142
ens, quicquid in rerum natura eſt. 56
ens inalterabile 130
ens producens, quomodo ſit non ens in ente, & qua ratione inferatur 92
ens quomodo dicatur de Deo 561
ens quomodo in ente, & in non ente 114
ens quomodo ſubiectum Metaphyſices 24
ad Entis cognitionem quæ referantur. ibidem
entis conſequentia 132
entis cuiuſuis limitatio 131
entis diuiſiones multiplices 738
entis mobilis æternæ proprietates quæ 33
entis mobilis internæ paßiones quot earumq́; tractatio 25
entis occultæ proprietates quomodo aperiantur 122
entis partitio & explicatio 24
ſubtilitas & relatio 137
entia quò referantur 128
ἐντελέχεια quid 161 animæ eſſentia Ariſtoteli 51
enthuſiaſmus 147. 148. 149
enthymema quid, & quæ eius partes 82
enunciandi ratio 479
enunciatio quid, eiusq́; diuiſio 79
ephemera 65
Epheſijs ſcriptæ epiſtolæ capita ſumma quæ 273
epialos 65
Epimenides Cretenſis quot annos dormierit 121
Epiſcopi ueri epitheta & definitio. 360
epiſcopum pium, quibus ſatellitibus ſtipatum eſſe oporteat 341
equitatio 63
equorum morbi 58
errores in Theologia unde tot ſuborti 367
Eſau rubedo 116
Eſdras quomodo ſcripſerit, & quid 223
Eſſæorum uita & mores, tum ſtudia 396
eſſe abſolutum quomodo conſtet. 551
eſſe habere eſſentiale, totale, & participatiuum, unde intelligatur. 140
eſſe unde pendeat 133
eſſentia quinta qua materia, quibusq́; qualitatibus conſtet, & diuerſa'ne ſit ab hoc inferiori mundo 35
ethica quis excoluerit 17
euacuationes quæ'nam optimæ 64
euacuationum uaria genera. ibid.
euchariſtiæ oblatio, num expiatio pro peccatis defunctorum & uiuorum 668
euchariſtiæ quæ ſint populo & ſacerdoti eſſe communia 371
eudæmonum genus quid 21

euentus cauſam non ignorari à natura, ſed à nobis 30
Εὐήθεια quid 166
Eugenij Papæ periuriū in Zizimum Pazaitæ Turcæ fratrem 338
Eulogus qualis, & quare dictus 150
Euphorbum eſſe quid 129
Euphorbum quomodo ſe Pythagoras dixerit 18
excæcatio qualis animæ paſſio, & unde naſcatur 201
èxcommunicati quàm facilè Cæſares ſint à pontificibus Romanis 363
exemplum quid, & quid in eo cauendum 82
exemplaris differentia 20
exercitiorum genera 63
exercitiorum quæ cura gerenda 64
exhalationum diuerſarum formalis, efficiens & materialis cauſæ quæ 46
exhalationum genus aridum & humectum quid Peripateticis 47
expertus non artifex, certius operatur artifice non experto 22
expirationem quare Galenus officijs reſpirationis adiunxerit 55
extremitatis maioris cauſa quæ 11
Ezechias quare uerterit faciē ſuam ad parietem 115
Ezechielis rota in rota, quid denotet 90
Ezechielis de rota ſymbolum 113

F

Factio quid 31
facere quid propriè. ibid.
facultas actionum cauſa 62
facultatis animalis officiū & dignitas 62
facultatis naturalis officium & partes. ibidem
facultas uitalis in corde ſita. ibid.
facultates quare occultæ dicantur 30
facultates quot ſint, & quæ in corpore humano 730 & an actio inde ſequatur ibid.
facultatum quatuor naturalium officia & ſedes 339
fatum quaſi uis neceſſaria in Dei uoluntate quomodo conſtitutū 27
fatum quid. ibidem. quod nam genus cauſæ. ibid. quomodo rectè coincidat cum diuina prouidentia, nec hominis uoluntati obſiſtat. ibidem
fati definitio quæ contra religionem ſit 27
fatum eſſe ſolam naturæ efficiendi uim. ibidem
fatum nequaquam in Deo, niſi in ſecundo gradu 28
fatum non eſſe neceſſitatem, quomodo 118
febris ardens, continua, diaria, putrida 65
febris quid, eiusq; nocumenta. ibid.
febris quæ cauſa ſit, & quot eius genera 733
febrium diuerſa loca, tum genera 65
fœlicitas æterna 101
fœlicitas æterna cum ſit, an in honoribus aut diuitijs conſiſtere poſſit 76
fœlicitas contemplatiua, an actiuæ præfe-

præferenda 75
felicitas Epicurea & Mahometica. ibidem.
felicitas ſubiectiua in uita dari poteſt 76
felicitas uera quid, & quàm latè pateat 564
felicitatis definitio, & obiecta 75
felicitatem quæ homini pariant 107
felix puer quare non exiſtimandus 76
felix quomodo quis cenſendus, & an felices in hac uita eſſe poſſint. ibidem
Ferdinandi Imperatoris ſtudium in occultis naturæ indagandis 104
Ferdinandi Imperatoris uita illuſtris 381
Ferdinandum pro Imperatore agnoſcere Paulus IIII pontifex Ro. recuſat 363
ferrum apud Hebræos ſapientū ſymbolum 150
fides charitati quatenus præferenda 710
fides num ſola iuſtificet 705
fides cuiuſmodi neceſſaria ad ſalutem 364
fides quando meritum non habeat. 143
fides quid ſit, & quæ uera minimeq; fucata 704
fides quomodo auditori fiat, & ubi 83
fides unde naſcatur 155
fidei articuli ad conciliorum placita an reuocandi 700
fidei dignitas eximia 143
fidei quanta diuerſitas ſit in hominibus 704
fidem non eſſe per cauſas ſtatuendam 225
fide quantum patres à Deo ſint conſecuti 705
fide nos ſola iuſtificari 554
Filius Dei, in quantum Chriſtus, non ſimpliciter creatus 99
Filius in quantum homo, nec perſona, nec aliquid eſt 98
Filius potius imago Patris, quàm Spiritus ſanctus 558
Filius quomodo nos liberauerit 99
Filius ſolus aſſumpſit humanitatem, de quo, quid, & quomodo 98
Filij affectus qui 99
Filij caro pari cultu adoranda cum uerbo 98
finis imitatur principij naturam 12
finitum qua ratione ab infinito deriuetur 171
firmamentum quot cœlos contineat 36
firmamenti, & ſtellarum in eo proprietates 40
firmamēti proprietates & officium ſingulare 37
flatum & tormina operantium quæ cauſæ 59
fletus in damnatis quid 212
fluminum & fontium origo & finis 46
fluxioni non obnoxias eſſe ſolidas partes 59
fluxui ſanguinis uehementi obnoxijs partibus, quid faciendum interſecandum. ibidem

fœnus exercere quomodo liceat 72
fontalis ordo 118
formalis numerus quid, & quomodo principium rerum 132
forma quomodo generetur per accidens 142 & varietur ſecundum eſſentiam. ibidem
forma ubi eſt, neceſſariò materia ſubijci debet 27
formæ corporeæ quæ & quot 535
formæ quotuplices 136
formarum diverſitas 132
in Formis numerandis quouſq; progrediendum 139
Formoſi Papæ gubernatio eccleſiæ monſtroſa 338
fornicatio quas calamitates pepererit 356
fortuitò nihil evenire 28
ad Fortitudinē quomodo animaverit ſuos Miltiades 401
fortuna & caſus quomodo idem 30
fortuna & caſus à primo ente, & non in primo ente. ibidem.
fortuna an cum caſu convertatur 29
fortuna an tantum in ratione prædictis. ibidem
fortunæ cauſa num ignoretur. ibid.
fortunæ definitio. ibidem
fortunæ & caſus exemplum 30
fortunæ nomen haud admittendum, iuxta Plutarchum & Lactantium 28
fortunam cauſam per accidens, religionem non offendere 29
fortunam cōverti cum caſu, non contrà 31
Fredericus ſecundus Imper. privatus imperio V. annis per Papam 347
frictio 63
fruitio & actus voluntatis an beatitudo 142
frugalitas quæſtus maximus 397
fulgura & tonitrua, quibus ex cauſis naſcantur 586
functionum humanarum cuiuſmodi regulæ eſſe debeant 707

G

Galaxiæ qualitas & proprietas 41
gaudio nimio, item mœrore quoſdam expiraſſe 732
generatio quid 31
gentes quibus traditæ 118
gentes quomodo diſtinguantur 41
genethliologia, & eius profeſſores. 70
genituram involventis pelliculæ deſcriptio 60
genitura utrum in utero reſpiret. ibidem
geniture ortus & augmentū. ibid.
genus quomodo prædicetur 77
generum ſingulorum formæ quomodo permanentes 18 & in eadem forma ſua diſsimiles 129
geodeſia 25 & eius obiectū 70
geographia quid tractet 77
geometrarum tres partiales orbes. 40
geometria 24 quem locum in doctrinalibus teneat 69
geometriæ ſubiectum & obiectum 69
Germaniæ cum alijs orbis partibus collatio 268
γεωπονικὴ 58

gestatio

geſtatio 63
gladius quis bonus & laudabilis ſit 417
gloria excellens ut quis ſit, Socratis conſilium 406
gnomonices officia 70
grammatellum agere 152
grammatica quid 25
grammaticæ diuiſio, & circa quæ uerſetur 76
grammaticæ uſus multiformis. ibid.
gratia quid 703
gratia quantum abuſi ſint Scholaſtici 703
gratiæ diuinæ beneficium & officium 196
gratiæ diuinæ & pecuniæ collatio. 208
Gregorij ſeptimi facinus cõtra Henricum quartum 362
gulæ ſplendidiſsimiq; luxus deſcriptio 329
Gymnoſophiſtarũ inſtituta & ſtudia 396

H

Habitus naturalis cur ægrè comparetur 433
habitus quid 78
habitus ſcientiarũ unde oriatur 534
hæmorrhagia quale ſymptoma 65
hæreditate priuare quomodo filium liceat 720
hæreticæ prauitatis inquiſitores hoc tempore ultures 320
hæreticus cur & quomodo quis iudicandus 208
hebdomada ſuperna quid 114
Hebræorum legiſlator Moſes 13
Hebræorum ſapientia 5
Hebræorum ſapientũ dictum de duplici uino 119
hectica febris unde naſcatur, eiusq; malitia 65
Heliogabali luxus & immenſa libido 346
Heracliti haſta 737
Hercules quare naui ab Argonautis expoſitus 400
Herculis nodus 318
Heroas egregios adulterino concubitu ferè genitos eſſe, exemplis multis probatur 346
heroicum ingenium quomodo deprehendatur 150
Heros quis, & quid ſignificet 87
Heua ex Adami coſta à Deo facta 97
Heuæ uaticinium 87
hierarchiæ & ordines cœleſtes quot 97
Hieronymi Sauonarolæ mors 339
hierophantæ qui 121
Hiobum & Abrahamũ coætaneos fuiſſe 222
ἱππιατροὶ 58
Hippocrates Medicorum princeps 61
hiſtoriæ officium 25 ſtilus qualis eſſe debeat 621
hiſtoriam duplicem eſſe 77
humanitatis ſigna quæ 153
homo immortalis Deus 130 num à mundi natura pendeat 148
homo num uerius anima an corpus 505
homo πολύτροπος 166

homo quare non poßit non uideri, & quando 141
homo quomodo natus, & quomodo moriturus 101
homo unde compelletur 85
homini donum ſublimius quod' nam ſit 590
homini num mundus ſubijciatur 148
hominis caſus 98
de Hominis inſtauratione ſermocinanti quæ præcipuè conſideranda ſint 701
hominem creaturam eſſe compoſitam 35 — omnium creaturarum aliquid habere 182
hominẽ quomodo plaſmauerit Deus 97
Honorij III I factum prodigioſum. 670
horizon æternitatis temporalis 123
hoſtia pro peccatis quæ, & quomodo offeratur 644
hoſtiæ, quam ſacerdos papiſticus offert in Miſſa, uirtus & efficacia 649
humilitas quomodo & unde comparetur 344
humores in corporibus magis alit Luna 40
humores poteſtate tantũ hum. frig. ſic. & cal. eſſe 62
humores quatuor unde profluãt 49
humorum numerus 62
humorum qualitates quomodo tractibus regionum congruant 42
ὑγιεινὴ quid tractet 58.61
υἱοθεσία quomodo cum electione coincidat 299
Hyperboreorum collatio 122
hypocriſis ubi & apud quos locum inueniat 331
hypothetica enunciatio 79
hypothetica unde oriatur, & quot modis fiat 80

I

Idea diuina quid, ac eius effectus 111
idea quomodo non ſit principium rerum 24
ideæ diuerſæ ſignificationes relatione 16
ideæ quot 168
ideæ ubi idealiter ſunt, an etiam ſint formaliter 144
idearum denominatio, & quomodo numerentur 132
ideas aut ſpecies niſi ex ſingularib. nullas eſſe 23
ideas Platonicas in ſenſibili mundo Ariſtoteles quomodo neget 23
ideata idea quid apud ſymboliſtas. 91
ideatæ ideæ ſymbolum & accidentia 113
idololatria quomodo naſcatur ex imaginibus 356
יהוה nominis collatio ad angelos quid efficiat 94
ieiunium uerum, & item Papiſticum 709
ieiunij ſymbolum 121
Ieſuitæ quàm idoneum propugnaculum Papalis cõfidentiæ ſint 683
Ieſuitarum ordinis inſtitutor & fundator 684
ignis coni figuram refert, Pythagoræ iudicio 21

ignis an ſub lunari globo 45
ignis infernalis cuiuſmodi 212
ignis proprietas naturalis motus, & locus 145
ignem non eſſe compactum 45
ignorantia quando melior ſit ſcientia 248
ignorantia quantum ſit uitium, ex contrarijs declaratur 26
ignorantiæ & morbi uenuſta ſimilitudo 383
ignorantiam in dubiũ præſumi: hoc dictum unde originem habeat. 720
Illuſtris animi quales eſſe debeant paßiones 381
illuſtris unde trahat etymologiam. 403
illuſtrem originem quæ comitentur. 380
illuſtres huius ætatis quibus glorientur 381
illuſtres improbos non fieri, quæ ſit cauſa 386
illuſtres quid efficiat. ibid.
imago Dei quid 18 quomodo Deo conferenda 239
imagines Dei duæ, mundus & homo 18
imagines & ſanctorũ reliquiæ num inſeruiant cognitioni Euangelij. 342
imaginatio caſus 134
imaginationis munus & opus quodnam 56
immortalitas de qua anima intelligatur 140 (73
Imperatori quæ uirtutes neceſſariæ
Imperatorem quæ res ornent 713
Imperio dignus quis 5
Imperiũ adeò inconſtans fuiſſe apud multas nationes, quæ cauſa 725
impiorum ſtatus & conditionis deſcriptio 196
impreßiones an radijs ſolaribus attrahantur 46
impreßionum quas aer recipit numerus. ibidem
inane quomodo rebus inſit 25
incarnationis Chriſti effectus & beneficium, item quando ea incœperit 230
incarnationis myſterium quatenus & unde intelligatur 142
increduli qui habendi 301
indefinita quibus reſpondeant, & ubi 191
indiuiduorum gradus quomodo cognoſcatur 545
indocti hominis ſignum arrogantia 186
inductionis definitio & diuiſio 82
indulgentias quis primò in Purgatorium uſq; extenderit 338
inferiora à ſuperioribus regi 48
infernalis ignis an elementũ ſit 625
infernalis regni duces quot 662
infernales pœnæ quæ dicantur 210
inferni deſcriptio 211
infernum in ſe includit terra 47
infinitum actu in hoc ſenſili mundo admitti quo pacto poßit 33
infinitum eſſentia & actu quorum propriè. ibidem
infinitum qua ratione in ſenſibilibus. ibidem.

infinitum quicquid ſempiternum 33
infinitum quomodo detur in hoc ſenſili mundo. ibidem
in Infinitū quomodo fieri poßit proceſſus 30
infinitum quomodo inueniri poßit 33 quomodo rebus inſit 25 quomodo in primo Ente 33
infinitum quotuplex ſit. ibid.
infinitum uerum cuius reſpectu ſit finitum. ibidem
infinita quomodo dicat Plato magnum & paruum. ibid.
ingenui hominis qualis eſſe debeat corporis habitus 402
innaſcibilitas quid, & eius natura, tum effectus 143
innocentiæ ſtatus qualis fuerit 98
Innocentij tertij tyrannica uox, & iactabunda 363
inſenſilis euaporatio quomodo fiat. 64
inſenſibilis ſpecies unde abſtrahatur 11
inſenſibilium paßio 157
inſipientia quantum malum 391
inſpirabilitas, qualis notio, & quota 143
inſpiratio quomodo fiat 55
inſtrumentorum habituū moralium coordinatio 423
intellectualium & intelligibiliū ſubiectum, numerus & multitudo quomodo 137
intellectum quale in Deo 145
intellectus agens principium cognitionis 138
intellectus agens quid 135 item patiens 57
intellectus poßibilis qua parte intelligatur. ibidem
intellectus quid, & eius officia 56
intellectus ſiue mens num animæ facultas. ibidem
intellectus uerus datur per ſolā ſynderesin 12
intellectus unde procedat 176
intellectus agentis & poßibilis differentia 136
intellectus diuiſio 56
intellectus locus ubi à philoſophis ſtatuatur. ibidem
intellectus maxima mixtio quomodo 132
intellectus motus quid, & quid eo conſequamur 739
intellectus obiectum quale 56
intellectus operationes quot & quæ 11.422.424 earum officia 9
intellectus quomodo æquetur diuinis 9
intellectus ſcala 478
intellectus utriuſq; facultas & officium 183
intellectu quæ naturæ munera contineantur 68
intelligentia 566 quid operetur 56
intelligentiæ cœleſtes 27
intelligentiarum portæ quot 93 earundem ſapientia quid contineat 94 an alicui unquam perfectè cognita. ibidem
intellig. L. portarum ſecretum 117
intelligentiarum diuerſa ratio 146
intelligibilis coordinatio quid 119

intelligibiles formæ cuius finis 12
quomodo cum mente conuertantur. ibidem
interpretatio quanti momenti ſit in religione 28
inuentio officij pars 83
inuidia aliorum quis careat 401
inuidia iudicium & rationem inuerti. ibidem
inuidos ſibi tormenta eſſe. ibid.
inuocatio abſq; fide nihil ualet, tum eius ſpecies quæ 644
inuocatio Sanctorum num approbanda. ibidem
Iobileus quid 114 heptomada ſuperna 93
Iobi dictum de Noe 88
Ioannes Huſs Conſtantiæ exuſtus. 339. 671
Ioannis Seb. Phauſeri fortitudo & patientia 269
Ioſeph oſsibus tantum ſepultus 114
ira quid 609 eius partes 468
iracundiæ locus quare cor 54
iris unde cauſetur 46
Iſaaci ſeminis benedictio 89
Iſaaci timor quid myſterij habeat. 125
Iſaaco gemini nati 89
Iſmaeli ſeparationis à Dei populo, an cauſa fuerit mater ancilla, an aliud 412
Iſraelitæ quot egreſsi ex Aegypto. 287
ex Iuda naſci oportuiſſe Chriſtum. 89
index quis eſſe non poſsit 178
iudicium Chriſti in natura & ſecundum naturam num futurum 124
iudicium extremum quàm horrendum futurum 687
Iuliani Imperatoris, ſed apoſtatæ, pertinacia & rigor aduerſus pios 251
Iulium tertium quæ pœna manſerit 679
Iupiter & Venus planetæ benefici 41
Iupiter tertius quis 126
Iouis color, natura, temperies, affectio & progreſſus 43
Iuridicus ſtatus 446
Iuriſprudentiam ſublatam quãta rerum caligo ſequatur 713
Ius ciuile in ſumma genera quomodo partiatur 73
Ius ciuile quid, & quas partes habeat 616
Ius gentium quid 72
Ius naturæ quid philoſophis. ibid.
Ius naturale 715
Ius Pontificium, eiuſq; diuiſio 73
Iuris admirandæ utilitates 712
Iuris ciuilis omnes partes, earumq; explicatio 715
Iuris præcepta quæ & quot, item quid unoquoq; concernatur. ibidem.
Iuris titulorum catalogus 720
Iuris tum naturæ tum ſcripti collatio 72
Iura & leges quis in ordinem redegerit 714
Iura Romanorum, quàm latè olim patuerint 714

iuſticia

iuſticia quid 714 unde dependeat 225
iuſticia diſpenſatiua quorum ſit 75
iuſticia uniuerſalis quid, & quò trāſferatur 72
iuſticiæ communicatiuæ officium. ibidem
iuſticiæ diſtributiuæ officium. ibid.
iuſticiæ particularis diſcrimen. ibid.
iuſtificationem num iuuent uirtutes philoſophicæ 696
iuuenes inflammari delicijs & uino 415

K

κοιναὶ ἔννοιαι memoriā conſequuntur, & earum definitio 57
κρίσις ἐλλιπὴς quæ dicatur 66
κτητικὴ quare Medicina dicta 61

L

Labyrinthi Papalis quæ cauſa & fundamentum 363.368
Lachete quid ſit, unde intelligatur. 141
Laconis pueri indoles liberalis, & magnanimitas ſtupenda 399
Ladiſlai Poloni regis inducta pellice diuortium cum uxore 346
lapidum ortus & nutrimentū quod ſit 48
lapſi an reſurgere poßint à peccato. 187
Lazari exemplum de animæ paßione 157
legationes quare obeundæ 709
lex naturæ quid 697
lex uera & optima quæ 390
legis definitio & officium quod'nam 701
legis & Euāgelij diſcrimen, tum mutuus reſpectus 701
legis & promißionis confuſio quantos errores pariat 367
legis uis in quibus conſiſtat 702
legi an quis ſatisfacere poßit, & num ipſa iuſtificet hominem 795
leges in regno Chriſti quæ perſtrepere debeant 359
leges quid, & eorum uſus 75
leges quotuplices 136
leges unde natæ 722
legum diuerſitates unde ſpectentur. 697
legum encomia quæ ſint. ibidem
legum utilitas 511
liber ſolus, qui Deum ſolum ſequitur 385
Liberum quare ſaltem in ſocietatem admiſerint Argonautæ 412
liberi hominis quanta fœlicitas 386
liberi à parentibus an exhæredentur meritò & iure 412
liberis parentum iniquitas, nedum obſcura propago, minimè obeſt. ibidem
liberalitas Dei 199
libertas Euangelica cederé ne debeat traditionibus humanis 711
libertas in homine quæ & qualis 98
libertas quo pacto in hominis arbitrio ſtatuenda 695
libido & cupiditas in iecore locum habent 53
lignum ſcientiæ boni & mali, quare prohibitum 112
ligni uitæ eſus futura cōceßio. ibid.
linea uiridis quid 115

litera-

literarum XLII diuini nominis cultores qui 89
locorum ſitus à geographis petẽdi 63
locos in ſacris literis reuera nullos inter ſe eſſe contrarios 28
Logiſtice quid, & qua materia utatur 70
Logodædalus 153
Lombardi ſententia de ſeparatione excuſatur 99
lucis ex lumine ad æternam intelligentiam comparatio 258
Lucifer ante lapſum quantus fuerit 625 unde ceciderit 97
Luciferi proles qua ratione Antichriſtus ſit 661
lumen purum ſupra lunam 120
lumen repoſitum in ſeptuplo plus relucere lumine relicto, quid 116
Luna cœli regina 43
Luna in aſcendente dat ſanitatem nato 136
Luna noua, primi nouilunij tempore, optimum ſemina terræ mandare 44
Luna quando minuatur uel augeatur. ibidem
Lunæ & ſolis coniuncta operatio. ibidem.
Lunæ & ſolis functiones quæ 633
Lunæ interuallum à terra quod ſit 39
Lunæ mora & progreſſus per zodiacum 44
Lunæ natura & effectus 41
Lunæ paſſiones, uires, & proprietates, colorq́; 43
Lunam planè falsò ſupra ſolem ponit Plato 39
luxus aulicorum 409
Ly perſona, qua proprietate, appellatione & notione ſubſtantiam dicat 97
λύσεις quare dicantur nõnullæ criſes 66

M

Machaon quam Medicinam exercuerit 61
machina rerum quibus regatur 10
Magia & Cabala diuinitatem Chriſti maximè aſtruunt 122
magia nobiliſsima pars ſcientiæ naturalis. ibidem.
magia propriè quid 123
magia quomodo exterminatur, & pari ratione propugnatur 122
magiæ admirandæ operationes 123
magiæ characteres & figuræ neceſſariæ 124
magiæ naturalis uirtus 118
magiæ operatio nulla ſine cabala 123
magiam operari quid propriè. ibid.
magicæ naturæ ſubiectũ quod. ibid.
magicæ uirtutis forma unde. ibid.
magicarum operationũ clauis. ibid.
magici characteris ſymbolum 124
Magus omnem uirtutem, tam cœli quàm terræ, unire poteſt 122
Magorum apud Perſas ſtudium cuiuſmodi 396
Magorum triplex indumentum 120
Magiſtratus an aliquis caput Eccleſiæ 300 (75
magiſtratus uſus quàm neceſſarius
magiſtratum gerere res magni periculi. ibidem.

magnitudine ſola Plato infinitũ comprehendit 33
D. Magni ab Eck inſignis eruditio. 418
Mahometes falſæ religionis author 361
mali origo 98
malorũ eſcam eſſe uoluptatem 389
malorum omnium collimum quod'nam ſit. ibidem
malos quæ pœna moretur poſt hanc uitam 163
maraſmus peßima febris 66
maris æſtus lunæ arbitrio fieri 44
Marius Cimbros prælio ſtrauit 72
Martis malitia, & eius correctio, color, & progreßus 43
Martis ſtella malefica 41
Martem triquetro aſpectu Mercurium conſpicere, quid Chaldæis ſignificet 150
Martini quarti Papale factum uerum, & illo dignum 668
mas & fœmina inſtrumenta tantum cenſenda generationis 49
materia an locus 34
materia quid, & eius officium 15
materia omnium formarum capax & cupida. ibidem
materia prima, quomodo & unde reſultet 536
materia prima omnium formarum auara 129
materia principium ignorantiæ 138
quomodo generabilis & ingenerabilis 537
materiæ formam recipientis conſecutio neceſſaria 27
materiæ gradus, & non gradus quid 118
materiæ uicem quæ ſuſtineant in humano corpore 49
materiam ſignatam eſſe principiũ indiuiduationis, unde diſcatur 142
materiales potentiæ 137
mathematicæ artes quatuor 24
unde oriantur 4
mathematicarum artium numerus, & quot earum pediſſequæ 4
matheſeon modus 4
Mathuſalem quandiu uixerit 112
Maximilianus Boemiæ rex 221
Maximiliani regis in Chriſtianam religionem conſtantia & ueneratio 147
268
Maximiliani regis, & Phauſeri eius concionatoris contra Pet. Caniſium Ieſabellitam, eiusq; impios conatus lucta & pium certamen 682
Maximiliani regis odium uerè Chriſtianũ in Papam, Chriſti uerum hoſtem 660
mechanica 25 ars cuiuſmodi dicatur, & eius partes 71
medicamentorum aſſumendorũ quæ ratio adeſſe debeat 63
Medicina empirica quantum ſubſidium capiat à clientelis ſanctorũ ut uocant 343
medicina in quo artium genere ſit 61
medicina naturalis philoſophiæ alumna 58
medicina quid, & cultores ſuos quanta laude exornet 727
item quàm latè pateat 728

medicina

medicina quomodo rectè in tres partes diuidatur 61.62
medicina theorica quomodo diuidatur 58
medicinæ definitio 61 encomium 59 origo 4
medicinæ inuentores qui fuerint, & qui eam excoluerint 726
medicinæ partes quot & quæ, item quid quælibet pertractet 727
medicinæ practices partes 58
medicinæ primus inuentor 60
medicinæ quot ſectæ 61 & in ſingulis qui floruerint 726
medicinæ rationalis princeps Hippocrates 61
medicinæ ſubiectum, obiectum, & circa quas res ipſa uerſetur 728
Medici officium 59
medico neceſſaria ad morborũ profligationem. ibidem
medij inuentio unde oriatur 82
memorandi uis ubi conſiſtat 57
memoria quare dicta 164
memoria quid & ubi conſiſtat 605
memoria quotuplex, & quibus conſtet 83
memoriæ actio quomodo intellectui ſuccurrat 56
memoriæ definitio ſecundum Speuſippum 57
memoriæ obiectum. ibidem.
mendacij & ueritatis quam diuerſa ſint opera 409
menſium profluuium quale ſymptoma 65
mens æterna, cauſa omnium rerum. 24
mens conſimiles habet ſibi demonſtrationes 12
mens diuina quid 12 ſola eſt principium. ibidem.
mens humana quid 12 quanto interuallo diſtet ab imagine diuina 8
mens minoris mundi quæ 91
mens, non ſenſus ſyllogizant 11
mens quomodo æterna, & quomodo proles Dei 250
mens quomodo omnia apprehendat 56
mens quomodo ſubijciatur intellectui 51
mens ratione ſuperior 11
mens ſuprema in homine quid 111
mentis denominatio 163
mentis & diuinitatis collatio 86
mentis noſtræ linguæ perſimiles angelorum linguæ 95
mentis notiones unde homini adueniant 58
mentis ſublimitas & author 85
mente nihil diuinius in corporeis. 20 & id quomodo 130
Mercurius & Venus inter ſolem & lunam interpoſiti 39
Mercurius ſolis comes, eius color, uireſq; in quas res ſpargat 43
Mercurij interuallum à luna 39
Mercurij mutabilis natura 41
Mercurij Triſmegiſti miranda geſta 223
Mercurij uirga, & eius myſterium 139
meridionalis proprietas 1'4
Meſſihæ animæ ſecretum 113

Meſsiæ tempus quo myſterio protractum in quartam generationem 88

in Meſsia plenus ſol quid 116

metalla cuius elementi naturam ſequantur 588

metalla quare Plato, ſequutus Pythagoram, fuſiles aquas appellarit 47

Metaphyſica quare inuenta 739 quare uniuerſalis 23 quid contempletur. ibidem

metaphyſica quo nomine nuncupetur 4

metaphyſicæ proprietas 22 ſubiectum & materia quæ 738

Meteori definitio & ſpecies 744

Meteororum diſciplina 25

Meteoroſcopices officium & munus 70

Methodus quid 425

methodi applicatio 470 clauis 448 fundamentum 424

methodi partitio 422

methodi ſpecies, & quàm latè pateant 436

methodi ſtatus 435

methodum antecedentia quæ 426

Metattron angelus à Deo Moſi miſſus 89 cui præſideat 113

metattron mentis ſecretum 113

metricæ partes quot, & eius progreſſus 69

μιxgόxοσμ☉ quid 91

militem quæ commendent 73

militum cauſa quæ belli tempore adhibenda. ibidem.

miſer nemo in hac uita quomodo 16

miſer quomodo quis incipiat eſſe, & quando. ibidem

miſericordia Dei quos tangat 196

Miſſa num conferat calamitatibus auferendis 652

miſſa quantæ abominationis occaſio ſit, & cauſa 372

miſſæ germanus uſus quis, & quomodo in abuſum uenerit 356

miſſæ illas incantationes, quibus offerunt hoſtiam, inter ſe contradictorias eſſe 654

miſſæ Papiſticæ canon 635 & quod eius fundamentũ. ibid.

miſſæ Papiſticæ incantamenta, collata cum S. ſcriptura, quantum ueritatis habeant 648

miſſam cur adeò pertinaciter defendant Papiſtæ 665

miſſam obliterare Chriſti mortem. 374

miſſa Chriſti mortis fructus præripitur 375

ex Miſſa quot & quæ abominationes propagentur, quamq; horribiles & execrandæ 372 inde

in Miſſa quanta blaſphemia committatur 656

miſſarum infinitarum quotidiana celebratio, num ſit prædicatio gloriæ Chriſti 369

miſſarios, Chriſti ſucceſſores eſſe, blaſphemia eſt, & idolomania. 373

mobile primum ubi ſitum 36

Monachalis ueſtitus pars & forma quælibet quid referat 332

monachum profiteri quid 321
monachi mulierculas fallunt, diaboli imitatores, ut deinceps aucupia tendant facilius 351
monachorum collegijs plerunq; uicina lupanaria 346
monachorum cœlibatus atq; obedie̅tia, tum paupertates, num ſint res uitandæ 699
monachorum & Phariſæorum collatio 333
monachorum inſignia quæ eſſe debeant 329
monachorum mores, uita, ambitio & faſtus 327. 329. 332
monachorum priuata ſacella quàm pij ſcilicet uſus ſint 341
monachorum metamorphoſes multiformes 354
monachorũ uota unde originem traxerint 698
monachatum quid hominem ſuſcipere faciat 329
moralis philoſophia quid, & eius ſubiectum 71
moralis philoſophia cuius artis pars 25
moralis philoſophiæ partes 4
morboſa intemperies quid 65
morb. ex quarũ rerũ numero ſit 64
morbus officialis quid 65
morborum humani corporis diuerſæ cauſæ 59 duplices 64
morborum tria genera 65
morbos & affectus quæ Medicinæ pars doceat, & eiuſdem præſtantia 734
morbis uarijs an idem remedium adhibendum 405
in Morbis diuturnis regionem mutare, utile 63
mors unde cauſetur 582
mortis quod tempus ſit gratum, item quæ mors grata 386
mortuos eſſe, & uiuere defunctos, quomodo intelligendum 91
Moſes mare diuidit 118
Moſes quando natus, & ex qua tribu, & eiuſdem politiæ adminiſtratio 89
Moſes quare abſco̅derit faciem ſuam 115
Moſes quare exaltetur in Iubileo 114 quare ſuper Iubileum radices miſerit. ibidem
Moſis refutatio contra Manichæos 35
Moſis ſepulchrum quare nemo norit 114
Moſi num omnes intelligentiarũ portæ ſint traditæ 93
Moſi quærenti nomen ab ipſo Deo, quid ſit reſponſum 95
Moſaicæ legis & Chriſtianæ religionis diſcrimen & conuenientia 265
Moſaici ritus quid ad ſalutem contulerint 280
motus ab occaſu uerſus oriente̅ quibus nominibus compelletur 40
motus noni cœli quomodo fiat 38
motus num in Deo eſſentia collocari debeat 32
motus num tantum ſit in intelligibilibus, ſecundum Platonem 32
motus omnis quare tempore menſuretur

ſuretur 141
motus in Deo eſſentia quis 32
motus ſecundum Ariſtotelem, num tantũ in ſenſibilibus rebus ſit 32
motus definitio 21.600
motus diuini cum circulari motu collatio 32
motus in re naturali principium quid 742
motus nomine quid Medici ſignificent 63
motum à Dei mente in materiam uenire 32
motum Deus quomodo habeat. ibid.
motum primum annexum principijs eſſe, unde Ariſtot. & Plato ueneṅtur. ibidem
motum tollere ab eſſentia diuina, ab apparẽtia formæ in ſubiecto, impium. ibidem
motuum cauſæ quare à Geometris oſtendantur 40
motus omnes, etiam particulares, à Deo proficiſci 32
mouendi facultas in cerebro poſita 55
mouendi uis, & motæ rei perpeſsio, num in eodem ſubiecto ſit, ratione duntaxat diſtincta 32
mouens primum an unum tantũ 168
mouentis primi & naucleri comparatio 38
mouere unde petatur 83
mouet Deum culpa noſtra ad retributionem pœnæ 32
mundus quid, & eius forma 743 ad quod exemplar conditus 35
mundus an æternus 34.553
mundus ab æterno quomodo ſit 138
mundus an factus 34
mundus an corruptibilis, & num alterationis cauſa 148
mundus æternitatis imitator 21.130
mundus cuius ſit naturæ & effectus 20
mundus in loco quomodo ſit 147
mundus intelligibilis, archetypus, & ſenſibilis quid 23.35
mundus maior & minor, quare uocentur 35
mundus omnes ideas ideatas continet 20
mundus quare uniuerſum dicatur 35
mundus triplex. ibidem
mundus utrinq; ternus 128
mundi anima qualis 36 eam ubi Plato collocet, & ubi Ariſtoteles. ibidem
mundi cõmunicatio quomodo fiat 91
mundi conditio quæ 20
mundi corporalis machina in quibus conſiſtat 36
mundi creati cauſa quæ fuerit Deo 139
mundi creatura ſimplex quæ 35
mundi creaturam triplicem eſſe 35
de Mundi creatione quatuor errores 34
mundi exemplar an unum 35
mundi figura quæ ibidem
mundi intelligibilis ſymbolum 113
mundi machinam proportione iuſta conſtare 147
mundi num materiale principiũ 34
mũdi officiũ & immenſus uſus 147
mundi ordines tres 227

mundi

mundi origo 552
mundi primi & intelligentiarũ ſymbolum 113
mundi quãtitas & περιφέρεια 147
mundi quintuplicis communicatio, & eius ſymbolum 113
mundi ſenſibilis ſymbolum. ibidem
mundi συμπάθεια 131
mundi tertij forma quæ 91
mundi triplicis expoſitio. ibidem
mundi unius ad alterum affectio 90
mundo ſenſuum externorũ nullum ineſſe 36
mundum animatum eſſe, an rectè dixerint Democritus & Epicurus 36
mundum figura χ cur ſignet Plato 40
mundum Orphici quomodo appellent 23
mundo in quouis quid propriè contineatur 17
Muſica 24
muſica humana, & eius partes 68
muſica quem locum in mathematicis teneat. ibidem
muſicæ diuiſio 68. 69
muſicæ harmonicæ quot partes 69
muſicæ quod iudicium ſit adhibendum 620
muſicæ Rhythmicæ numeros quomodo pulſibus aptarit Herophilus 69
muſculorum dignitas & officium 55
mutationem in Deo nullam eſſe 32
myrtea corona ouare quid 21
myſteria Chaldæorum & Aegyptiorum 118
myſteria cæremoniarum quare nolint materna lingua haberi Pontifices Rom. 665
myſteriales uirtutes 118

N

Natura omnium ſciri quomodo poſſit 145
natura quot obſtaculis remoretur à ſpeculatione 739
naturæ aditus 126
naturæ artificiũ unde deriuetur 537
naturæ confirmatiuum quid 125
naturæ corporalis diuerſa mixtio 137 proprietas 126
naturæ an eiuſdem ſit quod ſeparari poteſt 150
naturæ ſcala quid, & quotuplex. 111
naturam eſſe horizontem temporis æternitatis 123
naturam ſecundam efficientem cauſam animalium eſſe 49
naturà omnes ſciendi eſſe cupidos 3
à Natura quæ fieri dicantur 29
naturalis philoſophiæ diuiſio 24
naturalis potentiæ fons Luna 40
naturalis productio immediata 28
naturalis ſcientia circa quæ uerſetur 599
naturales res numero quot 62
naualia bello apta 74
neceſſe quomodo pluralitatem non admittat 133
neceſſitas abſoluta à Deo 27
neceſſitas conſequentiæ. ibid.
neceſſitas phyſica. ibid.
neceſſitas triplex. ibidem
neceſſitatum diuerſa cõſideratio 28

Nerei

Nerei, Typhonis, & Zamaelis attractio 125
nerui motionis inſtrumenta 54
nerui motorij duriores, & ex poſtica cerebri ortum ducunt 55
neruorum diuerſitas quare à natura facta. ibidem
neruorum origo cor, an cerebrum ſit. ibidem.
neruis quomodo utatur anima. ibid.
Nicolai III. pontificis Rom. factum quid myſterij habeat 663
Nicolai III. pontificis Ro. inſignia 672
nobilitas an à loco ſplendorem conſequatur 413
nobilitas ex proauis & ſtemmate an genuina & uera 411
nobilitatis obiectum quod. ibidem.
nobilitatis patriam Anacharſis cauſam eſſe negabat 414
nobilitatus Iphicrates cerdonis filius. ibidem.
noctes in plenilunio quare calidiores 581
Noe quid in typo denotet 88
Noæ ante & poſt diluuium uitæ longitudo 221
nomen Dialecticum quid 77
nominis ineffabilis proprietas 115
nominis LXXII literarum deductio 116
nominum & uerborũ ſeries decem quæ ſint 77
Noruegijs conceſſum ſacrificare calicem ſine uino, ab Innocentio VII. 356
noticiæ rerum quot præcipuè 58
notiones an inſtitutione comparentur. ibidem.
notiones, unà cum animis eſſe, Stoici aſtipulantur 57
nouenarius ſermo 90
eiuſdem effectus 113
numinis inuocatio quæ & qualis. 127
numeralia qua ratione in diuinis admittantur 97
numerationis diſpoſitio 116
numerus, cum quo Deus triplex ſeculum creauerit 125
numerus pro mente quomodo accipiatur 20
numerus Pythagoræ omnium rerum principium 13
numerus quomodo ſimpliciſſimus. 130
numerus quotuplex. ibidem
numeri multifaria diuiſio & natura 67
numeri partes quæ Platoni 33
numeri per ſe qui cernitur, uariæ formæ 68
numero nihil ſimplicius in ſeparatis. 20
numero pariter pari, pariter impari, & impariter pari quomodo utendum 131
numerum parem in maxima minimaq; poſſe diuidi 130
numerum ſe extendere ad omne genus 131
numeri materiales & formales quid 124
numeri numerorũ qui, & cuius utilitatis. ibidem.

numerorum figuræ à quo inuentæ. 70
numerorum habitudo & diuerſus reſpectus 618
numerorum inter ſe mutuæ affectiones 10.15
numerorum rhythmicorum varietates & partes 69
numeros uenari in dimenſionibus quid 131
νοῦν ſiue mentem quomodo diuinitati commiſceant philoſophi 242

O

Obdurationis & excæcationis cauſa quomodo ſit Deus 197
obiectum ſecundarium diuinæ intentionis cuiuſmodi 144
oblatio Papiſtica in miſſa, cuius pietatis ſit 650
oblatio Veteris & Noui teſtamenti an eadem ſit 636
oblatione unica num genus humanũ ſit ſanctificatum 666
oblationes in quem uſum uertendæ. 708
oblationes ueteris legis quare ineffi caces coarguantur 374
obtrectatores unde gignantur 149
occultum quid, & occultorum occultum 107
occulta & occultorum occulta num differant 152
occulta myſteria eruendi regula 110
occulta occultorũ ab obiectis quomodo elicienda 109
ad Occulta occultorum ianua 108
occulta primùm, deinde occultorum occulta perueſtiganda, & quòd utraq; aſſequi non poßint 107
occulta quæ, qualia & circa quid ſint, & quotuplicia 106
occulta quæ nam ab obiectis liceat uenari, quoq; ijs pacto ſit utendum 110
ex Occultorum ignoratione noticiáue quid eueniat 106
occultorum occulta in quo fundentur 108
occultorum occulta non ſunt impoſſibilia, minus occulta. ibidem
occultorum occulta quid, & quomodo defendantur 151.152
circa Occultorum occulta, quæ ſupra nos ſunt, quomodo intellectus iuuandus 110
in Occultorum perueſtigatione quales nos eſſe oporteat. ibid.
occultorũ pomœrium quomodo cõſequendum 108
occultorum quæ ſunt, quomodo tractanda 108
in Occultorum tractatione, quomodo recuperandæ uires 109
in Occulta occultorũ occultis quánam imaginatione nos gerere oporteat. ibidem
in Occultis occultorũ modus procedendi 106
ocium in Deo nullum aßignari poſſe 32
ocij diuturni nocumenta 64
ocium quanta mala importet 395
oculus quotuplex 592
oculis puris ſol amabilis, ægris odioſus 43
octauum cœlum quare à meridie in

ſeptentrionem proprio motu uoluatur 39
octo ſphæras num rectè dixerint eſſe Plato & Ariſtoteles 38
odoratus organum quod'nam 586
œconomicorum præceptorum auctor 17
officiorum rhetoricorũ partes quæ. 83
Olympica lecta 15. 128
olympium, quod'nam ignis ſpacium dicatur 36
Olympus quare dicatur mundus 20
omnia quomodo in ſingulis 145
omnipotens Deus quid 97
opere operato num diuina Maieſtas reconcilietur 367
operibus num promeruerint remiſſionem peccatorum ſancti 368
opinio quid concludat 11
opinionũ in Chriſtianiſmo unde tanta uarietas 321
oppoſitionum quot ſpecies 79
oppoſitum in Deo impoſsibile 32
optica doctrina 25
optices ſignificatio, officium 70
oracula Delphica quot & quæ 737
oracula inquiſiturus, quomodo compoſitus eſſe debeat 611
orandum quomodo, & quo loco 341
orantis habitudo qualis eſſe debeat 115
oratio unde & quid ſit 83
orationis antelucanæ ſecretum 115
orationis definitio 79
orationis partes quinq;, & ſingularum definitio 84
orationem ſinceram unde probauerimus 709
orbis ſigilla 16
orbium decem ratio 39
orbium octo ratio. ibidem
ordo cœleſtis Hieruſalem, & eius ſymbolum 121
ordo quanta commoda ſubminiſtret 717
ordo quomodo ab Academicis & Peripateticis partiatur 26
ordinis initia duo 26 eorundem facultates & uires, tum proprietates 26
organorum Muſicorum diuerſitates 70
Origenis ſalutem unde defendat Picus Mirandula 693
Orpheus quid per hymnos maris, Neptuni & Oceani ſignificet. 126
Orphei & Dionyſij cognatio 125
Orphei & priſcorum ſapientũ philoſophia unde dependeat 10
Orphei principia quæ & quot 125
Orphica myſteria 124
Orphicæ theologiæ modus 125
Otho Barbaroſſæ filius quem exitum habuerit 363
Ouidius cur Neptunum & Terram inuocet 126
oui uitelli ſymbolum 113
Ozias quare leproſus factus 355

P

Palæmonis & Leucothoes aditus. 125
Pallas 126
Pallas armata quid ſignificet 150
Palladis & Veneris uigilantia 126

palpi-

palpitationis cordis cauſa quæ 56
palpitationis formalis & finalis cauſa. ibidem
palpitationis quæ efficiens cauſa, & materialis. ibidem
Pandectas omnia iuris Ciuilis genera continere 73
in Pandectis an ſeptem articuli tantum, & quid quiuis contineat 73
panis & uini tranſſubſtantiatio an neceſſaria 667
Papa Romanus lerna malorum 633
Papæ poteſtas an legitima, & à Deo profecta 331
Papæ ſtimulis adulteria quæ Reges commiſerint 346
Papæ ſublimia epitheta & legitima nomina quæ 362
Papatus Petri qualis. ibidem
Papicolæ quam religionem potius colant 361
Papiſmus ut Viennæ & in Auſtria flacceſcat, quæ cauſa ſit 684
Papiſtæ ex quibus ſcriptis patrocinia quærant 320
Papiſtarũ blaſphemia in Deum per Miſſam 642
Papiſtarum in diſputationibus mos 631
Papiſtarum gradatio ad ſublimiorem ſtatum 326
Papiſtarum potentia unde creuerit. 319
Papiſtica in eccleſia quæ uirtutes floreant, & quales ei homines præſint 336
Papiſtica inquiſitio ex quibus ſcriptis fieri debeat 681
Papiſticorum præſtigiorum ingens catalogus 323
Paradiſus quomodo duplex 90
paßio omnis an fiat per contactum, & quo in prædicamento ſit ipſa 158
paßio quomodo fiat in inſenſibilibus 181
paßionis definitio 78
paßionis & ſenſationis ſubiecta diuerſa 137
paßionum omnium in damnatis fundamentum cuiuſmodi 193
πάθος ſeu affectus quid 54
& quàm latè ſumatur 733
patientia quàm præſtans uirtus 387
patrum expoſitiones quanti faciendæ 364
patrum piæ inſtitutiones quomodo in abuſum pertractæ 708
patrum præceptores qui fuerint 87
patribus indidiſſe nomina angelos. 88
Pauli epiſtolam ad Rom. compendium theologiæ eſſe 694
Pauli nomine quare appellatus ſit Apoſtolus 274
Pauli quarti pont. Rom. impudentia, & dira auaritia 362
paupertas Euangelica ſita ubi nam ſit 332
peccatum ad quot res ordinetur 196
peccatum infidelium ubi 98
peccatum mortis aculeus 702
peccatum originale 119. 695
peccatũ primi hominis quid & quomodo in poſteritatẽ tranſierit 98
peccati finiti an pœna infinita 214

peccati nomine quæ res comprehendantur 696
peccati uis & ratio unde demonſtretur, tum peccati cognitio quid ſit 696
in Peccatorum iuſtificatione opus Dei quod'nam ſit 703
peccatorum quæ ſcientes delinquimus pœna 265
pecuniæ augmento cupiditas magis creſcit 407
pecuniæ cauſa nihil non homines facere 393
pecuniæ cupido quātas ſubminiſtret incommoditates 406
Pelagij hæreſis 98
Peliel inſtituit Iacobum 89
peregrinationes quare ſuſcipiendæ. 709
perfectio in ſuperiori choro conſiderata qualis 21
perfectiones attributales quomodo ſumptæ, rationes diuerſas & in recto definibiles in Deo non ſtatuant 144
perfectis & ſapientibus quid patefaciendum 104
Periœci qui 44
Perſarum reges quare imbuebantur Magia 122
perſona una in duabus naturis 98
perſonarum trium manſiones quomodo perſiſtant cum perpetua emanatione 138
perturbationes animi quæ dicantur, & quid ſint 732
peſtiferum aerem quæ res efficiant, item noxium quæ emendent 731
phantaſia ubi conſiſtat 605
phantaſma quid 608
Pharaonis & Papæ collatio 302
Phariſæorum & pſeudoprophetarum doctrina 100
φαρμακευτικὴ 58.61
Φιλαυτίας uitium quale 166
Philippus Barbaroſſæ filius Imp. Papæ inſidijs ab Othone ſucceſſore interfectus 347
Philo quando claruerit, & ubi: eiusq; profeßio 261
philoſophandi communem modum quæ concernant 10
philoſophari rectè neminem poſſe abſq; numeris 130
philoſophia cōmunis circa quæ uerſetur 25
philoſophia cōtemplatiua quales res conſideret 24
philoſophia moralis quæ 616
philoſopho neceſſaria ad diuinarum rerum cognitionem 39
philoſophia quid, & circa quæ uerſetur 596 eius immenſa utilitas 737
item quomodo fons & ſcaturigo ſit omnium ſcientiarum 738
philoſophia ſcala ſapientiæ 9
philoſophia ſymbolica quæ 4
philoſophia unde oriatur 58
philoſophiæ amor aulicis rarò contingit 154
philoſophiæ beneficium ad cultum diuinum cuiuſmodi 8
philoſophiæ communis diuiſio, & partes 25
philoſophiæ definitio Platonica 26

philo-

philoſophiæ diuiſio ſiue partitio. 24.26
philoſophiæ diuinæ quatuor partes 96
philoſophiæ finis noticia 26
philoſophiæ humanæ gubernatrix quæ 84
philoſophiæ Platonicæ ſubiectum. 26
philoſophica cœna quæ 154
philoſophus primus nomine quis fuerit 396
Phorcenſis collatio pulcherrima de diuerſitate mundi 90
Phyſica quas res pertractet 742
phyſicæ ſcientiæ finis 26 ſubiectum quid. ibidem
Phyſiologia 63
φυσιολογικὴ quid 58.61
pictura 71
pietatis proprietas 114 ſubordinatio ad ſapientiam 116
pili an omnes eiuſdem naturæ 586
piſcandi ius ubi omnibus commune. 718
piſces reſpirare, quomodo probetur 50.55
piſcium complexio, natura & ingenium 50
planetæ quando languidi ſint, & nullius ualoris 41
planetæ retrogradi, ſtationarij, progreſsiui. ibidem
planetæ qui & quot benefici, & contrà malefici. ibidem
planetarum aſpectus aeris conſtitutionem uariant. ibidem
planetarum aſpectuum uires & potentiæ. ibidem
planetarum cum animæ uita communio, & diuerſitas, tum effectus. 139
planetarum diameter 40
planetarum diſtantia 39
planetarum interualla quæ. ibidem
planetarum orbes & numerus unde colligatur. ibidem
planetarum ſeptem orbes. ibid.
planetarum uires & natura 577
planetis ſingulis quot figuræ tribuantur 169
plantæ ultimæ truncatio quid 114
Plato res diuinas quomodo & quibus uelauerit 104
Platonicum philoſophandi genus 22
plenitudinis gratiæ aduentus 98
πλεονεξίας ſpecies quot, & quid ipſa ſit 732
pœna omnibus an ſit æqualis infligenda eiuſdem criminis 721
pœna quomodo infligēda ueniat poſt hanc uitam animis peccatorum. 626
pœnarum genera diuerſa 213
pœnitentia an idem cum diſplicentia 187
pœnitentia delicti mouet ad miſericordiæ conſecutionem Deum 32
Poeſis cuius philoſophiæ pars 25
poetarum commoditas in erudiendo auditores 219
politiæ cum membrorū hominis conſtitutione comparatio 53
politicorum exculptor quis 17
Polyxenæ puellæ mors, exemplum fortitudinis 399

Pōtifex an ſine ſummi magiſtratus authoritate approbandus 362
Pōtifex ſummus quis, & qualis pontifex eſſe debeat 358
Pontificis regimen, an regale imperium eſſe poſsit 359
Pontificis Romani faſtus, & tyrannica ſuperbia 335
Pontifices num Petri ueſtigijs innitantur, & huius cum illis collatio. ibidem
Pontifices Rom. quibus artibus ſtabiliant regnum ſuum 664
Pontifices Rom. quid pro extremo ſubſidio habeant 678
Poros conſilij filius 126
poſsibile & debitum per ſe quid 133
potentia cuiuſuis rei quotuplex ſit. 194
præcepta Dei duo præcipua 99
præceptores uice patrum colendi 6
prædeſtinatio quid 298 quid differat à reprobatione 206
prædeſtinatio diuina quomodo fiat 97 unde in reprobos oriatur. ibidem
prædeſtinationis ratio quæ, & cauſa 142
ad Prædicamēta quæ referenda 79
prædicamenta abſoluta quas uoces recipiant 172
prædicatum quid 80
prædicatorum abſolutorum & reſpectiuorum ad intellectum accommodatio 422
in Prædicendo cognitu neceſſaria quæ 584
primum quid rectè dicatur 19
primi principij & dæmonum diſcrimen 21
principes boni, qui & præfectura digni 388
principiatum à principio quomodo differat 155
principiata quæ, eorumq́; diſtributio 15
principiatorum locus & natura 16
principij arcani Pythagorici expoſitio 13
principij natura & proprietas 156 15.
principij repetitio 159
principia abſoluta quid, & quàm latè pateant 430
principia dimenſionum nulla 23
principia duo creationis falſa 35
principia num omnia habeant 155
principia prima à Deo immediatè. 31
principia rerum quæ
quæ 11 uera
principia reſpectiua, & quàm latè pateant 434
principia eſſe aut cauſas, aut concauſas 25
principiorum acceptiones 544
principiorum Alphabetum 422
principiorum connexio apud Peripateticos quomodo pariat perfectione quaternarium 15
principiorum diuerſitas 536
principiorum inter philoſophos ſymbolum 127
principiorum numerus certus quis, & quæ ſint 742
principiorum Platonicorum & Pythago-

thagoricorũ ſympathia & comparatio 15
principiorum primum quod ſit 12
principiorum primorum combinatio 466
principiorum proportio 431
principiorum quomodo Deus non eſt cauſa 31
principiorum regularũ & ſubiectorum combinatio 466
principijs annexa quot & quæ 25. 31
de Principijs orta quomodo diuidantur 25
à Priuatione non eſſe regreſſum ad habitum 194
probabilis ratiocinatio quare dicatur 80
proceſſus immediatus finitis ſubſtantijs quomodo conueniat 172
prodigiorum Papalium ſignificationes quid portendant 672
promiſsionis gratiæ ſigna num ſacramenta ſint 707
promiſsiones ueteris Teſtamẽti quò ſint directæ 705
promiſsionum S. Scripturæ unicum pignus quodnam 701
pronunciationis habitus 84
prophetare quantæ dignitatis ſit 258
prophetia naturalis 124 eius uia 131
προφυλακτική 58
proportio quotuplex 131
proportiones diſtributiuæ 459
propoſitioni quot accidentia 79
propoſitiones modales quibus æquipolleant 191 quot modis conſtent 80 unde oriantur. ibidem
προσωποληψία in diſciplinis haud recipienda 8
Protei ad Pana attractus 126
prouidentia quotuplex. ibidem
prouidentiam in Deo eſſe 28
prouidentiam, uitam & immortalitatem ubiq; eſſe 120
de Prouidentia Dei quid ſtatuat religio 27
prouidorum natura unde 22
prudentiæ humanæ ueſtigiũ quodnam. ibidem
prudentiæ officium & proprietas. ibidem
Ptolemæus à Platone diſcordat in planetarum ordine 39
publicæ utilitates priuatis præferendæ 688
puer apud Aegyptiorum interpretes quid 120
pulmonis affectus 59
pulſus quid, & eius indicationes 67
purgatorium an ſit 643
purgatorij defenſionem, quare adeò pertinaciter urgeant Papicolæ. 669
Pyramidis uarietas 618
Pythagoras arcanorum parens 13 primus philoſophiæ creditor. ibidem. quomodo diſtinxerit exemplaria & ſpecies rerum 17 ubi latuerit 121
Pythagoræ decas quid & unde 129
Pythagoræ diſcipulorum primũ inſtitutum tacere 13
Pythagoræ ſigillum in quo conſiſtat. 18

Pytha-

Pythagoræ ſymbolũ de tranſitu animarum in alia corpora 17
Pythagoræ tetractys 127
Pythagoræ uerißima principia 127
Pythagoram non ſenſiſſe humanam eſſentiam cõmunicare bruto 128
Pythagorica arithmetica 116
Pythagorica myſteria 127
Pythagoricæ diſciplinæ fundamentum 127 unitatis certitudo 128
Pythagoricum ſymbolum unum duo 20
ex Principijs Pythagoricis poteſt etiam in rebus artificialibus dari æternitas 11

Q

Quæſtio rhetorica unde ducatur 83
quæſtionem requirere particulares theſes uarias 146
qualitas quare in qualitate eſſe nequeat 159
qualitatis Deus an ſit expers 166
qualitatis diuiſio, & definitio 78
qualitates ſine corpore an eſſe poſſint 62
qualitatum temperatura conſtare ſanitatem. ibidem
qualitatum uitioſa temperies morborum cauſa. ibidem
quando, quomodo definiatur 78
quantitas quid, & eius diuiſio. ibid.
quartanæ cõtinuæ febris cauſa, atra bilis 65
quaternarij in denariũ deductio 116
quiditates ab æterno, quomodo habeant ſuum eſſe formale 142
quies, priuatio motus 38
quinarius numerus quare dicatur ſignifer 19
quotidianæ continuæ cauſa & ortus 65

R

Radix terræ quid ſignificet 119
ratio ratiocinando errare poteſt 12
rationis ad affectionem quæ ſit proportio 618
rationis partes 7. 68
rationis particeps unde homo dicatur 57
rationis ſedes cerebrum 51
rationis termini 12 uis &
uſus 163
rationi quid tribuendum in rebus diuinis 224
rationi ſoli relicta ſyllogizandi facultas 10
rationalis philoſophiæ munus & diuiſio 25
rationalis philoſophiæ partes
partitio ab officijs 4
ratiocinãdi formam ex cognitionum opificibus pendere 76
ratiocinatio probabilis 11
ratiocinationis partes 81
ratiocinatricis facultatis neceßitas & utilitas, tum officium 6. 81
Raziel quis fuerit Adæ 56
receptio patrum ad collegium Prophetarum. 87 ibidem
reditus emptio cum pacto retrouendendi num ſit licitus 72
Regia dignitas in quibus conſiſtat. 616
regnum quo ſpiritu adminiſtretur pijßimè 354

relatio

relatio nulla res extra animam 133
religio ſuperſtitioſa, cur tantum adametur à uulgo 361
religionis abuſus ad priſtinum ſtatum quomodo reſtitui poßint. 700
religionis ſinceræ gratia quid tolerandum 149
reliquiæ ſanctorum ſunt retia monachorum 350
res militaris quibus conſtet 73
res quælibet quomodo in ſui puritate conſtituta 138
res arcanæ quomodo ſcribẽdæ 104
res non naturales quæ, quot, & earum uis 63.730
res præter naturam quæ, & quid ſint 733
res omnes uniuerſaliter in quinas cõditiones diſtributæ 93
rerum & ſubiectorum triplex ſcala 108
rerum omnium initiũ quod, & quæ eius habitudo 26
rerum præter naturã explicatio & numerus 64
rerum primitiuæ creaturæ quæ, & quot, & utrum coæuæ 35
rerum rationes formales, ubi reperiantur 144
rerum ſpecies & differentiæ 26
rebus quæ nam inſint 25
reſpectus ſecundum eſſe, ſunt in relatione 159
reſpiratio unde naſcatur 55
reſpirationis cauſæ, efficiens, adiuuans, materialis & finalis 55
reſpirationis inſtrumenta. ibidem
reſpirationis iuxta Galenum definitio. ibidem
reſpirationẽ piſcibus per branchias fieri 50
reſpirationem quomodo habeant balenæ. ibidem
reſpondendi modus 444
reipublicæ ordo uerus quis 53 ſtatus optimus quis 72
de Repub. bene mereri quanta uirtus ſit 617
reſpublicas quid peſſundet præcipuè 722
reſurrectionis ſpes peccato quando à Deo nulla ſit 195
Rhea 126
rhetoricæ materia quæ & quotuplex 83. 621
rhetoricæ artis definitio 25
ridere riſum inextinguibilem 21
Romana gens parẽre neſcia 358
Romaniſtarum in increpando quanta fuerit ſemper inſolentia 355
Rom. Antichriſtus quibus dolis faſcinet quoſuis artifices 685
Romanus põtifex an legitimus uerbi Dei miniſter 300

S

Saba regina mirabili ingenio mulier 223
Sabbatum ſabbatorũ quomodo differat à quietis ſabbato, & eius dignitas 93
Sabbati diem ſanctificare quid 92
Sabbati ſymbolũ quid myſterij contineat. ibidem

Sabbatorum differentia 114
ſacerdotes an in rebuspub. neceſſarij 75
ſacerdotes Papiſtici quibus ſacris initiari debeant 345
ſacerdotium Chriſti an eſſe deſierit 373
Sacramentum quid, & quotuplex. 99.707
ſacramenti abuſus incommoda 378
ſacramenti adminiſtratio in mutam actionem tranſlata quid boni pepererit 367
ſacramenti conſecrationis uis num à ſacerdotis intentione dependeat. 368
ſacramenti myſterium maximè populo explicandum. ibidem
ſacramenti repoſitio in ergaſtulis an pia 369
ſacramenta an ſigna ſint promiſſionis gratiæ 707
ſacramenta numero quot 366
ſacramēta quare inſtituta, & eorum uerus uſus quis 378.707
ſacramenta quid, & an tantum profeſſionis notæ 365
ſacramentis num gratiarum acquiratur donatio 365
quid in Sacramentis uerborum murmur ſignificet 369
ſacratæ res quando alienari poſſint 718
ſacrificiū cuiuſmodi nobis relictum. 356
ſacrificia quæ'nam Deo gratiſſima. 305
ſacrilegium, ſeparare quæ à Domino ſunt coniuncta 371
Sadich 114
Salomonis quāta fuerit ſapientia 222
in Salomone plena luna quid 116
ſalutis mediator 149
ſalutis cauſa opera bona an fides ſit. 303
ad Salutem neceſſarium unicuiq; homini quid 96
ſancti & immaculati diſcrimē 394
Sancti in ſcriptura qui dicantur 281
ſanctorum natura qua ratione ſit duplex 707
ſapere uerè qui uelit, eum quid iuuet, quid item noceat 383
ſapientia ab homine quomodo poſſideatur 22
ſapientia & ſapiens quid. ibidem
ſapientia quæ uocanda 23
ſapientia quibus medijs modiſq; cognita 240
ſapientiæ cœleſtis quomodo ſimus participes 86
ſapientiæ cognomen qui homines primò ſint meriti 396
ſapientiæ contemplatiuæ rudimentum quod 599
ſapientiæ diuinæ ueſtigium ubi appareat 22
ſapientiæ miranda opificia, & utilitates prodigioſæ 243
ſapientiæ finis quis 395
ſapientiæ ſtudij efficacia 4
ſapienti conditiones quæ neceſſariæ 22
ſapientū doctrina non omnium manibus

nibus tractanda 105
ſapientum primorum intentio in myſterijs quæ fuerit. ibidem
ſapientum ſympoſium 148. 150
ſatisfactiones præteritorum an emi- poßint 709
Saturnus 126 noxius 41
Saturni effectus, locus, color, progreſſus 42
ſcala naturæ quæ, & quid in ea conſideretur 85
ſcandalum quid, & quomodo euitari poßit 708
ſcandalis nullam non ſolum occaſionem dandam, ſed etiam ſi quæ ſit, dimouendam eſſe proximi cauſa. 341
ſcenographice quid, & eius eximius uſus 70. 71
Scheropœia 71
ſchiſmata excogitantes qua pœna plectendi 354
Scholaſtica religionis doctrina num approbanda 708
ſcibile primum quando mutatum. 533
ſcientia de fortuitis, & quæ caſu fiunt, nulla datur 23
ſcientia omnibus inſita 3
ſcientia Principiorum nulla 11
ſcientia quæ una 134
ſcientia quarum rerum ſit 141
unde ſumat initium 23
ſcientiæ æmulatrices 71
ſcientiæ diuinæ quæ accidant 133
ſcientiæ ueri & falſi quæ hominis pars copuletur 148
ſcientiæ ſupremæ eſt, cauſas conſiderare 23
ſcientiæ, diuinæ contemplationis famulæ 102
ſcientiam omnem ab ipſis principijs originem trahere 10
Scriptura ab Antichriſto & eius ſequacibus quomodo citari ſoleat. 364
Scripturæ partes præcipuæ quæ ſint 701
ſecretum admirandum 115. 121
ſecretum, cuius non eſt ſimile 106
ſecretum magni Iobelei 117
ſecretarum rerum noticia 131
ſecretorum ſecretum quid 112
ſeditio & animorum diſcordia quanto malo rebuſpub. 646
σημειωτικὴ quid, & eius diuiſio 58. 61 definitio & præſtantia 66
Sem filiorum Noe Deo gratißimus 88
Sem, originalis peccati redemptor dictus. ibidem
Semhamphoras operatio 117
ſemitarum numerus. ibidem
Semæorum frugalis uitæ & ſummæ cum uirtute coniunctæ deſcriptio periucunda 327
Seneca quomodo Stoicos de fato reſpuat 28
ſenes qui 112
ſenſibilis delectatio num habeat cõparationem 135
ſenſibilis ſpecies unde abſtrahatur 11

ſenſibilia communia quid producant 133
ſenſibilium partitio 25
ſenſus, corporis & animæ communio 54
ſenſus & imaginatio abſtractionis inſtrumenta 11
ſenſus naturæ quomodo intelligi poſſit 141
ſenſus ratione inferior 11
ſenſum doloris & uoluptatis quomodo poßideant ſtirpes 48
ſenſu non metienda uitæ negotia. 209
ſenſus quomodo elemẽtis correſpondeant 588
ſenſuum apparentia ratiocinari non poſſe 11
ſenſuum diuiſio ac officia 54
ſenſuum & intellectuũ diſcrimen 8
ſententiarum librum totum cum omnibus diſtinctionibus, quæſtionibus & articulis complectitur. 96 97 98 99
ſeparatorum ordo 118
Sephiroth quare & quid dicatur 86
Septentrionem per meridiem ligari quid 111
Seraphin 91. quid myſticè ſignificet 28
ſerpentis aſtutia 98
ſeruiles effici mortis metu 386
ſeruitus unde metienda 402
ſeruus bonus ex quibus æſtimandus 387
ſeruus hæres ſi fiat, num liber putandus ſit 720
ſerui qui, & uerè ſerui 382
ſexus diſcrimen an inter dæmones. 628
Sibyllæ teſtimonium de Chriſto naſcituro 255
ſiderum dimenſiones 68
ſigillum formæ humanæ naturã inferiorem non ſignat 17. 18
ſigna & eorum cardines habere uim condiſtinctam 41
ſigna in corpore latentium telorum. 60
ſignorum zodiaci geſtamina quæ. 44
ſignis num iuſtificatio ſit tribuenda 707
ſilentium cœleſte quid 137
ſimilares & diſsimilares partes quæ. 62 unde naſcantur 49
ſimilarium partium definitio. ibidem
ſimilium conſortio & conſuetudine principum ſtudia æſtimari. 351
ſingularia quomodo ſciri non poſſint 134
ſimplicia quid, & quàm latè pateant 422
ſitus definitio 78
ſobrietatis infinitæ commoditates, & pulcherrima dona 409
Socratis conſtantia 696
Sodomæ peccati ſymbolum 115
Sol mundi oculus 43
ſolis declinatio quid 39
ſolis effectuum accidentia 41
ſolis in zodiaco medietates 40
ſolis magnitudo 43

ſolis mora per ſingula ſigna 43
ſolis natura propria quæ, & munera 40
ſolis uaria munera & ſingulares facultates 43
ſolis uires, eclipſis, affectiones, & diuerſi effectus. ibidem
ſolis ſphæra cui concentrica 40
ſolis tres ſphæræ, & earum officium 169
ſolem infra Lunam eſſe quibus rationibus Plato probet 39
ſolem planetarum medium eſſe. ibid.
ſolaris luminis effectus 40
Solonis apud Herodotum ſententiæ de Crœſo myſterium 16
ſomnium quid, & eius effectus 135
ſomnus quid, & quomodo fiat, & eius officium 732
ſomni definitio, natura & cauſæ. 64
ſomni & ſomnij definitiones, & cauſæ 609
ſomni tempus quod'nam aptiſſimum 64
ſomni utilitates. ibidem
ſonorum cum cœli motibus comparatio 68
Sopher 114
Sorbonici Atlantes 152
ſorites quid, & quomodo nuncupetur 82
ſpecies quomodo in parte 135
ſpeciei prædicatio 77
ſpecierum & generum uiciſſitudo. 78
ſpeculatiuæ partibus practicæ quæ partes reſpondeant 68
ſpeculi lucentis & non lucentis ſymbolum 116
ſpes fidei comes & ſocia 143
ſphæra octaua quibus argumẽtis indicetur 38
ſphæræ octauæ duos eſſe motus 38
quare triplicem ſtatuant recentiores. ibidem
ſphæræ cœleſtes, an locum mutent, necne 577
ſphæræ inferiores nouem unde moueantur 90
ſphæræ planetarum numero quot. 170
ſphærica doctrina 25
ſphæricæ doctrinæ quot pediſſequæ 70
ſphæricum lumen unde deriuetur. 577
ſphæricus numerus 117
ſpiritualia bona cuius beneficio conſequamur 286
ſpiritus qualis creatura 35
ſpiritualis quando quis dicatur 707
ſpiritus quid, & eius officium 62
quotuplex ſit 164.730
ſpiritus etymologia, & quæ ſpiritu comprehendantur 164
ſpiritus & numeri perfectionis proportio & analogia 15
Spiritum ſanctũm quis habeat 309
Spiritus diuini quibus linguis loquantur 95
Spiritus duo quomodo ex uno ſpiritu 113
ſpiritus primæ motuum cauſæ 55

ſpiritus quare plures, & non unus tantum 168
ſpirituum quantam curam medicus gerere debeat 63
ſpongiformes partes fluxione indureſcunt 59
ſputa quomodo conſiderare oporteat 67
ſtatus quot 83
ſtatuum triplicitatis quot nomina, & quæ, & horum interualla. 85
ſtellæ humidiores & fœmineæ quæ 41
ſtellæ quamuis ui ſolis luceant, tamen ſolis præſentia obſcurantur 43
ſtellæ unde ſexuum uim recipiant. 41
ſtellarum errantium uirtutes & facultates. ibidem
ſtellarum fixarum diuerſæ proprietates 40
ſtellarum luciditas quomodo minuatur, uel augeatur 41
ſtellarum mutatio tempori imputatur 39
ſtellarum quantitas & uirtus haud eadem 41
ſtirpes ab interna natura gubernari quid 48
ſtirpes animalibus facultatibus præditas eſſe aſſerit Galenus. ibid.
ſtirpes quare animalia uocare auſus ſit Plato. ibidem
ſtirpes tantū anima uegetatrice præditas eſſe. ibidem
Stoicorum de prouidentia diuina cæcitas 28
Stoicorum opinio de affectibus 54
Stoicis quare principia corporea 21
ςοργὴ 72
ſtylus hiſtoricus qualis requiratur. 77
ſubiectum quid 80
ſubiectum & propria paſſio, quomodo diſtinguantur 142
ſubiecta rerum quæ & quot 108
ſubiectorum diſcurſus 491
ſubiectorum & quæſtionum omnium, tum regularum coordinatio 423
ſubiectorum forma quomodo indagetur 471
ſubiectis nobilioribus nobiliora ſunt attributa 16
ſublimitatis diuinæ receptacula 9
ſubſtantia orbium 120
ſubſtantia quo ad ens quomodo conſideratur 24
ſubſtantia quomodo prior accidente 133. 534
ſubſtantia rerum quæ 23
ſubſtantiæ cognitio natura prior accidentis cognitione 25
ſubſtantiæ definitio & ſeries 78
ſubſtantiæ & accidentis uera differentia 425
ſubſtantiæ ſpecies quot 133
ſubſtantiæ quomodo ab accidentibus diſtinguantur 25
ſubſtantiæ nullæ malæ quatenus. 181
ad Subſtantiam ueram tractandam neceſſaria

neceſſaria quæ 25
ſubſtantiales quantitates quid, & unde 119
ſudoris excretio uel detentio quale ſymptoma 65
ſuperſtitio quomodo irrepſerit in Chriſtianiſmum 343
ſuperſtitiones in eccleſia Antichriſti quæ 325
ſyllogiſmus quid 81
ſyllogiſmi diuiſio & accidentia. ibidem
ſyllogiſmi forma quæ, & eius diuiſio ibidem
ſyllogiſmi hypothetici quot leges. 82
ſyllogiſmi materia quæ 81
ſyllogiſmi Peripatetici ratio 10
ſyllogiſmi reductio 81
ſyllogiſmorum figuræ quot. ibidem
ſyllogiſmorum termini qui, & eorum diſtinctiones ibidem
ad Syllogizandi modum poſitiones quædam conſiderandæ 11
ſymbolum in porta lucis cuiuſmodi. 92
ſymbolum ſanguinis quare laicis interdictum 371
ſymboli, Per uiam publicam non ingredi, explicatio 382
ſymbola diuinorum attributorum. 559
ſymbola occultiſſima quædam, & eorum ſubtilis ordo 86
ſymbolica actio ubi conſiſtat 89
ſymbolica cognitio quid conducat Theologiæ 84
ſymbolicæ philoſophiæ partes 89
ſymbolicorum dogmatum quot opifices, & eorum explicationes. 85
ſymptomata circa quæ uerſentur 65
ſymptomatum diuerſæ ſpecies. ibid.
ſynderesis an in damnatis 180
ſynderesis circa quid ſtatuatur 58
ubi & quid ſit 607
ſynochus putrida 65
Syrena apud Zoroaſtrem 120

T

Tacere an magis proſit quàm loqui 155
tactica quæ olim dicta 74
Tartareæ pœnæ locus, numerus & diuerſitas 91
Tartari duo quomodo, & eorum uſus 90
Tartari terribiles cruciatus 16
temerè nihil mutandum, præcipuè in religione 355
temeritas reprehendendi quid declaret 150
temperatura quid 62
tẽperaturæ æqualitas quomodo intelligatur. ibidem
Templariorum faſtus & tyrannis. 351
templum Dei quot modis dicatur. 232
templis quibus nam immoretur ſpiritus diuinus 341
tempus qua ratione mundo coæternum 34
tempus quando inceperit. ibidem.

tempus

tempus quare rebus aſsignatum. 34
tempus quid 600
tempus quomodo circulus 21
temporum duorum præcipuè conſiderationem habendam 392
tenebrarum ſecretum 115
termini omnium ſcientiarum 446
termini Theologici 445
terminorum conditiones 440
contractio 462
terminorum Methodi uarietas & origo 423
terminorum poſitiones 430
ternarius primus in compoſitis numeris 19
ternarij numeri habitudo & natura. ibidem
terra an cœlum moueatur 37
terra in quatuor quadrantes quare diuidatur 42
terra quadrata 45
terræ circunſtantiarum diuiſio 47
terræ deſcriptio, beneficia, paſsio. ibidem
terræ diſtantiæ, & firmamenti. 39
terræ figura Iſrael 564
terræ latitudo quomodo metiatur, & longitudo 42
terræmotum, motionis terræ cauſam eſſe non poſſe 38
terræ ſunt diuerſarum rerum uenæ. 46
terram non moueri 38
tertiana continua unde naſcatur. 65
teſtamentum interceſsione mortis teſtatoris neceſſariò fieri 374
teſtamenti Veteris & Noui quale diſcrimen ſtatuatur 706
tetractys maximè principiũ Pythagoricum 13
tetractys omnium creatorum idea. 19
tetractys proprietas & uirtus 14
tetractys quomodo producat decem 19
Tetraſtichon qua re in Zoilum ſcripſerit autor 152
theleſis qua re dirigatur 183
thaumaturgice 71
Themiſtoclis aureum apophthegma 406
Theologia plurima & minima 137
theologia ſummatim quomodo comprehendatur 96
theologia uera de quibus rebus tractet 690
theologiæ amplitudo 71
theologiæ philoſophorũ & noſtræ comparatio 264
theologiæ ſubiectum 562
theologiam per philoſophiam apprehendendi modus 9
theologiam quibus artibus inſtructus accedere quis debeat 84
theologiam ueram philoſophis Ethnicis cognitam fuiſſe, ſed obſcurè. 252
Therapeutarum diſciplina & uita laudatiſsima 403
θεραπευτικὴ quid 58.61
throni ſimilitudo 117

Thubal.

Thubalcain fabrilium & ferreorum inſtrumentorum inuentor. 87
timor Dei quanti fiat apud Papiſtas 336
timor quomodo inferior, ſiue ſuperior amore 114
timoris diuini fructus & utilitas. 198
Tipheret copulatio media nocte. 115
traditionibus humanis quando ignoſcendum 712
tranſanimatio 119.129 quid reuera uiris doctis 18
tranſanimatio uulgò impiè Pythagoræ adſcribitur 18
tranſcendētia Platonis quinq;, quæ & quare 139
Triadis myſterium ab humano animo quomodo apprehendatur. 693
omnia ex Tribus conſtare 15
Trinitas animalis 125
Trinitas quibus principijs deſignetur. 13
Trinitatis pia ſpeculatio, & dignitatis æſtimatio 28
Trinitatis quæ ratio dari poſsit. 145
triplicitatis domina 85

V

Vacuationes quomodo & quando fieri debeant 752
uacuum utrum ſit 33
uapor quid differat ab exhalatione. 46
ubi quid ſignificet, & quomodo differat 73
uectatio 64
uegetabilia quot 25
uentus quomodo ſpiritus, & ubi dicatur 158
uenti generatio quomodo fiat 586
Venus quare Lucifer & Veſper dicatur 43
Veneris ſingularis fulgor, color & mora. ibidem
Venerem continere ſphæram intelligibilem, quid ſit 139
Verbum Dei cur laceratum 116
Verbum quomodo ex ſpiritu producatur 113
Verbi æterni idea infinita 227
Verbi Dei miniſtrorū uocatio quomodo fiat. 277
Verbi diuini quot ſint attributa, eorumq; explicationes 234
Verbi iuxta Dialecticos definitio. 77
Verbo diuino ſoli innitendum 357
uerborum delectus quis, & quotuplex 83
Veſtæ attractus 126
uidere per animos quotuplicem ſignificationem habeat 261
Vigilantij conatu reliquiarum irreuerentia nata 356
uigiliæ quis modus ſtatuendus 64
uinum germinans apud Zachariam quid 125.127
uini quanta uis ſit, & nimij quanta nocumenta 416
uiolare 72

uirtus abſq; prudentia, dexteritate caret 392
uirtus cui animæ parti ſubijciatur. 71
uirtus quare expetēda, & eius præmium quod'nam ſit 404
uirtus quid ſit, eius officium, & an indigeat corporis honeſtamento 405
uirtus ubi perficiatur 192
uirtus quomodo colenda 404
uirtus una quæ 382
uirtutis definitio quæ, & eius ſpecies 614
uirtutis gratia certamina ſubeunti, quid neceſſarium 166
uirtutis præmium quod 209
uirtutes Ethnicorum quare non ſint ueræ uirtutes 696
uirtutes quomodo imputentur aſtris 590
uirtutum catena 99
uirtutum loco uitia apud Papiſtas regnum tenent 336
uirtutum nomina 71
uirtutum radix Ambroſio quæ 143
uiſiones quotuplices 214
uiſus priuatio an recuperetur 195
uita æterna unde expectanda 149
uita uegetalis 119
uitæ expers, num quid in mundo. 579
uitæ humanæ iuxta ſeptenarium computatio, quomodo Planetis ſubiecta 140
uitæ ligni fructus quis ſit futurus. 87
uitæ philoſophicæ uictus ratio rectiſſimé adumbrata 408
uitæ ſpiraculum deiforme quid 165
uitam habentia quare ſurſum tendant 85
uitam habentium & influentiū differentia 111
uitalis facultas quibus medijs ſeruetur 51
uitalis potentiæ fons eſt ſol 40
uitalium animantium actionum facultates uariæ 56
uitem tres uuas ferre, quid ſignificet 416
uitijs immerſus ſublimia contemplare non poteſt 86
uitia ſua quibus artibus tegant Papiſtæ 339
ultores decem intra unumquenq; 121
unanimes qui 18
unio in Chriſto quotuplex 594
unitas ſubſtantiua certi numeri ſecundum naturam, non eſt alterius unitas 17
unitas Trinitatis in cœlis & in terris, apud Iohānem euangeliſtam quid 113
unitas triplex 125
unitatis principium, & eius emanatio quid 91
unitatis principij proportio. ibidem
unitatis ſolutio quis morbus dicatur 65
unitates quomodo ſint inconiectiles 17
unitatum reſpectus & principium, quomodo in numeris 193

uniuerſale quomodo ſingulare 133
uniuerſalia prædicata quomodo nobis nota 144
uniuerſalis reſtauratio, quare ſalus nuncupetur 86
uniuerſitas rerum unde creata 97
uniuerſi motionis uis quæ ſit, & eius facultas 36
uniuerſi natura an eadem cum concretione 35
uniuerſi reſpectu principia quot, & quæ 26
uniuerſi ſympathia & antipathia. 494
unum ad unum quomodo reuertatur 129
unum ens, unum quid 132
unum in alteritate unde intelligatur 141
unum omnis productionis fons 129
unum qui non dicat, nihil dicere. 141
unum ſupra ens quomodo non addat priuationem 142
uocabulum oxytonon 118
uoluntarium quid 57
uoluntas quid faciat 164
uoluntas ab eſſentia Dei quomodo differat 97
uoluntas homini an libera ſit 29
uoluntas humana quomodo diuinæ conformanda 97
uoluntas in quibus & quatenus probetur 163
uoluntatis in ratione expeditio 51
uoluntatis in homine definitio 57
uoluntatis obiectum quod'nam ſit. ibidem
uoluptas quid, & cuius explicatio. 54
uoluptas ſtudiorum iactura 8
uoluptatis infinita incommoda 389
uoluptatum conſuetudo frequentior quæ pariat 388
uota in Euangelio num locum habeant 699
uox quælibet in Magia unde uirtutem habeat 123
uoces intentionales quæ & quot, & quomodo prædicentur 77
uoces quinq; ſiue prædicabilia quomodo prædicentur. ibidem
uoces ſignificatiuæ quæ 124
urina quid 66
urina de quibus indicet. ibidem
urinæ inſpectio quid ad criſim faciat. ibidem
urinæ optimæ deſcriptio qualis. ibidem
in Vrina quæ conſideranda. ibid.
urinæ qua ratione à naturali habitu diſcedant 65
Vrſæ maioris & minoris officia & uires in cœlo quæ 41
uulgi cum gregibus ſimilitudo concinna 388

X

Xanthiorum factum pro amico Cæſare 400
Xenocratis caſtitas 696
Xenophanis futurorum præſagia 7

Z

Zadkiel Abrahæ tradidit ſcientiam intelligent. portarum 94

Zaratas Pythagoræ præceptor. 130
Zenonis Eleatis factum præclarum in extremo periculo 399
Zenonis temperantia 696
Zenonium dictum, uirum probum inuitum nihil facere 398
Zodiaci triquetræ quatuor, & earum explicationes 42
ζωόφυτα quæ dicantur, & eorum natura 25
Zoroaſtres Oromaſij filius 122
Zoroaſtres de ſcala 118
Zoroaſtres per canem quid ſignificet 120
Zoroaſtris dictum, Haha hos 119
Zoroaſtris lictor quid 120
Zoroaſtris ſolitudo 121
Zoroaſtris ſacrificium quot dierum 120

FINIS.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

LOCORVM ALIQVOT PER IN- curiam deprauatorum emenda- tior lectio.

Pag.15 uerſ.34 pro opera, legend.corpora 35.7 בראשית *& uerſ.* 8. אתהשמים *ibidem* ואתהארץ *item uerſ.* 27 Ariſtotele. 39.18, *perinde ac in lunæ interpoſitione.* 42.11 Hinc terra *noſtra.* 37.22 *cæterorum.* 52. *ult. exiſtens, & non exiſtens.* 58.16. *pro ana, una.* 78.16 *ſecundum quam in partes.* 95.24 *frequentem angelorum memoriam.* 101 29 *beatus.* 533. *ult. eruendus modus* 73.124 Fuchſij 752 13. Zkrad.

BAYERISCHE STAATS- BIBLIOTHEK MUENCHEN

BASILEAE, EX OFFICINA
Ioannis Oporini, Anno Salutis humanæ M. D.
LIX. Menſe Februario.


BAYERISCHE
STAATS-
BIBLIOTHEK
MUENCHEN

00021282

00021282

00021282

00021282



LOCORVM ALIQVOT PER IN-curiam deprauatorum emendatior lectio.

Pag. 15 *uerſ.* 34 *pro opera, legend. corpora* 35.7 בראשית *& uerſ.* 8. אתהשמים *ibidem* ואתהארץ *item uerſ.* 27 *Ariſtotele.* 39. 18, *perinde ac in lunæ interpoſitione.* 42.11 *Hinc terra noſtra.* 37. 22 *cæterorum.* 52. *ult. exiſtens, & non exiſtens.* 58.16. *pro ana, una.* 78.16 *ſecundum quam in partes.* 95.24 *frequentem angelorum memoriam.* 101 29 *beatus.* 533. *ult. eruendus modus* 73.124 *Fuchſij* 752 13. *Zkrad.*

LOCORVM ALIQVOT PER IN-curiam deprauatorum emendatior lectio.

Pag. 15 uerſ. 34 pro opera, legend. corpora 35.7 בראשית & uerſ. 8. אתהשמים ibidem ואתהארץ item uerſ. 27 Ariſtotele. 39. 18, perinde ac in lunæ interpoſitione. 42.11 Hinc terra noſtra. 37. 22 cæterorum. 52. ult. exiſtens, & non exiſtens. 58. 16. pro ana, una. 78.16 ſecundum quam in partes. 95. 24 frequentem angelorum memoriam. 101 29 beatus. 533. ult. eruendus modus 73.124 Fuchſij 752 13. Zkrad.